annotatum impartiuimus; et si quid praeterea vel nos vel castigatores operis
fugerat: quae sane paucissima sunt. Sicubi litterula vel inuersa est vel subsiliit
vel obscurata est, quoniam accidit rarissime nec torquet eruditum lectorem,
265 non visum est operaeprecium annotare. Super haec auctarium haudquaquam

mediocre prouerbiorum adiecimus: non quod volumen inanibus digressionibus sit oneratum, sed rebus necessariis factum instructius.

270 Quoniam autem in hoc argumenti genere corrigendi locupletandique nullus est finis, si vita longior dabitur, et si quid occurreret in autoribus, qui nunc subinde noui proferuntur in lucem, non contaminabitur opus, sed grata coronis adiicietur. Ita fiet vt lector nec sumptu grauetur nec aliquo studiorum fructu fraudetur. Quod si me Deus terris eripuerit, etiam atque etiam obsecro et obtestor posteros, vt integra conseruent quae tantis laboribus a nobis restituta sunt; et si quid nacti fuerint vel aliud vel melius his, quae nos 275 tradidimus, ne faciant in opere alieno quod nunc in lexicis fieri videmus et

227 aeditio C-E: editio B.

230 stulticiae B D E: stultitiae C.

225-226 *Omneis ... iratas* Cf. *Adag.* 72, l. 978.

226-228 *nisi ... fecerit* Cf. ll. 161-162: "Tantum laborum, quantum non vnum requirat Herculem." Die Schwere seiner Arbeit betont Er. mehrmals; dies war eben das Thema des Adagiums 2001, Herculei labores, mit dem unser Brief gewisse Parallelen aufweist: cf. n.ll. 139-141; n.l. 159; n.ll. 161-162; n.ll. 167-168; n.ll. 177-178. Siehe die einleitende Anmerkung zu *Adag.* 2001 (*ASD* II, 5, p. 23).

229 *prouerbio* Cf. *Adag.* 85.

231 θεομαχεῖν Cf. *Adag.* 1444 (Cum diis pugnare), *LB* II, 565 F.

235 *duos illos Moecenates* Cf. n.l. 204.

Ep. 1659 Diese Einleitung zu der Ausgabe *F* datiert vom 17.1.1526 und wurde in die späteren Drucke (*G-I*) nicht mehr aufgenommen. Sie ersetzt Ep. 269.

242 *toties renascentis* Cf. Ep. 269, l. 123: "Librum hunc iterum atque iterum renasci." In Ep. 269 rechtfertigt Er. die aufeinanderfolgenden Ausgaben (ll. 121-151). Aber schon 1523 hatte er gesagt, die *Adagia* würden nicht mehr neu aufgelegt: Ep. 1349 (d.d. 18.3.1523) an Fr. Asulanus: "Frobenius anno proximo excudit Prouerbia rursus locupletata. Ego habeo postremam manum; nam arbitror iam satis impensum huic operi" (ll. 10-12). Dazu: Allen, introd. Ep. 1349. Siehe auch unsere Anmerkung zu Ep. 2022.

244 *loculos ... studiosorum* Eine Reminiszenz an Hor. *Serm.* I, 6, 74 (*Epist.* I, 1, 56)?

246-247 *cessatum in numeris librorum* Cf. z.B. *Adag.* 144, l. 138; *Adag.* 377, l. 260; *Adag.*

235 *Moecenates* B: *Mecoenates* C-E.

240 An. m.d.xiii. B C: Anno m.d.xx. D E.

457, l. 326.

247 *et capitum citatorum* Cf. z.B. *Adag.* 93, l. 374; *Adag.* 204, l. 330.

247-248 *item in litteris ... Homericos* Cf. z.B. *Adag.* 188, l. 924; *Adag.* 310, l. 292.

261-262 *seorsum ... impartiuimus* Er. meint vermutlich ein Fehlerverzeichnis, wie die *Errata* am Ende der Ausgabe *E*; es gibt jedoch keine solche Liste (cf. Allen, Ep. 1659, n.l. 24).

265-266 *Super ... adiecimus* Nach Phillips (cf. Ep. 269, n.l. 221), p. 128, wurden 52 Adagien hinzugesetzt, unter denen *Adag.* 3401 (Ne bos quidem pereat) ein ziemlich umfangreiches Adagium, *LB* II, 1049 A; nach Allen, Ep. 1659, n.l. 28, 53 Adagien.

269-270 *qui ... lucem* Cf. Ep. 269, ll. 138-139: "Emergentibus indies in lucem nouis veterum monumentis."

271 *coronis* Die 'coronis' ist das Zeichen, das wie ein Kolophon das Ende des Buches markiert. In der Einleitung zu den *Parabolae* (Allen, Ep. 312. *ASD* I, 5, p. 87 sqq., ed. Margolin) verwendet Er. das Wort 'coronis', wie an unserer Stelle, metaphorisch: "Non alienum fuerit hunc libellum (sc. *Parabolae*) Adagiis ... ceu coronidem adiungere" (*ASD* I, 5, p. 94, ll. 73-74. Siehe p. 95, n.l. 74). Cf. *Adag.* 3520 (Ad coronidem vsque), *LB* II, 1080 B.

275 *quod ... videmus* Hinweis von Er. auf die vielen Überarbeitungen der griechischen Lexika. Siehe Allen, introd. Ep. 1460: "Each (sc. editor) in turn made use of its predecessor, without the least regard to copyright, and claimed substantial additions."

olim in collectaneis decretorum et sententiarum theologiarum factum didicimus, vt postremus operis alieni contaminator laudem vniuersam ferat: sed aut nouum opus edat suo nomine qui velit, aut si quid habet quod vel corrigat vel doceat, nostrum imitatus exemplum appendicibus rem agat.

280 Non haec scribo quod mihi magnopere curae sit penes quem sit operis tituliue gloria, sed quod studia quoque suos habeant ardeliones; qui quo sunt indoctiores, hoc irreligiosius admouent manus alienis operibus, vt hic non tam metuenda sit iactura meae laudis quam publicae studiorum vtilitatis. Eandem religionem praestari velim in vtroque indice: in quo quemadmodum
285 fuerat antehac insigniter cessatum a typographis, non sine graui lectoris incommodo, ita nunc magna contentione vigilatum est vt ea molestia demeretur studiosis. Istiusmodi seu temeritas seu negligentia quantam pestem quantamque calamitatem inuexerit optimis disciplinis, et a nobis alias deploratum est satis, et cognitum compertumque plus satis. Qui vnum quempiam priuato
290 affectit incommodo, in hunc iniuriarum aut damni dati competit actio. Caeterum execratione publica digni sunt qui communibus omnium commodis officiant, veluti qui fontes publicos inficiunt aut auertunt amnes aut vias corrumpunt λεωφόρους. Proinde quum omnibus publicis quae priscis sancta dicebantur, debetur religio quaedam, adeo vt horum violator detestabilis
295 habeatur, tum praecipue libris summo sudore in publicam studiosorum, quacunque terra patet, vtilitatem paratis. Habent enim studia peculiarem quandam religionem, cuius violatae iniuria non ad vnam vrbem, sed ad vniuersum orbem pertinet. Proinde quo sunt execrabiliores qui ob paululum lucelli corrumpunt contaminantque lucubrationes scriptorum, hoc plus laudis
300 debetur typographis, qui magnis impendiis parique sudore huc incumbunt, vt optimos quosque autores quam emendatissimos in lucem emittant.

Et Aldinae quidem officinae non omnino maligne respondit publicus orbis fauor, quae praeter tot egregios scriptores nunc nobis parturit omnes Galeni libros Graecos; Ioannes Frobenius quum idem moliatur apud Germanos, si
305 non pari successu, certe non dispari studio, praeter famam inuidia vitiatam haud ita multum metit e suis laboribus. Quin et illud nobis debet addere calcar ad sanctius tractandas bonas literas, quod hinc atque hinc exoriantur qui diuerso quidem animo, sed simili pernicie eas funditus extinctum tendunt. Siquidem veteres hostes, qui iam olim cum hoc studiorum genere ἄσποndon
310 πόλεμον πολεμίζουσι, noua proferunt dogmata totum hunc orbis tumultum ex linguis ac politioribus litteris ortum esse. Rursus altera pars postulat, vt omnes humanae disciplinae cedant Euangelio. Et vtinam sic efflouisset Euangelica pietas, vt ad illius clarissimam lucem humanarum disciplinarum lucernae euanescerent! Nunc disciplinas obsolescere video, pietatis vigorem succedere non
315 video. In titulis nusquam non est obuia gratia et pax, in moribus non perinde facilis inuentu. Quanto rectius erat huc totis neruis incumbere, vt posita

276 *collectaneis decretorum* Er. meint vermutlich die *Digesta (Pandectae)*, die die Rechts-

texte der grossen Juristen aus dem 2. Jahrhundert umfassen.

- sententiarum theologiarum* Es gibt viele mittelalterliche, theologische Sentenzensammlungen (dazu: *Lexikon für Theologie und Kirche* IX, 1964, 21986, col. 670 sqq.). Die Sentenzensammlung von Petrus Lombardus (zwischen 1142 und 1158 verfasst) *Libri IV sententiarum* wurde zum Lehrbuch der Theologen (dazu: *LThK* VIII, 1963, 21986, col. 367 sqq.). Er. besass ein Exemplar dieses öfters glossierten Werkes (Husner Nr. 163; 'Sententiae Petri Lombardi') und mag hier in der Tat die sententiae des Petrus Lombardus meinen. Siehe auch *ASD* II, 5, p. 31, n.l. 193.
- 284 *utroque indice* Nachdem Aldus die Adagia zu lesen empfohlen hatte, sagte er hinsichtlich der Indizes: "Praeponitur hisce adagiis duplex index: alter secundum literas alphabeti nostri (nam quae Graeca sunt, Latina quoque habentur), alter per capita rerum" (Titelblatt der Edition von 1508). Er. erläutert in *A* den systematischen Index folgendermassen: "Index secundum materias in quo quaecunq; adagia aliquo modo conueniunt in vnum locum reducuntur. Puta, quae ad liberalitatem faciunt, simul habentur, quae ad auaritiam sub titulo auaritia, et sic in singulis generis eiusdem." Später (*B*) gliedert Er. den systematischen Index in Kategorien auf und erläutert sie: "Index Chiliadum iuxta locos et materias, vt tum forte venerunt in mentem. In quo sciat (sciet *E F*) lector rationem habitam contrariorum, similitum et affinium. Veluti paupertas contraria est diuitiis et his affinis munerum corruptela. Hoc admonendum putauit, quo qui volet his vt prouerbiis, hanc eandem secutus rationem facilius quod quaerit, inueniat. Quod si quis sibi volet alios locos vel plures vel exactius fingere, viam indicauimus in secundo de copia commentario. Tum quemadmodum idem adagium ad varios sensus accommodari possit, ostendimus in huius operis initio, cum vtendi rationem explicauimus." Dann: "Locis secundum congruentium et pugnantium materiarum. Numerus columnas superioris (sequentis *C-F*, da dieser und der folgende Index in den Ausgaben *C-I* vor der 'Index iuxta locos' abgedruckt wurden) indicis demonstrat" und weiter: "Index locorum secundum seriem literarum, quo facilius lector id quod quaerit inueniat." In *G-I* gibt Er. mehr umfassende Erläuterungen zu den Indizes. Dazu: Tocci, p. 39 sqq.
- 285-286 *non sine ... incommodo* Allen (Ep. 1659, n.l. 53) weist auf Ep. 646, ll. 1-2 hin: "Tuus index, imo tui indices nusquam habent 'Scytharum solitudinem', mei vtrique mentiuntur in numero." N.B. Scytharum solitudinem, cf. *Adag.* 2494 (Scytharum solitudo), *ASD* II, 5, p. 342: "*Scytharum solitudo*. Pro summis calamitatibus extioque (l. 340)."
- 288 *alias* Nach Allen (Ep. 1659, n.l. 56) tadelt Er. im Zusammenhang mit der Seneca-Edition William Nesen (Ep. 329) und Beatus Rhenanus (Ep. 328, 330). Siehe Allen, introd. Ep. 325. Dieser Hinweis kann aber auch auf Frobens Korrektor, Michael Benti(n)us zielen, der in der Edition *D* griechische Zitate verschlimmbessert hat (Ep. 1437, l. 160 sqq.).
- 292 *veluti ... inficiunt* Cf. *Inst. princ. chr.*, *ASD* IV, 1, p. 196, ll. 923-924: "Velut e corruptis fontibus maxima pars facinorum scatet."
- 303-304 *nunc ... Graecos* Die Galen-Aldina erschien 1525. Er. bekam sie geschenkt vom Drucker (cf. Heinemann-Kienzle, *ASD* II, 6, p. 469, n.l. 903-904).
- 304-305 *Ioannes Frobenius ... studio* Später schreibt Er. anlässlich Frobens Basiliusedition: "Quo sane nomine studiosorum omnium fauorem meo iudicio promeretur officina Frobeniana, quae prima apud Germanos ausa est Graecum autorem antea non euulgatum excudere formulis" (Ep. 2611, ll. 177-180, d.d. 22.2.1532).
- 305 *famam inuidia vitiatam* Zwischen den Druckern gab es Brotneid, cf. Ep. 1437, ll. 222-223 und n.l. 223; Ep. 1514, ll. 21-22.
- 306-307 *addere calcar* Cf. *Adag.* 147.
- 309 *veteres hostes* D.h. die Gegner der 'bonae litterae' wie Maarten van Dorp und andere Theologen. Cf. z.B. Ep. 485 (Alardus von Amsterdam an Erasmus), ll. 55-58: "Dorpius adhuc constantissime in illa sua heresi, scis qua, perstat, pariter et Musas et Musis amicos 'Laudat amatque domi, premit extra limen iniquus' (Hor. *Epist.* I, 19, 36)."
- 309-310 *ἄσπονδον πόλεμον πολεμίζουσι* Cf. *Adag.* 2284 ("Ἀσπονδος πόλεμος), *ASD* II, 5, p. 230 und den Kommentar ad loc.
- 311 *altera pars* Vielleicht ein Hinweis auf Luther. Cf. Ep. 1469, ll. 157-159: "Nihil enim dico de Luthero istis centies haereticus, cuius peculiare dogma est, in disputando nihil admittendum esse praeter litteras sacras."
- 316 *totis nervis* Cf. *Adag.* 316.

dissidiorum rabie primum inter nos christiana concordia iungeremur, deinde theologiae studiorum reginae, veteres pedisequas, linguarum peritiam et elegantioris literaturae cognitionem reconciliemus. Bene vale, lector, et fruire.

320 Basileae xvi. Calend. Februa. Anno a Christo nato M.D.XXVI.

[G] DESIDERIVS ERASMVVS ROTERODAMVVS STVDIOSIS S.D.

Vereor, amice lector, ne qui fidem et constantiam in nobis desiderent, eo quod quum proxima aeditione polliciti simus eam fore postremam, nunc tantam adiunxerimus accessionem vt vix alias maiorem. Hoc promisso freti
325 quidam excuderunt Opus Adagiorum, sane nec indiligenter nec infelicitur, vtinam et cum lucro suo! Fauemus enim ex animo commodis omnium, quicunque sua industria rem adiuuant litterariam, modo lucri studium non excludat fidem ac religionem studiis debitam. Etenim qui fugientes impendium nullo adhibito castigatore docto dant nobis veterum libros misere
330 contaminatos, mutilos, laceros ac deprauatos, mea sententia grauiore supplicio digni sunt quam qui templa prophanant compilantque. Hic expectas quo colore me ex hac causa expediam. An respondeam cum Agesilao, ‘Si iustum est, promisi; si iniustum est, dixi’, negemque iustum esse quod studiis est inutile? Non enim sum tam impudens, vt cum iureconsultis dicam: Ex
335 simplici promisso non nascitur actio. An prouerbio me purgem, δευτέρων ἀμεινόνων? negans sapientem sibi turpe ducere, si quando pro re nata consilium in melius verterit. Simpliciter agam; errorem agnosco, perfidiae crimen deprecor.

Quum promitterem illam aeditionem fore postremam, vere loquutus sum,
340 licet non dixerim verum; hoc enim dicebam quod animo sensi et quod omnino fore putabam. Mox vbi prodisset Galenus aliique complures autores hactenus non euulgati et spes esset alios subinde prodituros, mutauit sententiam, non in meum commodum, – nihil enim hinc mihi metitur – sed in publicam studiorum vtilitatem. Non enim paululum interest vtrum adagia
345 decerpas ex ipsis autorum hortis vbi nata sunt, an ex collectaneis, nuda interdum et deprauata, vt aliquoties nec sensum nec vsum possis deprehendere. Quod si prodeant autores, num inscitia sit ex his, quae ieiuna sunt locupletare, quae obscura explicare, quae deprauata corrigere? Equidem non arbitror.

Dices, Poterant ista habere suam appendicem. Poterant, sed hoc studiosis
350 commodius, vtinam esset et typographis! sed studiorum communium potior debet esse ratio quam emolumenti priuati, si pariter ambobus non potest consuli. Et hanc aeditionem studebamus in alterum annum proferre, simul atque resciuimus opus excudi Lugduni; sed iam Frobenianae officinae apparatus eo processerat, vt res absque luculento damno differri non posset. Mihi
355 nulla est causa quur aliorum emolumentis inuideam; non enim hic sum figulus. Nihil autem erat animo Ioannis Frobenii candidius, vtcunque semel atque iterum improbis quorundam instigationibus obsequutus est. In hunc

360 animum successit Hieronymus Frobenius, qui vt parentem viuum magna
laborum parte leuare solitus est, ita nunc totam officinae molem humeris
sustinet ea fide, vigilantia ac religioso studiorum amore, vt non solum non sis
Ioannem Frobenium desideraturus, verum etiam sentias optimi senis indus-
365 triam in filio quasi repubuisse. Hic si quis vrgeat me celebri dicto, Turpe
sapienti dicere ‘Non putaram’, totidem verbis me absoluero, Non sum ex istis
heroibus.

Iam si placatos habeo typographos, quos tamen oportet vel ob hoc mitius
irasci, quod locupletator ipse iam adornat migrationem, studiosos arbitror

317–319 *deinde ... reconciliemus* Er.’ dauerndes Bestreben die ‘bonae / politiores’ litterae und die ‘sacrae / arcanae’ litterae zu versöhnen, kommt auch in diesem Brief wieder zum Ausdruck. Cf. C. Augustijn, *Erasmus von Rotterdam*, München, 1986, pp. 95–97 (et passim).

Ep. 2022 Er. ersetzt seine letzte Einleitung (Ep. 1659) durch vorliegende, die vom 13.8.1528 datiert. Am Anfang der Edition von 1526 hat Joh. Froben den Lesern versprochen, dass die betreffende Ausgabe die letzte sei: “Adagiorum Opus D. Erasmi Roterodami; per eundem exquisitissima cura recognitum et locupletatum, correctis vbique citationum numeris ac restitutis indicibus. Hanc supremam manum putato et securus emito. Si plura cupis nosse, verte paginam et lege autoris epistolam” (Titelblatt der Edition von 1526). Da jetzt noch eine Adagienedition erschienen ist, fühlt Er. sich verpflichtet sich zu verantworten.

323 *quod ... postremam* Cf. Anmerkung oben.

323–324 *nunc ... maiorem* Er. hat seine Sammlung revidiert und durch Verwendung neuer Quellen vervollständigt. Der vorliegenden Ausgabe sind 123 neue Adagien hinzugefügt worden (Phillips, p. 129).

325 *quidam* Gryphius, der die Frobenedition von 1526 neu aufgelegt hat, BB E 99: “Sebastianus Gryphius Germanus excudat Lugduni, Anno M.D.XXVIII”, cf. l. 354.

328–331 *Etenim ... compilantque* Er. greift dasselbe Thema wie in Ep. 1659 (cf. ll. 290–301) auf. Siehe auch *Adag.* 80 Grauiora Sambico patitur.

332 *colore* Der rhetorische terminus technicus ‘color’ deutet die Mittel von Schönfärberei zu treiben an, cf. *Adag.* 452, n.ll. 190–191. *respondeam cum Agesilao* Cf. *Apophth.* I, Agesilaus 6, (LB IV, 94 C), nach Plut. *Mor.* 208 c d.

334–335 *Ex simplici ... actio* Von uns nicht nachgewiesen. (Von Er. selbst in dem Jargon der Juristen verfasst?)

335 *prouerbio* *Adag.* 238, cf. Ep. 211, l. 79; Ep. 269, ll. 218–219.

341 *Galenus* Cf. Ep. 1659, n.ll. 303–304.

345 *decerpas ... hortis* Er. verwendet diese Metapher öfters, z.B. Ep. 126, l. 18; Ep. 2773, l. 427 und ll. 469–470.

345–346 *ex collectaneis ... deprauata* In Ep. 269 (ll. 177–180) urteilt Er. ungünstig über die Sprichwörtersammlungen von Zenobius, Diogenian, Ps. Plutarch und Apostolius.

354 *rescuiumus ... Lugduni* Es handelt sich um die Gryphius-Edition von 1528 (Lyon), cf. n.l. 325.

357 *figulus* Cf. *Adag.* 125 (Figulus figulo inuidet, faber fabro) und Ep. 1437, ll. 222–223: “Fauendum est Frobenio; ego non possum illi semper adesse. Et eius causa grauior magna inuidia. Nosti quam sint figuli.”

357–358 *utcumque ... obsequutus est* In der Frobendruckerei waren Bücher von Luther gedruckt worden, was Er. sehr bedauerte: “Libros Lutheri editos dolebam” (Ep. 1033, l. 46). Dies war geschehen auf Betreiben von ‘docti’: “Frobenium instigantibus doctis, quorum erat Capito, libellos aliquot Luteri typis excudisse” (Ep. 1526, ll. 34–36).

364 *Non putaram* Vielleicht nach Cic. *Off.* I, 81, auch in Ep. 1161, l. 14 und Ep. 447, l. 644 angeführt. Siehe jedoch auch *Adag.* 408, ll. 269–270: “At Scipio sapienti ne semel quidem errare permittit, vt dicat: οὐκ ἔμην, id est non putaram” nach Val. Max. VII, 2, 2 (cf. *Adag.* 408, n.ll. 269–270).

364–365 *Non ... heroibus* Cf. *Adag.* 1448 (Non sum ex istis heroibus), LB II, 567 B.

367 *migrationem* Er.’ Übersiedlung nach Freiburg.

mihi nihilo grauius iratos fore quam conuiuiae non inciuales irasci solent
 conuiuatori, si quando sic alloquutus conuiuas, 'Fruamini praesentibus, ne
 370 quid posthac expectetis', phasianum aut placentam apponit, praesertim quum
 nemo vesci cogatur, si nolit. Ac mea quidem sententia conuenit eum qui hac
 mensa accipitur aliquanto quam illic aequiorem esse, propterea quod illa fraus
 ad luxum facit, haec ad eruditionem: ne quid hic interim ad causae patrocini-
 375 um vocem peculiarem huius argumenti rationem, quotidiana lectione sem-
 per veluti ali augescereque flagitantis. Hoc si probatissimi scriptores sibi
 permiserunt in quolibet argumento iis temporibus, quibus codices manu
 descriptos non nisi magno parare licebat, quur idem mihi non permittam in
 Adagiis hoc tempore, quo minoris emuntur codices quam fortassis expedit
 studiis? Non fuit postremus missus, quem dixeram fore. Fortassis hic erit
 380 postremus, quem non audeo postremum dicere; sic alios fefelli, vt nunc ipse
 mihi non credam. Bene vale.

Basiliae Id. August. Anno M.D.XXVIII.

{G}DES. ERASMVS ROTERODAMVS CLARISSIMO PVERO CAROLO MONTIOIO S.D.
 Vt vere γνήσιος sis patris ornatissimi filius, vt vere bonorum illius haeres,
 385 Carole fili charissime, praecipua tibi cura sit oportet, ne quid a paternis
 ornamentis degeneres teque magis in virtutum quam in facultatum paterna-
 rum successionem pares. Quanquam enim ille est antiquissimis maiorum
 imaginibus illustris, nec deest splendori generis iusta diuitiarum copia, tamen
 si totum illum aestimes, literarum ornamentis ac virtutum opibus non paulo
 390 tum illustrior est tum opulentior quam stemmatis aut possessionibus. Atque
 in possessiones caeteras liberos succedere parentibus, nisi vita defunctis, nec
 mos nec lex patitur; eorum vero quae praecipua bona sunt, oportet liberos
 iam inde a teneris vnguiculis haereditatem capessere.

Optat hoc ardentissimis votis amantissima tui patris pietas, et iacta sunt ad
 395 id praeclara fundamenta degustatis vtriusque literaturae primordiis, quantum
 quidem ista fert aetas. Et habes ad profectum vndique stimulos et calcaria
 nequaquam obtusa: primum ipsum parentem, deinde generosissimam puellam
 ac tibi ferme parem aetate, Mariam principem, ex Rege docto, Regina docta
 nec minus pia prognatam, quae iam scribit literas et bene Latinas et indolem
 400 tali genere dignam prae se ferentes; tum Moricae familiae tot puellas, veluti
 quendam Musarum chorum, vt existimem nihil opus vltro currentem incitare.

Tantum illud admonere visum est, vt quoniam Adagiorum opus iam olim
 nomini paterno dicatum est, in huius quoque possessionis consortium temet
 inseras; parenti quidem nihil laudis detracturus, operi vero non parum
 405 splendoris additurus, tibi denique, nisi me fallit animus, fructum haudqua-
 quam poenitendum conciliaturus. Nihil est nouum idem monumentum pluri-
 bus inscribi et, si nouum esset, responderem patrem et patri simillimum filium
 pro vno potius quam pro duobus habendos esse. Quid enim aliud est filius
 quam pater in altero se repubescens? Et fortasse patri non satis vacat per

410 *aulica negocia talibus curis intendere; tibi que iam veluti fessus hanc lampadem tradit.*

Legito igitur, mi Carole, patri consecratum opus et inter legendum Erasmus, quondam patris tui praeceptorem, tecum loqui putato. Dominus Iesus seruet ac prosperet vitam tuam omnem, puer ornatissime.

415 Datum Basileae Id. August. Anno Domini, M.D.XXVIII.

[H] DES. ERASMVVS ROTERODAMVVS PHILOLOGIS OMNIBVS S.D.

Si iuxta vetus prouerbiū omni in re modus est optimus, par erat et in colligendis prouerbiis adhibere modum; est enim optimarum quoque rerum si minus satietas, certe modus quidam. Multis itaque de causis statueram ab hoc
420 studii genere posthac ferri, vel quod argumenti natura sit infinita, vt nihil egerit qui hoc agat, ne quid omnino praetermittat (praesertim vetustis

383 Roterodamus *HI*: Roter. *G*.

389 *litterarum I*: *litterarum G H*.

395 *litteraturae I*: *litteraturae G H*.

399 *litteras I*: *litteras G H*.

Ep. 2023 Charles Blount (1516–1544 *Contemporaries*; 1518–1545 Allen, introd. Ep. 2023), der Sohn von William Blount, Er. patronus (1478–1534), war der Adressat dieses Widmungsbriefes. Der Brief (d.d. 13.8.1528) wird in die Ausgabe von 1528 nach dem Begleitbrief an die Leser eingeschoben. Er. rechtfertigt sich dafür, dass er auch dem Sohn bei Lebzeiten des Vaters das Buch widmet, cf. ll. 392–393 und ll. 402–411. Dieser Widmungsbrief wurde in den Editionen *G–I* abgedruckt. Als William Blount 1534 gestorben ist, wiederholt Er. seine Widmung mit anderen Worten, cf. Ep. 3092. Zu William und Charles Blount: *Contemporaries* s.v. Blount.

393 *a teneris vnguiculis* *Adag.* 652 (A teneris vnguiculis), *LB II*, 283 A, nach Cic. *Fam.* I, 6, 2.

394–395 *iacta ... fundamenta* Cf. *Adag.* 133, l. 845.

396 *stimulos et calcaria* Cf. *Adag.* 147 (Calcar addere currenti), l. 194: “Sunt autem ferme prouerbiales in totum illae metaphorae: subdere calcar, subdere stimulos ...”.

398 *Mariam* Cf. Ep. 389 (Andreas Ammonius Erasmus), ll. 58–59: “Addam aliquid de rebus Britannicis. Regina scitulam peperit filiolum” sc. die Prinzessin Mary, Tochter von Henry VIII. und Catharina von Aragon, geboren 18.2.1516, cf. Allen, Ep. 389, n.l. 59.

399 *quae ... Latinas* Cf. Ep. 1727 (Inclytæ

Anglorum Reginae D. Catharinae), ll. 26–27: “Quid enim non expectemus a puella sanctissimis prognata parentibus et sub tali matre educata?”. Allen (Ep. 1727, n. 27) führt einen Brief der Königin, in dem sie ihre Besorgnis um den Lateinunterricht ihrer Tochter zeigt, an.

400–401 *Moricae ... chorum* Zu den Töchtern von Thomas More: Ep. 999, – nach Allen (introd. Ep. 999): “the earliest biography of More” – Ep. 999, n.l. 174 und n.l. 175. Auch in Ep. 1404, l. 28 nennt Er. die Töchter Mores einen ‘chorus’.

401 *currentem incitare* *Adag.* 146.

403 *nomini paterno* Cf. Ep. 126 und Ep. 211.

409 *repubescens* Cf. Ep. 2022, ll. 362–363.

410–411 *veluti ... tradit* Cf. *Adag.* 138 und Ep. 211, ll. 29–30.

Ep. 2773 wurde 1533 in der Ausgabe *H* abgedruckt und später wieder unverändert in der Edition *I*. Ep. 2022 wurde durch vorliegenden Brief ersetzt. Er. stellt sich in diesem Brief ohne Namensnennung gegen Polydorus Vergilius, cf. Ep. 269, n.l. 170–171; Allen, introd. Ep. 2773.

417 *vetus prouerbiū* Cf. *Adag.* 596 (Ne quid nimis), *LB II*, 259 E.

omni ... optimus Nach Plaut. *Poen.* 238: “Modus omnibus rebus, soror, optimum est” von Er. *Adag.* 596 (*LB II*, 260 B) angeführt.

421–422 *praesertim ... emergentibus* Cf. Ep. 269, ll. 138–139; Ep. 1659, ll. 269–270.

425 autoribus qui hactenus delituerunt in lucem emergentibus), vel quod tantum
 operae sit huic impensum negotio, vt citius metuendum existimarem, ne
 lector copiam pertesus clamaret 'Ohe iam satis est' quam aliquam desideraret
 430 accessionem, vel quod haec aetas ac mens iam profecto non eadem ab
 huiusmodi literis abhorrens magis ad ea raperetur, quibus vel immori nec
 indecorum sit nec inutile, vel quod perpenderem hoc genus flosculos ac
 gemmas, quibus eruditi scripta sua consueuerunt insignire, plusculum habere
 gratiae, si quis eos sibi ex autoribus non omnino vulgo prostitutis decerpit
 435 quam si ex protritit huiusmodi collectaneis desumat. Quanquam haec causa
 non deterruit Graecos, quo minus tam multi viri graues iuxta ac eruditi
 paroemiologias conscriberent.

Apud me quoque vicit vtilitatis ratio, quod hanc operam plurimum
 435 conducere videbam quum ad eluendas mendas ex priscis autoribus tum ad
 submouendas salebras, ad quas subinde restitabant mediocriter literati. Pro-
 inde quod nunc hanc non exiguam coronidem adiecimus magis, ne dolo
 dicam, datum est typographorum efflagitationi quam animo meo. Facit enim
 Pyladea quaedam amicitia, quae mihi quondam cum optimo viro Ioanne
 Frobenio, nunc cum patris simillimo Hieronymo Frobenio intercedit, et par
 440 vtriusque in prouehendis optimis studiis industria mirabilis, vt quum inter-
 dum illis quaedam negare voluerim ac fortasse debuerim, pernegare quiuerim
 nihil.

Vtinam autem haec laboris portio tantum vtilitatis adferat studiosis, quam
 mihi parum attulit voluptatis. Porro vt nihil horum fuerit, tamen inciuilius
 445 parumque candidum videbatur aliis eruditis ad eiusdem argumenti tractatio-
 nem accinctis nihil facere reliqui; qui vel ingenii vigore vel industria iuuenili
 vel copiosiore voluminum lectione instructi fructum vberiolem studiis allaturi
 sunt. Quorum conatibus adeo non est animus obstare, vt vehementer etiam
 gauisurus sim, si quis nostram obscuret operam. Illud modo lectorem, quod
 450 iam pridem admonui, nolim obliuisci, ne quid miretur si in hoc opere
 quaedam occurrent diuersis temporibus scripta. In causa sunt crebrae aeditio-
 nes, non sine nouis auctariis. Primum enim huius argumenti gustum dedimus
 apud Parisiorum Lutetiam per typographum Ioannem Philippum, natione
 Germanum, qui tum officinam habebat in vico diui Marci, ad insigne
 455 Trinitatis, anno 1500. Mensem non expressit typographus, sed epistola quam
 praemisit Faustus Andrelinus, habet eiusdem anni 15. diem Iunii. Hanc
 aeditionem aliquanto post aemulatus est Iodocus Badius, deinde Matthias
 Schurerius Argentorati, post haec opus ad iusti voluminis magnitudinem
 adauctum Venetiae aedidimus apud Aldum Manutium anno 1508. Aldinam
 460 aeditionem me inscio aemulatus est Basileae Ioannes Frobenius, a quo plus
 septies excusum est idem opus, at nunquam sine accessionibus.

Quoniam autem hoc scripti genus constat industria hinc atque hinc
 decerpendi, non ita multum laudis tulerit qui primus apud Latinos aggressus
 sit παροιμιολογεῖν, nisi si quid promereatur iudicandi tractandique dexteritas.

- 465 Si quis proferet aeditionem vetustiore[m] ea quam ostendi fuisse primam, ei
lubens hoc laudis tribuero quod illi non illiberalis cogitatio ante alios venerit
in mentem. Et sane mirum est, quum apud Graecos tot clarissimi scriptores
ex professo tractarint hoc genus, apud Latinos nullum extitisse vel e turba
grammaticorum qui simile negocium susciperet; quum mea sententia Latino-
rum horti non minus vernent istiusmodi flosculis quam Graecorum. Sed
- 439 Frobenio *alt. scripsimus cum Allen*: Froben. *H I*.
- 424 *Obe ... est* Martial. IV, 89, 1.
- 425 *quod ... eadem* Cf. Hor. *Epist.* I, 1, 4: "Non eadem est aetas, non mens."
- 427-428 *hoc genus ... gemmas* Die Adagien wie Blumen, cf. Ep. 2022, n.l. 345, und wie Edelsteine, cf. *Proleg.* n.l. 221-222.
- 429-430 *si quis ... desumat* Man vergleiche Ep. 2022, ll. 344-346: "Non enim paululum interest vtrum adagia decerpas ex ipsis autorum hortis vbi nata sunt, an ex collectancis, nuda interdum et deprauata."
- 431-432 *Graecos ... conscriberent* Er. listete die griechischen Paroemiographen auf, cf. z.B. *Proleg.* ll. 183-213.
- 433 *utilitatis ratio* In den *Proleg.* sagt Er., dass Adagienkenntnisse in vielen Hinsichten von grossem Nutzen sind: "Conducit autem paroemiarum cognitio cum ad alia permulta tum potissimum ad quatuor: ad philosophiam, ad persuadendum, ad decus et gratiam orationis, ad intelligendos optimos quosque autores" (ll. 270-272).
- 434-435 *quum ad ... literati* In diesem Brief erwähnt Er. nur den Nutzen "ad intelligendos ... autores". Siehe *Proleg.* cap. ix: "Ad intelligendos autores conducere paroemiam."
- 436 *coronidem* Zu 'coronis': Ep. 1659, n.l. 271.
- 438 *Pyladea ... amicitia* Hinweis auf Pylades und Orestes, das berühmte Freundespaar aus dem Altertum.
- 438-439 *cum optimo ... Hieronymo Frobenio* Cf. Ep. 2022, ll. 358-363. Als Johannes Froben (1460-1527) gestorben war, übernahm sein Sohn Hieronymus die Leitung der Druckerei. Hieronymus arbeitete eng mit Erasmus zusammen, cf. *Contemporaries* s.v. Froben.
- 443-444 *Vtinam ... voluptatis* Siehe *Adag.* 427, ll. 646-647: "Significatque Theseum, sicuti dictum est, multis auxilio fuisse, tamen ex plerisque certaminibus nullum retulisse praemium" und *Adag.* 2001, *ASD* II, 5, p.
- In margine I*: Haec praefatio conuenit superiori aeditioni, in qua fere dimidiata Chilia accesserat. In hac accesserunt nonnulla sed longe pauciora.
- 39, ll. 450-452: "Oportet in restituenda literaria re animum Herculanum praestare, hoc est nullo tuo incommodo a communi vtilitate curanda vel deterreri vel defatigari."
- 451-452 *crebrae aeditiones* Er. hat jeden von ihm autorisierten Druck erweitert (A-I). Zu diesen Erweiterungen: Phillips, Part I, "The Character and Growth of the 'Adages'" (pp. 3-165); Payr, pp. xv-xxvi.
- 452-453 *Primum ... Philippum* Der erste Druck der *Collect.* (BB E 54) erschien 1500 bei Johannes Philippi in Paris.
- 455-456 *Mensem ... Iunii* Cf. Ep. 127 von Faustus Andrelinus, mit dem die Erstausgabe der *Collect.* anfängt (cf. Ep. 211, n.l. 8).
- 457 *Iodocus Badius* Cf. BB E 56.
- 457-458 *Matthias Schurerius* Cf. BB E 60 sqq.
- 458-459 *post haec ... 1508* Näml. die vergrößerte und umgestaltete Sammlung der Sprichwörter, die Er. *Adagiorum Chiliades* genannt hat, cf. Ep. 269, n.l. 159.
- 459-460 *Aldinam ... Frobenius* Es betrifft die nicht autorisierte Edition von 1513 (5).
- 460-461 *plus septies ... accessionibus* Mehr als siebenmal d.h. 1513, 1515, 1517/1518, 1520, 1523, 1526, 1528 und 1533 (die vorliegende Edition), aber die Edition von 1513 war nicht erweitert worden. Also sind die Wörter "nunquam sine accessionibus" nicht ganz richtig.
- 465-467 *Si quis ... mentem* Er. hatte immer seinen Anspruch auf die Priorität seiner *Collect.* aufrechterhalten, aber scheint hier einigermassen im unsicheren zu sein.
- 468-469 *apud Latinos ... susciperet* Von der antiken lateinischen Paroemiographie ist kein Titel überliefert, aber es hat zweifellos solche Sammlungen gegeben, cf. Payr, p. xiv.
- 470 *horti ... flosculis* Zu dieser Metapher: n.l. 427-428.

nescio quo pacto Graecorum admiratio propensior effecit, vt Latini sua videantur habuisse neglectui. Alioqui non video quamobrem Virgilius sit Homero et Hesiodo posthabendus, aut Seneca, quisquis is fuit, Euripidi, aut Plautus et Horatius Aristophani – nam M. Tullius, quod ad hanc sane rem
 475 attinet, longe superat Demosthenem. Quisquis igitur hoc primus apud Latinos aggressus est, rem nec illiberalem nec infrugiferam aggressus est. Iam biennium exierat ex quo Lutetiae operis huius gustum fueram auspicatus, quum Louanii agens forte ex Hieronymo Buslidio, qui tum recens ex Italia venerat, nactus sum libellum adagia pollicentem. In eo comperi proueria fere
 480 septuaginta e Latinorum, praesertim Philippi Beroaldi commentariis collecta. Contuli annum ac diem; annus erat idem, sed aeditio mea tribus mensibus praecesserat; et res ipsa satis declarabat neutrum alteri tum fuisse notum, sed ambobus eandem cogitationem incidisse in mentem. Itaque si quid refert quis
 485 primus hoc argumentum attentarit, vterque nostrum primus fuit, si primus est qui neminem est sequutus. De Latinis loquor. Quod si auxit proueria qui plura aedit, ego nimirum auxi, qui prima statim aeditione dedi plusquam octingenta, quorum bonam partem hauseram ex fragmentis Diogeniani Graecis. At posteaquam emisi tot chiliadas, cuius procliuē fuit suis collectaneis
 490 aliquam accessionem adiungere, quam profiteatur ex bonis autoribus esse decerptam, nec mentiatur tamen. Nos enim chiliadas omnes ex optimis quibusque autoribus decerpimus diligenti nomenclatura, sicuti par est, indicantes quid cui feramus acceptum, adeo vt nec Apostolium debita laudis portione fraudauerimus; tantum abfuit vt me plumis alienis venditare voluerim.

495 Haec indigna ducerem quae commemorentur, nisi viderem hoc a quibusdam agi serio, vt primi hoc exemplum induxisse videantur, ab aliis, ne quid ex meis Chiliadibus videantur sumpsisse mutuo, sed rem totam suis auspiciis suoque Marte confecisse. Atqui si decerpunt ex vetustis autoribus quae
 500 produnt, quum in his resideat infinita prouerbiorum copia quae nos praetermisimus, quorū his praeteritis tam multa congerunt a nobis prodita, tam pauca adferunt nobis intacta? Quorū tam raro citant autores a nobis non citatos? Et si quid paululum nouent, an credunt ilico bene dissimulatum furtum, si veteribus
 505 ollis nouas affigant ansas? Si nostra non legerunt, qua fronte profitentur se nihil habere mecum commune? Si legerunt ac dissimulandum putant, certe diligentia et dexteritate tractandi perficiendum erat, ne cui suboleret fucus. Ego sane quanquam ita versatus videor in bonis autoribus, vt non magnopere sit opus ex recentiorum miscellaneis suffurari, tamen nullus est hodie literator
 510 tam triuialis quin, si libellum aederet adagia pollicentem, dignaturus sim eum lectione, quod vere dictum sit nullum esse librum tam malum vnde non aliquid boni possis decerpere. Nolle legere eos, qui tractant argumentum commune tecum, turpis est arrogantiae: dissimulare quum legeris, turpioris est ambitionis: inficiari beneficium, turpissimae ingratitude.

Haec illorum causa dixerim potiusquam mea. Nam quod ad meum attinet

- 515 animum, terque quaterque liberum omnibus esse volo cedere ac recedere
 prouerbia, seu noua velint seu malint vetera. Si id fecerint me infelicius, nihil
 offererint meo nomini, sed admota purpura deterior purpuram meam illustra-
 bit potius; sin felicius, gratulabor communibus studiis et in his mihi quoque.
 Nec addubito quin hoc seculum plurimos habeat iuuenes, qui me valeant in
 hoc stadio praecurrere: palma in medio est, arripiat qui potest.
- 520 Sed de his plura quam statueram. Vnum est in quo mihi fortassis opus erit
 lectoris aequitate; quoniam toties ex longis interuallis aeditum est hoc opus,
 non arbitror vbique vitatum, ne repetantur eadem. Vale, quisquis es, amice
 Lector.

- 473 *Seneca ... fuit* Er. hat in seine Seneca-Ausgabe von 1515 die sogenannten prouerbia Senecas aufgenommen. In der Edition von 1529 trägt er Erläuterungen nach: Allen, introd. Ep. 2132.
- 481-482 *Contuli ... praecesserat* Er. hat eine spätere Edition der Sammlung des Polydorus Vergilius eingesehen, näml. die Edition von Nov. 1500, aber die Erstausgabe erschien 1498. (Nach Brian Copenhaver *Contemporaries* III, p. 399 ist die Edition von 1500 die zweite Ausgabe des *Prouerborum libellus* Polydors, nach *CWE* I, p. 259, n.ll. 112-113, die dritte. Siehe auch Ep. 269, ll. 170-171; Ep. 331, l. 407 sqq.; Ep. 1175, l. 48 sqq.)
- 482-485 *et res ipsa ... sequutus* Er. scheint bereit zu sein den Ruhm mit Polydorus Vergilius zu teilen.
- 487 *Diogeniani* Zu Diogenian: *Proleg.* n.ll. 206-207; *Adag.* 296, n.l. 385.
- 490-491 *ex optimis quibusque autoribus* Er. listet die Werke und die Autoren, die ihm in Venedig zur Verfügung standen, auf, cf. *Adag.* 1001, LB II, 405 C D; Heinemann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 6.
- 491-492 *diligenti ... acceptum* Oft gibt Er. eine Quellenstelle genau an, aber es gibt auch Angaben wie: *Quidam ... referunt* (*Adag.* 2.1, ll. 784-785); *Quidam exponunt* (*Adag.* 2.xxx, l. 172); und: *Martialis* (ohne Stellenangabe, *Adag.* 155, l. 328); et *Horatianum illud* (*Adag.* 156, l. 366).
- 492-493 *adeo vt ... fraudauerimus* Er. treibt Schönfärberei: erstens erwähnt er Apostolius nicht immer, cf. Ep. 269, n.ll. 179-180; zweitens kann man z.B. die Worte "Adagium recensetur in collectaneis Apostolii, quem equidem autorem non adduce-rem in medium, nisi cogeret inopia magis idoneorum" (*Adag.* 299, ll. 458-459) nicht recht lobend ("debita portione laudis") nennen.
- 493-494 *tantum absuit ... voluerim* Siehe *Adag.* 306, ll. 170-171: "Aut etiam allusum est ad Aesopicam corniculam, quae se coloribus alienis venditauit." Cf. *Adag.* 306, n.ll. 170-171.
- 495-498 *Haec indigna ... confecisse* Ein wenig Brotneid ist Er. nicht fremd, cf. *Adag.* 2.iii, ll. 832-856, an welcher Stelle Er. sich gegen Caelius Rhodiginus stellt.
- 500-501 *tam multa ... intacta?* Der *Prouerborum libellus* des Polydorus Vergilius zeigt auffallende Ähnlichkeit mit den *Collectanea* Er.' Abhängigkeit von Polydorus (nicht andersherum!), die Er. wiederholt ge-
 leugnet hat, ist nicht nachgewiesen. Dazu: Th. Charles Appelt, *Studies in the Contents and Sources of Erasmus' Adagia, with particular Reference to the first Edition, 1500, and the Edition of 1526* (Diss. Univ. of Chicago, 1942), p. 68 sqq.; Payr, p. xv; Heinemann, *Zu den Anfängen*, p. 159; G. Tournoy-Thoen (cf. Ep. 211, n.l. 8), p. 94 sq.
- 502-503 *veteribus ... ansas* Von uns nicht nachgewiesen.
- 507 *ex ... suffurari* Polydorus entnahm (wie Erasmus!) den Humanisten (z.B. Perotti, Beroaldus, Hermolaus Barbarus und Politianus) seine Sprichwörter. Dazu: Heinemann, *Zu den Anfängen*, passim.
- 509-510 *nullum ... decerpere* Nach einer Aussage des Plinius maior, von Plinius iunior angeführt: *Epist.* III, 5, 10: "Nihil enim legit quod non exciperet; dicere etiam solebat nullum esse librum tam malum vt non aliqua parte prodesset."
- 516-517 *sed admota ... potius* Cf. *Adag.* 1074 (Purpura iuxta purpuram diiudicanda), LB II, 435 A: "Certissimum iudicium ex collatione nascitur."
- 519 *palma ... potest* Cf. *Adag.* 204.

[1] DES. ERASMVS ROTERODAMVS CAROLO MONTIOIO.

525 Posteaquam obitu clarissimi viri Guilhelmi Monteiouii tu parentem amantissimum perdidisti, ego patronum et amicum constantissimum, Carole iuuenis ornatissime, par est, vt qui eo viuo in partem haereditatis veneras, nunc totam paternae in me beneuolentiae successionem capessas operisque communiter
530 ambobus dicati solus tutelam suscipias, in quo tibi pater quodammodo superstes est. Mortem illius hoc moderatius ferre decet, quod decessit aetate iusta, fama illibata, rebus omnibus feliciter atque ex animi sententia compositis.

Vale: nona die Februarii Anno a Natali M.D.XXXVI.

Ep. 3092 Charles Blount ist der Adressat dieses Widmungsbriefes (d.d. 9.2.1536); sein Vater William war gestorben. Also widmet Er. die letzte Ausgabe seiner Adagien nur dem Sohn. Siehe auch die einlei-

tende Anmerkung zu Ep. 2023.
527 *vt qui ... veneras* Cf. Ep. 2023, ll. 392–393 und ll. 402–411; siehe auch die einleitende Anmerkung zu Ep. 2023.

DES. ERASMI ROTERODAMI
PROVERBIORVM CHILIAS PRIMA

[PROLEGOMENA]

[A]

i. QUID SIT PAROEMIA

5 Paroemia definitore Donato est *accommodatum rebus temporibusque prouerbium*.
Diomedes autem finit hunc ad modum: *Paroemia est prouerbii vulgaris usurpatio,*
rebus temporibusque accommodata, cum aliud significatur quam dicitur. Apud Graecos
scriptores variae feruntur finitiones. A nonnullis describitur hoc pacto:
10 Παροιμία ἐστὶ λόγος ὠφέλιμος ἐν τῷ βίῳ, ἐπικρύψει μετρία πολὺ τὸ χρήσιμον ἔχων
ἐν ἑαυτῷ, id est *Prouerbium est sermo ad vitae rationem conducibilis, moderata quadam*
obscuritate, multam in sese continens utilitatem. Ab aliis hoc finitur modo:
Παροιμία ἐστὶ λόγος ἐπικαλύπτων τὸ σαφὲς ἀσαφείᾳ, id est *Prouerbium est sermo*

8 describitur *A C-I*: scribitur *B*.

4 Zu dem Begriff paroemia siehe: K. Rupprecht, *RE* XVIII, 2 (1949) coll. 1708–1711; A. Otto, *Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer*, Leipzig, 1890/Hildesheim, 1980, 1988, p. VII sqq. (Dazu: *Nachträge zu Otto, Sprichwörter* usw. Hrsg. von R. Häussler, Darmstadt, 1968, p. 8 aus der *Rezension zu A. Otto, Die Sprichwörter* usw. von O. Crusius); Anna Maria Ieraci Bio, *Le concept de παροιμία: prouerbium dans la haute et la basse antiquité*, in: *Richesse du proverbe*, vol. II, pp. 83–94, Villeneuve d'Asque, 1984. Zu dem Begriff 'paroemia' bei Erasmus: Cl. Balavoine, *Les principes de la parémiographie Érasmiene*, in: *Richesse du Proverbe*, vol. II, pp. 9–23, Villeneuve d'Asque, 1984; Chomarar, pp. 771–777.

5 Don. *Ars Gr.* III, 6, Keil, *Gr. Lat.* IV, p. 402 (= L. Holtz, *Donat et la tradition de l'enseignement grammatical. Étude et Édition cri-*

tique, Paris, 1981, p. 673, l. 3).

6 Diom. 2, Keil, *Gr. Lat.* I, p. 462 (6 vulgaris prouerbi; 7 quam quod).

7–8 *Apud Graecos scriptores* Siehe z.B. Suid. παροιμία 733 und *Étym. mag.* 654, 15 sqq.

8 *A nonnullis* Apost. Praefatio, *Paroem. Gr.* II, p. 235, l. 4 sqq. (9 ὠφέλιμος ἦτοι βιωφέλης). Er. nennt Apostolius, Verfasser einer Sprichwörtersammlung aus dem XV. Jahrhundert, den er nicht hochschätzte, selten mit Namen. Dazu: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 53, n.l. 811; p. 127, n.l. 922–923; *ASD* II, 5, p. 89, n.l. 667–668.

11 *Ab aliis* Apost. Praefatio, *Paroem. Gr.* II, p. 234, l. 14 sq. (12 μὲν οὖν ἐστὶ), cf. n.l. 8. Die Praefatio Apostolius' wurde von Arsenius, Apostolius' Sohn, der die Sammlung seines Vaters erweitert hat, in seiner eigenen Einleitung angeführt. Zu Arsenius: n.l. 61.

rem manifestam obscuritate tegens. Neque me clam est complureis alias et apud Latinos et apud Graecos paroemiae finitiones extare, verum eas omnes hic referre non arbitratus sum operaepretium fore, cum quod in hoc opere praecipue propositum sit, breuitatem illam, quam a docente requirit Horatius, ubique quoad licebit sequi, tum quod eandem fere cantilenam canunt eodemque recidunt; maxime quod inter tam multas nulla reperitur, quae vim naturamque prouerbii sic complectatur, ut non aliquid vel redundet vel diminutum sit.

Siquidem Donatus ac Diomedes, ut interim alia non excutiam, in omni paroemia requirere videntur inuolucrum aliquod, ut qui eam allegoriae speciem fecerint. Deinde γνωμικόν, id est *sententiale* quiddam expectant, cum addunt *rebus temporibusque accommodatum*. Graecorum item quotquot sunt finitiones, aut sententiam ad vitam instituendam conducibilem aut metaphorae tectorium admiscent, quaedam vtrunque cum altero coniungunt. Atqui per multa reperies apud ἀκινήτους, id est *neutiquam violandae autoritatis scriptores*, prouerbii nomine citata, quae nulla metaphora tegantur. Rursum non pauca, quae nihil omnino pertineant ad institutionem vitae et a sententiae ratione prorsus ἐκ διαμέτρου, quod aiunt, dissideant. Exempla pro multis duo suffecerint: Μηδὲν ἄγαν, id est *Ne quid nimis*, nemo non ponit inter adagia, nihil tamen habet integumentum, et Τίς ἂν ἀπὸ θύρας ἀμάρτου; hoc est *Quis aberret a foribus?* ab Aristotele paroemiae titulo refertur; at id non video quid conferat ad vitae rationem. Iam vero non omne prouerbum allegoria quapiam tegi vel ex Fabio liquet, cuius haec verba sunt libro Institutionum quinto: *Cui confine est paroemias genus illud, quod est velut fabella breuior*, videlicet palam indicat et alia paroemiarum esse genera, quae non sint allegoriae confines. Quanquam haud inficias iuerim maximam adagiorum partem aliqua metaphorae specie fucatam esse. Tum optimas fateor eas, quae pariter et translationis pigmento delectent et sententiae prosint utilitate.

Verum multo aliud est commendare paroemiam et quaenam sit optima demonstrare, aliud quid ea sit in genere definire. Mihi, quod grammaticorum pace fiat, absoluta et ad nostrum hoc institutum accommodata paroemiae finitio tradi posse videtur ad hunc modum: Paroemia est | celebre dictum, scita quapiam nouitate insigne, ut dictum generis, celebre differentiae, scita quapiam nouitate insigne proprii vicem obtineat. Quandoquidem his tribus partibus perfectam constare definitionem dialecticorum consensus est.

ii. QUID PAROEMIAE PROPRIUM ET QVATENS

Itaque peculiariter ad prouerbii rationem pertinent duo: τὸ θρυλλούμενον καὶ καινότης, hoc est uti celebratum sit vulgoque iactatum. Nam hinc etiam paroemiae Graecis vocabulum, videlicet ἀπὸ τοῦ οἴμου τὸ ὄδος, ὡσπερ τρίμμα καὶ παροδικόν, quod passim per ora hominum obambulet; et adagii Latinis, quasi dicas circummagium autore Varrone. Deinde scitum, ut aliqua ceu nota

discernatur a sermone communi. Neque enim protinus, quod populari sermone tritum sit aut figura nouatum in hunc catalogum adlegimus, sed quod antiquitate pariter et eruditione commendetur: id enim scitum appellamus.

Quibus ex rebus accedat nouitas adagiis mox ostendemus, nunc quot modis celebritas contingat paucis indicabimus. Veniunt igitur in vulgi sermonem vel ex oraculis numinum, quod genus illud: Οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι, id est *Neque tertii neque quarti*. Vel a sapientum dictis, quae quidem antiquitas oraculorum instar celebrauit, quale est illud: Δύσκολα τὰ καλὰ, hoc est *Ardua quae pulchra*. Vel e poeta quopiam maxime vetusto vt Homericum illud: 'Ρεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω, id est *Rem factam etiam stultus intelligit*. Item illud Pindaricum: Ποτὶ κέντρον λακτιζέμεν, id est *Contra stimulum calcitrare*, et illud Sapphus:

27 reperies D-I: reperias A-C.

32 ἄν B-I: om. A; ἁμάρτοι C-I: ἁμάρτοιεν A B.

49 prouerbi B-I: paroemiae A.

13-14 *apud Latinos* Cf. Rupprecht, coll. 1709-1710 und Otto, p. xxiii.

14 *apud Graecos* Cf. Rupprecht, coll. 1708-1709 und n.ll. 7-8.

16 Hor. *Ars* 335-336.

17 *eandem ... canunt* Ter. *Phorm.* 495. *Adag.* 1476 (Cantilenam eandem canis), LB II, 574 C (Payr, p. 520). Siehe auch *Adag.* 388 (Frustra canis), l. 405.

27 ἀκινήτους ... *scriptores* Vielleicht nach Suid. ἀκίνητα 888. Man vergleiche Schol. Plat. ad *Tht.* 181 b (G. Chase Greene, *Scholias Platonica*, Haverford, Penn., 1938, p. 33); Ep. 2443, l. 65: "Scripturarum ἀκινήτων falsarius" (sc. Erasmus).

30 ἐκ διαμέτρου Cf. *Adag.* 945 (E diametro opposita. Diametro distant), LB II, 380 E. Mynors *CWE* 32, p. 378 ad loc.: "Perhaps from Suidas E 392 or Lucian [*Cataplus/Tyrant* 14]."

31 Μηδὲν ἔγαν Spruch, einem der sieben Weisen zugeschrieben. *Adag.* 596 (Ne quid nimis), LB II, 259 E (Payr, p. 420).

33 Aristot. *Metaph.* II, 993 b 4-5 (32 ἀπό om.).

paroemiae titulo Cf. *Adag.* 536 (Quis aberret a ianua?), LB II, 236 D.

35 *ex Fabio Quint. Inst.* V, 11, 21 (36 παροιμίας). Cf. n.ll. 150-152.

39 *fucatum* Cf. *Adag.* 452 (Fucum facere), l. 167.

51-52 ἀπό ... παροδικόν Die Wortwahl von Er. mag klarmachen, dass ihm wieder die Praefatio von Apostolius vorschwebte. Apost. Praefatio, *Paroem. Gr.* II, p. 237, l.

50 vti A-C E-I: vt D; hinc B-I: huic A, corr. s.

53 vt E-I: et A-D..

63 factam A-D F-I: factum E.

13 sq.: 'H δὲ παροιμία ἐκ ... τοῦ οἴμος ἡ ὁδός ... ἦτοι τὸ παροδικὸν τρίμα καὶ διήγημα. Zu der Etymologie des Fachausdrucks παροιμία: Ieraci Bio, p. 85 und Leutsch ad loc.

52 *adagii* Cf. Rupprecht, col. 1709.

53 Varro *Ling. lat.* VII, 31.

57 *mox* Cf. l. 89 sqq.

59 *illud Adag.* 1079 (Megarenses neque tertii neque quarti), LB II, 437 A. Cf. Zenob. 1, 48 (dazu Bühler IV, p. 270 sqq.). Diogen. 1, 47 = Apost. 1, 59.

61 *illud* Apost. 6, 39a. Diese Aussage fügte Arsenius der Synagoge seines Vaters hinzu. Cf. Chr. Walz, ΑΡΣΕΝΙΟΥ ΙΩΝΙΑ, *Arsenii Violetum*, Stuttgartiae, 1832, p. 186. Zu dieser Ausgabe: Bühler I, pp. 298-299 und *Adag.* 422, n.l. 484. Fr. behandelt dieses Sprichwort in *Adag.* 1012 (Difficilia quae pulchra), LB II, 410 C.

62 Hom. *Il.* XVII, 32. *Adag.* 30 (Factum stultus cognoscit).

63 Pind. *Pyth.* 2, 94-95. *Adag.* 246 (Contra stimulum calces). Don. und Diom. (n.l. 5 und n.l. 6) erläutern beide den Begriff 'paroemia' an dieser Aussage. Siehe auch *Adag.* 214, l. 597.

64 Sapph. fr. 52 D. = fr. 29 (146) Lobel-Page = fr. 146 Voigt. *Adag.* 562 (Neque mel neque apes), LB II, 247 F. Er. hat dieses oft zitierte fr. (cf. Voigt ad loc.) offenbar dem in *Adag.* 562 erwähnten Trypho, der die Aussage Sappho zuschreibt, (Περὶ τρόπων 25, Spengel III, p. 206) entnommen. Cf. *Adag.* 2.i, l. 781.

- 65 Μήτε μοι μέλι μήτε μέλισσα, id est *Neque mel mihi neque apis*. Siquidem dum linguae adhuc incorruptae manerent, poetarum versus in conuiujs etiam canebantur. Vel e scena, hoc est tragicorum et comicorum actis fabulis, quod genus illud ex Euripide: Ἄνω ποταμῶν. Rursum illud ex Aristophane: Βάλλ' ἐς κόρακας. Praecipue vero comoedia mutuo quodam commercio et vsurpat
70 pleraque iactata vulgo et gignit traditque vulgo iactanda. Nonnulla ducuntur ex fabularum argumentis vt Ἄπληστος πίθος, ex Danaidum fabula, Ἄιδου κυνῆ, *Orci galea*, ex fabula Persei. Quaedam trahuntur ex apologis, e quibus illud:

At non videmus manticae quod in tergo est.

- 75 Aliquot ex euentu nascuntur sicut hoc: Ἄλλα μὲν Λεύκων, ἄλλα δὲ Λεύκωνος ὄνος φέρει, id est *Alia Leucon, alia Leuconis asinus portat*. Ex historiis aliquot mutuo sumpta sunt, quorum est illud: *Romanus sedendo vincit*. Quaedam profecta sunt ex apophthegmatis, hoc est scite breuiterque responsis sicut illud:

- 80 Ὅς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, Σάμον θέλει, id est
Qui semet ipse non habet, Samum petit.

Sunt quae ex verbo temere dicto sunt arrepta velut Οὐ φροντὶς Ἴπποκλείδῃ, id est *Non est curae Hippoclidii*. Denique mores, ingenium, seu gentis siue hominis alicuius siue etiam animantis, postremo rei quoque vis quaeriam insignis ac
85 vulgo nota locum fecerunt adagio. Cuiusmodi sunt: Σύροι πρὸς Φοίνικας id est
LB 3 *Syri contra Phoenices*, Ἀκκίζειν pro eo, quod est *Ficte recusare, quod accipere cupias*, et Ἀλώπηξ οὐ δωροδοκεῖται, id est *Vulpes non capitur muneribus*, et Δις κράμβη θάνατος, *Bis crambe mors*, et Κληματὶς Αἴγυπτια, *Clematis Aegyptia*.

iii. QVIBVS EX REBVS ACCEDIT NOVITAS PAROEMIAE

- 90 Iam quod de nouitate diximus, id neutiquam simplex est. Nam hanc nonnunquam ipsa res secum adfert vt Κροκοδείλου δάκρυα, *Crocodili lachrymae*. Nonnunquam eam figura conciliat, cum per omnes ferme schematum species adagium varietur, quas singillatim persequi non est necesse. Eas duntaxat attingam, quas frequentissime recipit. Metaphora pene semper adest. Multas
95 autem parteis ea complectitur. Allegoria non minus crebra, quanquam et haec quibusdam metaphorae species est. Exemplum prioris *Res omnis in vado est*, posterioris Λύκος ἔχανεν, *Lupus hiat*. Nec infrequens hyperbole velut Γυμνότερος λεβηρίδος, id est *Nudior exuiuo serpentis*. Nonnunquam vsque ad aenigma peruenit, quod autore Quintiliano nihil aliud est quam obscurior allegoria, quod genus Πλέον ἡμισυ παντός, id est *Dimidium plus toto*. Nonnunquam
100 allusio venerem adiungit paroemiae veluti Βάλλ' οὕτως, id est *Sic ferito*, et Σύν τε δὲ ἔρχομένω, id est *Duobus simul euntibus*, et

“Ὅτι σοὶ ἐν μεγάροισι κακῶν τ’ ἀγαθῶν τε τέτυκται, id est
Aedibus in propriis quae rectae pravae fiant.

105 Aliquoties αὐτὴ διάλεκτος καὶ ἰδίωμα, id est *verbi proprietates*, prouerbii simula-

- 66 conuiuiis A-C E-I: conuitiis D.
 69 κόρακας A-C E-I: κόρακος D.
 78 profecta sunt B-I: manarunt A.
 80 αὐτὸν B D-I: αὐτὸν A, corr. s, αὐτὸν C.
 82 sunt alt. B-I: sint A.
 83 Hippocliidi A C-I: Hippocliidi B.
- 68 Eur. Med. 410. Adag. 215 (Sursum versus sacrorum fluminum feruntur fontes).
Rursum illud Aristoph. Nub. 133; Plut. 782.
 Cf. Adag. 1096 (Ad coruus), LB II, 446 B.
 71 Ἄπλησθος πίθος Zenob. 2, 6. Ald. col. 39.
 Adag. 933 (Inexplebile dolium), LB II, 376 E (Payr, p. 460). Er. erwähnt in Adagium 933 Zenobius (Zenodotus) als seine Quelle. Vergleiche auch Adag. 360, l. 55 sqq.
 71-72 Αἰδου κυνῆ Zenob. 1, 41 = Ald. col. 11 sq. Adag. 1974 (Orci galea), ASD II, 4, p. 321.
 74 Catull. 22, 21 (74 Sed non). Er. zitiert den Vers in Adagium 590 (Non videmus manticae, quod in tergo est, LB II, 256 B) richtig.
 75-76 Ἄλλα ... φέρει Zenob. Ald. col. 23 (falsch numeriert, eigentlich 22). Adag. 1186 (Alia Lacon, alia asinus illius portat), LB II, 478 F.
 77 illud Varro Rust. I, 2, 2. Adag. 929 (Romanus sedendo vincit), LB II, 375 F.
 79 illud Plut. Mor. 233 d. Apost. 13, 5. Adag. 683 (Qui se non habet, Samum habere postulat), LB II, 295 A.
 82 Οὐ ... Ἰπποκλειδῆ Bei den Paroemiographen (Zenob. 5, 31. Ald. col. 139. Suid. οὐ 978. Diogen. 7, 21. Apost. 13, 70). Adag. 912 (Non est curae Hippocliidi), LB II, 371 C.
 85 Σύροι πρὸς Φοίνικας Diogen. 8, 19. Apost. 15, 71 = Suid. Σύροι πρὸς Φοίνικας 1670. Cf. Adag. 756 (Multa Syrorum olera), LB II, 320 D: “Neque Syrorum mores vulgo nota caruisse vel adagium illud testatur: Σύροι πρὸς τοὺς Φοίνικας, id est Syri contra Phoenices.”
 86 Ἀκκίζειν Wohl nach Suid. ἀκκίζόμενος 878. Adag. 1199 (Accissare), LB II, 483 B.
 87 Ἄλωπηξ οὐ δωροδοκεῖται Suid. ἀλώπηξ 1391 und Zenob. Ald. col. 25, wo die in Adagium 918 zitierte Zeile von Cratinus –
 fr. 128 Kock (I, p. 53) = fr. 135 PCG – angeführt ist. Adag. 918 (Vulpes haud corumpitur muneribus), LB II, 372 F.
 87-88 Δις κράμβη θάνατος Adag. 438 (Crambe bis posita mors).
 88 Κληματίς Αἴγυπτία Adag. 22 (Clematis Aegyptia).
 91 Κροκοδείλου δάκρυα Apost. 10, 17. Er. hat dieses Adagium für seine *Collectanea* (703) fast wörtlich aus den *Cornucopiae* von Perotti übernommen, cf. Heinemann, *Zu den Anfängen*, p. 163 sq. Cf. Adag. 1360 (Crocodili lachrymae), LB II, 543 A.
 95-96 haec ... est Quint. Inst. IX, 2, 46: “Quemadmodum ἀλληγορίαν facit continua μεταφορά”; VIII, 6, 44, cf. H. Lausberg, *Handbuch der literarischen Rhetorik*, München, 1960, p. 441 sq.
 96 Exemplum prioris Ter. Andr. 845. Adag. 45, ll. 455-456.
 97 posterioris Diogen. 6, 20. Adag. 1258 (Lupus hiat), LB II, 508 A.
 97-98 Γυμνότερος λεβηρίδος Adag. 26.
 99 Quint. Inst. VIII, 6, 52.
 100 Πλέον ... παντός Hes. Erg. 40. Adag. 895 (Dimidium plus toto), LB II, 364 C.
 101 Βάλλ’ οὕτως Hom. Il. VIII, 282. Cf. Adag. 1328 (Io Paeon), LB II, 531 E.
 101-102 Σύν ... ἐρχομένω Hom. Il. X, 224, zitiert von Cic. Att. IX, 6, 6, cf. l. 512 und Adag. 2051 (Duobus pariter euntibus), ASD II, 5, p. 67.
 103 Hom. Od. IV, 392 (103 τοὶ ἐν μεγάροισι κακῶν τ’ ἀγαθῶν τε). Adag. 585 (Aedibus in nostris quae prava aut recta geruntur), LB II, 254 E. Siehe zu diesem Adagium: Heinemann-Kienzle, ASD II, 4, p. 283, n.l. 58.
 105-106 Aliquoties ... addit Cf. Adag. 1850, ASD II, 4, p. 246, l. 658 sqq.: “Nec in figura sita est huius prouerbii ratio, sed in nouitate vocis, vt in operis huius initio monuimus.”

crum addit vt Ὠγύγιον κακόν, id est *Ingens malum*. Fit interdum, vt ipsum ἀμφίβολον, hoc est *ambiguitas*, decus apponat prouerbio. Cuius generis est Βοῦς ἐπὶ γλώσση, id est *Bos in lingua*, et Ὅσα Μῦς ἐν Πίσση, id est *Quaecunque Mus in Pisa*. Siquidem bos et animal significat et nomisma. Mus item animantis est nomen et idem athletae cuiusdam vocabulum. Et Pisa nomen vrbis accessione literulae auctum *picem* significat, *πίσσα*. Nonnunquam ipsa eloquendi nouitas paroemiam efficit vt Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια, id est *In vino veritas*. Nam si dicas ebrios vera loqui, non videbitur adagium. Item si dicas: 'Sine cibo et potu languet libido', non habebit adagii faciem, contra: *Sine Cerere et Baccho friget Venus*, nemo non agnoscit adagii speciem. Quanquam haec ipsa nouitas, vt omnia alia, proficiscitur a figura. Decorat interim et antiquitas vt Ἐγγύα, πάρα δ' ἄτη, *Sponde, sed praesto est iactura*. Denique in paroemiis omneis τοῦ γελοίου, id est *ridiculi*, formas inuenies. Sed haec minutim persequi molestae cuiusdam diligentiae fore videatur. Tametsi de figuris prouerbialibus paulo post aliquanto copiosius dicturi sumus.

iv. QVOMODO PAROEMIA DIFFERAT AB IIS, QVAE VIDENTVR ILLI CONFINIA

Sunt autem quaedam affinia paroemiis, puta γνῶμαι, quas nostri sententias appellant; ad haec αἶνοι, qui a nostris apologi vocantur. Tum ἀποφθέγματα, quae Latine *breviter ac scite dicta* vertere licebit. Praeterea σκώμματα, id est *salse dicta*. Denique quicquid allegoriam aut aliam quampiam figuram prouerbialem ceu personam prae se gerit. Ea tametsi difficile non sit ab adagiorum genere secernere, si quis ad finitionem tanquam ad gnomonem et regulam vnumquodque norit applicare, tamen quo faciam satis etiam imperitioribus, haud grauabor rudius et pinguiore, quod aiunt, Minerua rem explicare, vt plane constet, quid in hoc opere sim sequutus.

Primum inter sententiam et paroemiam eiusmodi ratio est, vt vtraque cum altera coniungi, vtraque rursus ab altera queat seiungi non aliter quam album ab homine. Vt enim non statim album quod homo, neque protinus homo quod album, nihil tamen vetat id album esse, quod sit homo. Ita non raro fit, vt sententia paroemiam complectatur; at non statim quod paroemia fuerit, idem erit et sententia, neque contra velut

Auaro tam deest quod habet, quam quod non habet, et

Pascitur in viniu linor, post fata quiescit,

non vt sententiae sunt, ita sunt et adagia. E diuerso | *Ego in portu nauigo*, vt est prouerbium, ita sententia non est. Rursum Μη παιδι τὴν μάχαιραν, id est *Ne puero gladium*, pariter et paroemiae sententiaeque rationem complectitur, denique et allegoriae. Neque defuere tamen, potissimum apud Graecos, qui grauati non sunt operam in hoc genere sumere γνωμολογίαν, id est *sententiarum collectionem*, conscribentes, inter quos praecipuus Ioannes Stobaeus; quorum ego certe laborem probarim libentius quam aemulari velim.

Sed ad reliqua: ἄλνον Aphthonius in *Progymnasmatis simpliciter μῦθον*, id est *fabulam*, vocat. Huic sunt, vt ait, varia ex inuentoribus cognomina: Συβαρίτης, Κίλιξ, Κύπριος, Αἰσώπειος. Quintilianus ἄλνον ait a Graecis appella-

- 117 Sponde *B-I*: Spondae *A*; sed *C-I*: om. *A B*.
 119 fore *A-G*: forte *H I*.
 124-125 salse dicta *A-D F-I*: false dicta *E*
- 106 Ὀγγύγιον κακόν *Adag.* 1850 (*Ogygia mala*), *ASD* II, 4, p. 246.
 107 ἀμφίβολον, *hoc est ambiguitas* Quint. *Inst.* III, 6, 43 und VII, 9, 1 sqq. Cf. Lausberg, p. 122 sq.
 107-108 Βοῦς ἐπὶ γλώσση Bei den *Paroemiographen* (Zenob. 2, 70. Ald. col. 57. Diogen. 3, 48. Apost. 5, 7) nach Thgn. 815. *Adag.* 618 (*Bos in lingua*), *LB* II, 268 C.
 108 Ὅσα ... Πίσση Bei den *Paroemiographen* (Zenob. 5, 46. Ald. col. 131. Suid. ὅσα 680). *Adag.* 1267 (*Quanta mus apud Pisam*), *LB* II, 511 E.
 109 *Siquidem ... nomisma* Cf. Zenob. 2, 70.
 109-111 *Mus ... πίσσα* Die beiden gebotenen Interpretationen behandelt Er. auch in *Adag.* 1268 (*Mus picem gustans*), *LB* II, 511 F. Siehe auch Suid. Μῦς 1466 und Suid. Πίσσα 1637.
 112 Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια Bei den *Paroemiographen* (Zenob. 4, 5 = Ald. col. 81. Diogen. 4, 81 = Apost. 7, 37). *Adag.* 617 (*In vino veritas*), *LB* II, 267 B.
 114 *Sine ... Venus* Ter. *Eun.* 732 (114 *Liber*). Cic. *Nat.* II, 60. Dazu: A. Stanley Pease, *M. Tulli Ciceronis De natura deorum libri III*, Cambridge, Mass., 1958/Darmstadt, 1968, vol. II, p. 691 sq. *Adag.* 1297 (*Sine Cerere et Baccho friget Venus*), *LB* II, 521 F.
 116-117 Ἐγγύα, πᾶρα δ' ἄτη Aussage, einem der sieben Weisen zugeschrieben. Stob. III, 1, 172, p. 118 Hense. Plat. *Charm.* 165 a. Cf. *Adag.* 597 (*Sponde, noxa praesto est*), *LB* II, 260 E.
 119 paulo post *Proleg.* cap. xiii.
 122-123 γνώμαι ... appellant Quint. *Inst.* VIII, 5, 3: "Sententiae vocantur, quas Graeci γνώμας appellant."
 123 ἄλνοι ... vocantur Quint. *Inst.* V, 11, 20, cf. n.ll. 148-150.
 ἀποφθέγματα Cf. l. 78. Man vergleiche auch Ep. 2431 (= *Praefatio* zu den *Apopht.*), ll. 5-7: "Proin ex optimis quibusque autoribus collegi quae Graeci vocant 'Apophtegmata', hoc est, egregie dicta."
- in textu, corr. in *Erratis*.
 132 aliter *B-I*: alter *A*, corr. s.
 144 Ioannes *A-C*: Nicolaus *D-I*.
- 127 ad *gnomonem et regulam* *Adag.* 1060 (*Gnomon et regula*), *LB* II, 429 C.
 129 pinguiore ... *Minerva* *Adag.* 37, l. 171.
 134-135 *Ita ... complectatur* Cf. Aristot. *Rhet.* II, 21, 1395 a 19: "Ἐπι ἔναι τῶν παροιμιῶν καὶ γνώμαι εἶσιν."
 137 *Publil. Syr.* 628/T3 Meyer (= O. Friedrich, *Publilii Syri Mimi sententiae*, Berlin, 1880/Hildesheim, 1964) zitiert von Quintilian *Inst.* VIII, 5, 6 und IX, 3, 64 (137 tam deest auaro).
 138 *Ov. Am.* I, 15, 39. Auch angeführt *Adag.* 1611, *ASD* II, 4, p. 94, l. 179 und *Adag.* 2996, *ASD* II, 6, p. 585, l. 859.
 139 *Ego ... nauigo* *Adag.* 46, l. 468.
 140 *Mη ... μάχαιραν* Nach den *Paroemiographen* (Diogen. 6, 46. Apost. 11, 51. Suid. μη παιδι μάχαιραν 971). Cf. *Adag.* 2.xix, ll. 71-72; *Adag.* 1418 (*Ne puero gladium*), *LB* II, 559 B.
 144 *Ioannes Stobaeus* Seit *D* (1520) wird irrtümlich der Vorname Nicolaus verwendet. Dieser Vorname findet sich auch in *Adag.* 2653 und erklärt sich vielleicht aus *Adag.* 301, l. 56: "Citatur autem a Stobaeo ex Nicolao quodam poeta comico", cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 6, p. 453, n.l. 493. Siehe auch: *Adag.* 1669, *ASD* II, 4, p. 131, app. crit. ad l. 18: *Stobaeum F-I*: Ioannem *Stobaeum A-E*. Für die Ausgabe von 1508 benützte Er. eine *Stobaeus-Handschrift*, die ihm in Venedig bei Aldus zur Verfügung stand. Dazu: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 131, n.l. 18; p. 199, n.l. 47; p. 339, n.l. 233.
 146 *Aphthonius in Progymnasmatis* Spengel II, p. 21, ll. 1-6 (= H. Rabe, *Aphthonius Progymnasmata*, Leipzig, 1926, p. 1, ll. 4-10). Die *Progymnasmata* des Aphthonius wurden von Aldus 1508 in der Ausgabe *Rhetores Graeci* veröffentlicht.
 148-150 *Quintilianus ... nomine* Quint. *Inst.* V, 11, 20: "Ἄλνον Graeci vocant et αἰσωπέτους, vt dixi, λόγους et λιβυκούς; nostrorum quidam non sane recepto in vsum nomine apologationem." Die älteren Ausgaben geben anstatt αἰσωπέτους, das von Er. ver-

tum λόγον μυθικὸν αἰσωποποίητον, a Latinorum nonnullis *apologationem*, non
 150 satis *in usum recepto nomine*. Neque negat αἴνον paroemiae confinem esse, verum
 ita distingui vt αἴνος totus sit apologus, paroemia *veluti fabella breuior*. Exempli
 loco posuit: *Non nostrum onus, bos clitellas*. Ad hunc quidem modum vsurpauit
 Hesiodus:

Νῦν δ' αἴνον βασιλεῦσ' ἐρέω, νοέουσι καὶ αὐτοῖς.
 155 Ὡδ' ἱρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ποικιλόδειρον, id est
Aenon principibus referam, norint licet ipsi.
Vocalem accipiter sic affatus philomenam est.

Vtitur eundem ad modum et Archilochus et Callimachus. Etiam si Theocritus
 ἐν Κυνίσκαις, αἴνον pro paroemia videtur vsurpasse:

160 Αἴνός θην λέγεται τις ἔβα καὶ ταῦρος ἀν' ὕλαν'.

Iam vero apophthegmata non alio discrimine dissident a paroemiis quam
 sententiae. Quemadmodum enim illud: Ὅς αὐτὸς αὐτὸν οὐκ ἔχει, Σάμον θέλει,
 simul et adagium est et apophthegma, ita illud Simonidis ad quendam in
 conuiuio tacentem: Εἰ μὲν ἡλίθιος εἶ, σοφὸν πράγμα ποιεῖς, εἰ δὲ σοφός, ἡλίθιον,
 165 [B] id est *Si quidem stultus es, sapientem rem facis, si vero sapiens, stultam*, [A] item
 illud: *Decet Caesaris uxorem non solum crimine, verumetiam criminis suspitione*
vacare, apophthegma quidem est, at non item paroemia. Item *Soles duabus sedere*
sellis simul et prouerbium et λοιδορίον est; contra *Mater nunquam, pater persaepe*,
 item illud Turonii: *Ad molas sunt*, σκῶμμα quidem est, at non item adagium.
 170 Quanquam sunt in hoc genere quaedam adeo commode dicta, vt facile possint
 in adagiorum ordinem ascisci velut illud: Μέχρι βωμῶν φίλος εἰμί, id est *Vsque*
ad aras sum amicus. Adest enim simul et breuitas et sententia et figura.

Haec paulo verbosius inculcauimus, ne quid a nobis in hoc expectetur
 opere, nisi quod sub paroemiae cadit appellationem, neue quis per negligenti-
 175 tiam praeteritum existimet, quod prudentes consultoque tanquam ab argu-
 mento alienum praetermisimus.

V. COMMENDATIO PROVERBIORVM A DIGNITATE

Porro autem ne quis hanc doctrinae partem tanquam nimium humilem et
 impendio facilem peneque puerilem fastidiat atque aspernetur, paucis expo-
 180 nam, quantum haec, sicuti videntur minutula, apud antiquos illos obtinuerint
 dignitatis; deinde quantum adferant commoditatis, si quis in loco sciteque
 vtatur; postremo non vsque adeo cuiuslibet esse recte prouerbiis vti.

Principio cognitionem adagiorum non in postremis habitam apud summos
 viros, vel illud sat argumenti puto, quod primi nominis autores non indigna
 185 duxerint, de quibus diligenter voluminibus aliquot conscriberent. Quorum
 primus est Aristoteles, nimirum tantus philosophus, vt vnus hic pro multis
 suffecerit. Reliquit is teste Laertio de paroemiis volumen vnum. Chrysippus

- 149 μυθικόν *A C-I*: μηθικόν *B*; αἰσωποποιητῶν *G-I*: et αἰσωποποιητῶν *A-C* *E in textu*, *corr. in Erratis*, et αἰσωποποιητῶν *D F*.
- 152 *bos B-I*: *vos A*.
- wendete Wort αἰσωποποίητους (cf. Heinemann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 41, n.l. 482), und anstatt λιβυκούς das Wort μυθικούς (z.B. die Quintilian-Edition Bebel, Basel, 1529).
- 150–152 *Neque ... clitellas* Quint. *Inst.* V, 11, 21, cf. n.l. 35. Siehe *Adag.* 1884 (*Non nostrum onus, bos clitellas?*), *ASD* II, 4, p. 266, ll. 33–34.
- 153 Hes. *Erg.* 202–203 (154 φρονέουσι: νοέουσι v.l., cf. M.L. West, *Hesiod. Works and Days*, p. 104). Diese Verse werden auch von Apost. in seiner Praefatio zitiert (*Paroem. Gr.* II, p. 236, l. 15 sqq.). Auch da findet sich die lectio νοέουσι. Zu dem Begriff αἴνος siehe West, op. cit. p. 205, n.l. 202 und A.S.F. Gow, *Theocritus edited with a Translation and Commentary*, Cambridge, 1950, vol. II, p. 255 sq. zu Theocr. 14, 43.
- 157 *philomenam* Die übliche Form ist ‘philomela’ (‘Philomela’). Dazu: Heinemann-Kienzle, *ASD* II, 6, p. 385, n.l. 872–874.
- 158 *Archilochus* Gemeint sind fr. 81 D. (= 89 Bergk = 185.1 M.L. West, *Iambi et elegi Graeci ante Alexandrum cantati*, vol. I., Oxford, 1971, p. 16) und fr. 89 D. (= 86 Bergk = 174 West, p. 77), die auch Apost. in seiner Praefatio (*Paroem. Gr.* II, p. 236, l. 3 sqq.) zitiert. Diogen. führt in seiner Praefatio nur fr. 89 D. (*Paroem. Gr.* I, p. 178, l. 10 sqq.) an. Beide Fragmente von Archilochus finden sich in Ps. Ammonius, cf. Kl. Nickau, *Ammonii qui dicitur liber De adfinitium vocabulorum differentia*, Leipzig, 1966, pp. 5–6.
- Callimachus* Callim. fr. 194. 6 (*Callimachus* ed. R. Pfeiffer, vol I, fragmenta, Oxford, 1949, p. 178) zitiert von Apost. Praefatio, p. 237, l. 1 und von Diogen. Praefatio, p. 178, l. 14; auch bei Ps. Ammonius (Nickau, pp. 5–6).
- Theocritus* Theocr. 14, 43. Cf. *Adag.* 43, l. 291.
- 159 ἐν Κυνίσκαις Man vergleiche zu diesem merkwürdigen Titel die Theokritausgabe von Aldus (1495): Εἰδύλλιον Ξ Κυνίσκαις ἔρωσ ἢ Θεώνυχος.
- 162 *illud* Plut. *Mor.* 233 d. Cf. *Adag.* 683 (*Qui se non habet, Samum habere postulat*), *LB* II, 295 A. Plut. loc. cit. mag die Quelle für Er. gewesen sein (und nicht Apost. 13, 5 oder Diogen. 7, 34), denn
- 162 αὐτὸς *s D-I*: αὐτὸς *A-C*; οὐκ ἔχει *A-G*: οὐχ ἔχει *H I*.
- 168 λοιδῶριον *I*: λοιδῶριον *A-H*.
- 181 loco *C-I*: tempore *A B*.
- auch das folgende Apophthegma (n.l. 163) entnahm Er. den *Moralia* von Plutarch. Siehe n.l. 79.
- 163 *Simonidis* Simonides von Keos, in den *Symposiaca* von Plutarch angeführt, cf. Plut. *Mor.* 644 f.
- 164 *Ei ... ἡλίθιον* Plut. *Mor.* 644 f, cf. *Apophth.* VII, Theophrastus 2, *LB* IV, 339 E.
- 165–166 *item illud* Suet. *Caes.* I, 74, 2: “Meos tam suspicione quam crimine iudico carere oportere”, cf. Plut. *Caes.* 10, 9. *Apophth.* IV, Caesar 3, *LB* IV, 213 D–E.
- 167–168 *Soles ... sellis* Macr. *Sat.* II, 3, 10. Cf. *Adag.* 602 (*Duabus sedere sellis*), *LB* II, 262 F.
- 168 *Mater ... persaepe* Cf. Macr. *Sat.* II, 4, 20 (Es betrifft eine Anekdote über Kaiser Augustus und einen ihm sehr ähnlich sehenden Jüngling): “Dic mihi, adulescens, fuit aliquando mater tua Romae? Negavit ille, nec contentus adiecit: ‘sed pater meus saepe’.”
- 169 *Turonii* Cf. Macr. *Sat.* II, 4, 28. Turonius (Toronius v.l.) war ein Sklavenhalter, der in einer von Macrobius erzählten Anekdote über Kaiser Augustus eine Rolle spielt.
- Ad molas sunt* Macr. *Sat.* ibid., cf. *Apophth.* IV, Augustus 41, *LB* IV, 210 D–E.
- 171 *illud Adag.* 2110 (*Vsque ad aras amicus*), *ASD* II, 5, p. 112.
- 179–181 *paucis ... dignitatis* Cf. ll. 183–267.
- 181–182 *deinde ... utatur* Cf. ll. 268–411.
- 182 *postremo ... uti* Cf. l. 412 sqq.
- 183–184 *summos viros* Cf. l. 186 sqq. Er. erörtert auch in *Adag.* 2001 (*Herculei labores*) die griechischen Paroemiographen von Aristoteles bis Suidas, sei es weniger ausführlich, cf. Heinemann-Kienzle, *ASD* II, 5, p. 31, l. 182 sqq.
- 185–186 *Quorum ... Aristoteles* Die wissenschaftliche Beschäftigung mit dem Sprichwort beginnt im Altertum mit Aristoteles. Er hielt die paroemiae für Reste (ἐγκαταλείμματα) einer uralten, verlorengegangenen Philosophie, cf. n.l. 274 und Rupprecht, col. 1736 sq.
- 186–187 *vnus ... suffecerit* Cf. *Adag.* 2753 (*Vnus multorum instar*), *ASD* II, 6, p. 500.
- 187 *Reliquit ... vnum* Diog. Laert. (V, 26) bezeugt ein Buch von Aristoteles mit dem

item ad Zenodotum duos de prouerbiis libros conscripsit. Scripsit eadem de re Cleanthes. Quorum virorum si labores extarent, nobis non fuisset necesse
 190 tanto sudore quaedam ex minutis istis scriptoribus, et iisdem vt indiligentibus,
 ita deprauatissimis etiam, expiscari. Reperiuntur nonnulla prouerbiorum col-
 lectanea Plutarchi nomine, sed pauca eaque ferme nuda. Inter paroemiogra-
 phos | subinde citatur tum ab aliis tum ab Athenaeo in Dipnologia, Clearchus
 LB 5 Solensis, [C] Aristotelis auditor, et Aristides, [A] deinde Zenodotus, qui
 195 Didymi Tarrhaeique paroemias in compendium redegit. [B] Citantur et
 Theophrasti prouerbia in commentariolis Demosthenis. [A] Vnde liquet et
 illos hisce de rebus commentarios reliquisse. Neque me fugit id operis
 Zenobii nomine circumferri. Verum quoniam inuenio quaedam apud Aristo-

189 si labores *G-I*: labores si *A-F*.

195 Tarrhaeique *A C-I*: Tharthaeique *B*.

195-196 Citantur et Theophrasti prouerbia

C-I: Citatur et Theophrastus in prouerbiis *B*.

197 hisce *C-I*: his *A B*.

Titel Παροιμίαι. Die Existenz eines solchen Werkes ist nicht unumstritten, aber die Beschäftigung mit Sprichwörtern von dem Philosophen ergibt sich jedenfalls aus dem vielzitierten Fragment 13 von Rose (cf. z.B. *Paroem. Gr.* I, pp. 1-11 und Rupprecht, col. 1736). Er. kannte dieses Bruchstück aus Synesius, cf. n.l. 274.

187-188 *Chrysippus ... conscripsit* Diog. Laert. VII, 200. Siehe die Reihe von Testimonia in von Arnim III, p. 202 (dazu: Rupprecht, col. 1738). Zu 'Zenodotus': Bühler I, p. 102, n. 52.

189 *Cleanthes* Von Cleanthes scheint keine Schrift über Sprichwörter bezeugt zu sein. Vielleicht betrifft es eine Verwechslung mit Clearchus. Er. kann auch die Apophthegmata des Cleanthes (Walz, pp. 326-327), die er möglicherweise in seiner Apostolius/Arsenius-Handschrift gelesen hat, meinen. Dazu: *Adag.* 422, n.l. 484.

189-191 *Quorum ... expiscari* Cf. Ep. 269, ll. 139-141: "Quid si forte fortuna reperta fuerint quae de prouerbiis scripsit Clearchus, quae Aristoteles, quae Chrysippus, quae Didymus" etc.

191-192 *Reperiuntur ... nomine* Er. benützte in Venedig wiederholt eine Handschrift mit fünf Sammlungen griechischer Sprichwörter (cf. *Einleitung*, n. 27). Die erste dieser Sammlungen trägt zu Unrecht die Subskription Πλουτάρχου παροιμίαι αἰς Ἀλεξάνδρεις ἐχρῶντο (von Leutsch-Schneidewin, *Paroem. Gr.* I, pp. 321-342 herausgegeben). Er. verwendet mit einigem Zweifel an der Echtheit den Namen Plutarch für alle Sammlungen dieser Handschrift (so

wie zu unserer Stelle und Ep. 269, ll. 178-179), cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 6, p. 473 zu Adagium 2683. Diese Handschrift ist mit dem Codex Laurentianus 80, 13, den Er. in Venedig von Janus Lascaris geliehen hat, identifiziert worden, cf. Bühler I, p. 67. Siehe zu diesem Codex und zu der Forschungsgeschichte der sogenannten Collectanea Plutarchi: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 6, p. 473 zu Adagium 2683; *ASD* II, 4, p. 103, n.l. 352; Bühler I, pp. 59-69.

193 *tum ab aliis* Cf. Zenob. 5, 44 und 47. Vielleicht ist hier Apostolius, den Er. selten mit Namen nennt, gemeint: Apost. 13, 34, wo man nicht Κλέανδρος, sondern Κλέαρχος lesen soll (vergleiche Walz, p. 395 und Wehrli III, Klearchos, fr. 66 c).

193-194 *tum ... Clearchus Solensis* Er. kannte Clearchus von Soloi vor allem aus Athenaeus, der seine Schrift Περὶ παροιμιῶν mehrmals zitiert. Cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 5, p. 31, n.l. 184. Testimonia in Wehrli III, pp. 27-31.

194 *Aristotelis auditor* Cf. Athen. VI, 234 f; VII, 275 b; XV, 701 a. Im Jahre 1514 wird die editio princeps Aldina des Athenaeus von Marcus Musurus veröffentlicht. Er. benützte sie für seine Edition *C* (1517/1518) intensiv, und viele Zusätze aus diesem Autor finden sich in den Adagien seit der Ausgabe *C* (Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 109, n.l. 498). Dazu: J.-Cl. Margolin, *Erasmus et Athènes. Le chantier d'un humaniste pressé*, in: *From Wolfram and Petrarch to Goethe and Grass. Studies in Literature in Honour of Leonard Forster*, ed. by D.H. Green, L.P. Johnson, Dieter Wuttke.

- Baden-Baden, 1982, pp. 213–256, bes. pp. 220–221.
- et *Aristides* Auch ein *C* Zusatz aus Athenaeus (XIV, 641 a). Über diesen Aristides ist nicht viel bekannt. Schneidewin (*Paroem. Gr.* I, p. xii) setzt ihn mit Aristides, Verfasser der Milesiaca, gleich, aber Schmid (*RE* II (1896), col. 886 s.v. Aristides) verneint, dass es sich um denselben Autor handelt. Cf. Rupprecht, coll. 1745–1746.
- 194–195 *deinde Zenodotus ... redegit* Zenodotus (nämlich der Grammatiker) wird von Athenaeus zwar wiederholt erwähnt (I, 12 c, e; III, 96 a; VII, 327 b; X, 412 a; XI, 478 b), aber es gibt eine Verwechslung der Personen: Er. meint nicht, wie Athenaeus, den Grammatiker Zenodotus, sondern den *Paroemiographen* Zenobius. Dazu: n.l. 198–202. Zenobius schrieb unter Hadrian aus dreizehn Büchern mit Polemiken gegen frühere Proverbien-Interpreten von Didymos Chalkenteros (Grammatiker zur Zeit Kaiser Augustus) und drei Büchern *Περὶ παροιμιῶν* von Lukillos von Tarrha auf Kreta (1. Jh. nach Chr.) eine Epitome, d.h. eine Sprichwörterammlung (drei Bücher), zusammen (Bühler I, p. 36 n. 16; Rupprecht, col. 1747 sqq.). Diese Epitome wurde, nachdem sie im Laufe der Zeit erweitert, gekürzt und geändert worden war, im Jahre 1497 von Phil. Junta in Florenz veröffentlicht und trägt die Subskription *Ζηνοβίου ἐπιτομὴ τῶν Ταρραίου καὶ Διδύμου παροιμιῶν*. Er. benützte diesen Druck. Es fällt auf, dass Er. die Reihenfolge *Didymi Tarrhaeique* einhält und nicht die überlieferte *Ταρραίου καὶ Διδύμου*. Offenbar war Suid. (*Ζηνόβιος* 73) die Vorlage für Er. Dazu: Bühler I, p. 33, p. 109. Eine zweite, anonyme Sprichwörterammlung stand Er. in Venedig zur Verfügung, nämlich in der Aesop-Aldina von 1505 die *Συναγωγή τῶν Ταρραίου καὶ Διδύμου καὶ τῶν παρὰ Σούδα καὶ ἄλλοις διαφόροις παροιμιῶν*, die übrigens der Iuntina gleicht, cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 5, p. 31, n.l. 184; *ASD* II, 4, p. 109, n.l. 501–510. Das Verhältnis zwischen den beiden Drucken, Iuntina 1497–Aldina 1505, erörtert Bühler (I, pp. 71–72). Die Überlieferung der Sprichwörterammlung von Zenobius und die diesbezügliche Forschungsgeschichte legt Bühler in seinem schönen Buch dar.
- 195–196 *Citantur ... Demosthenis* Cf. app. crit.: „Citantur et Theophrastus in prouerbis.“ Er. mag den Namen „Theophrastus“ in Apostolius (3, 80; 4, 1) oder Zenobius (4, 36) gelesen haben, aber Zusatz *B* beruht auf Harpocration (p. 36, 17 Bekker s.v. Ἀρχὴ ἄνδρα δείκνυσσι = p. 61, 2 Dindorf), wie aus der Mitteilung in *commentariolis Demosthenis* hervorgeht (n.l. 204–206).
- 196 *Theophrasti prouerbia* Es gibt einige Testimonia für eine Sprichwörterammlung von Theophrastus: Diog. Laert. V, 45; Stob. III, 21, 12, p. 558 Hense; Harpocr. p. 36, 17 Bekker = 61, 2 Dindorf. Dazu: Rupprecht, col. 1737.
- 197–198 *Neque ... circumferri* Der Name ‘Zenobius’ kann Er. bekannt gewesen sein aus dem Titel der Iuntina des Zenobius: *Ζηνοβίου ἐπιτομὴ κτλ.* und aus der Stelle Suid. *Ζηνόβιος* 73.
- 198–202 *Verum ... adducitur* Er. beruft sich auf Schol. Aristoph. *Nub.* 133 (Koster, p. 260) um seine Verwendung des Namens Zenodotus zu rechtfertigen, cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 6, p. 363, n.l. 361. Das Scholion *Nub.* 133 stammt aus dem Erstdruck des Zenobius vulgatus (Iuntina 1497) und ist von Marcus Musurus in die editio princeps des Aristophanes (Aldus 15.7.1498) eingefügt worden. In die Iuntina des Zenobius findet sich jedoch der Name *Ζηνόβιος*: Marcus Musurus hat suo Marte den Namen ‘Zenobius’ in ‘Zenodotus’ verändert, weil er vielleicht die Sprichwörterammlung von Zenobius dem berühmten Grammatiker Zenodotus Ephesius (cf. n.l. 194–195) oder Zenodotus, dem Adressaten von Chrysippus (cf. n.l. 187–188), zuschreiben wollte. Es gibt eine auffallende Koinzidenz: zur selben Zeit wurden sowohl die editio princeps des Aristophanes als die *Opera omnia* von Angelo Poliziano (unter denen der zweite Druck der *Miscellanea*) bei Aldus veröffentlicht. In der Erläuterung zum Adagium *Οἴκοι τὰ Μιλήσια μὴ γὰρ ἐνθάδε* (*Miscell.* I, 16) wird der Name ‘Apostolius Byzantius’ (“Apostoli Byzantii” in dem Erstdruck 1489) es sei von dem Herausgeber Polizians, Alexander Sarti, es sei von Marcus Musurus, oder von jemand anders in ‘Zenodotus’ verändert, so wie es geschah mit dem Namen ‘Zenobius’ in dem Erstdruck des Aristophanes (cf. Bühler I, p. 102, n. 52). Er. benützte den zweiten Druck der *Miscellanea* und sagt in Adagium 308, ll. 196–197: “(Angelus Politianus) ... huius sententiae citans autorem Zenodotum quendam adagiorum collectorem.” Er

phanis interpretem Zenodoti eius, qui Didymum ac Tarrhaeum in compendium redegerit, nomine relata, quae ad verbum in huius commentariis leguntur, velim mihi citra fraudem esse, quod is quocumque fuerit nomine (quid enim refert?) in hoc opere Zenodoti titulo adducetur. Hic praeter alios Milonem quendam paroemiographum allegat. Citatur et Daemon quispiam [C] cum ab aliis compluribus tum ab eo qui dictiones aliquot ex orationibus Demosthenis est interpretatus, [B] qui multos [C] de prouerbiis [B] libros videtur composuisse. Nam citatur liber xl. [A] Extant et Diogeniani collectanea. [C] Hesychii praefatio testatur ab ipso copiosius explicata prouerbia, quae nudius recensuisset Diogenianus, etiam si opus ipsum pugnat cum suo prologo, cum is nomenclaturam autorum profiteatur et prouerbiorum argumenta, hic ita nudus sit, vt nihil esse possit magis. Vnde in coniecturam adducor opus hoc copiosius ab autore descriptum post ab alio quopiam in compendium contractum. [A] Suidas, qui et ipse in hoc numero ponendus est, Theaetetum quendam adducit, qui de prouerbiis conscripserit. Sed quid ego hos, cum sapientes illi Hebraei non dubitarint hoc titulo libros aliquot aedere et arcani numinis adoranda mysteria paroemiis includere, in quibus eruendis tot tantorum theologorum ingenia desudarunt hodieque desudant? Nec illud argumentum leue, quod inter bonos autores, vt quisque fuit eruditissimus eloquentissimusque, ita quamplurimum adagiorum suis libris aspersit. Et vt a Graecis exordiar, quid magno illo Platone (ne dicam diuino) παροιμιωδέστερον, vt sic dixerim? Aristoteles, serius alioqui philosophus,

203 Milonem D-I: Mylonem A-C.

204 orationibus C-H: oratoribus I.

209 is F-I: hic C-E.

210 vt nihil C D F-I: nihil E in *textu*, corr.

in *Erratis*.

213 Theaetetum G-I: Thaeetaeum A-F, Theaetheum f.

gründet die Verwendung des Namens 'Zenodotus' auf das Scholion *Nub.* 133 und auf Politian. *Miscell.* I, 16, aber in beiden Fällen handelt es sich nur um eine emendatio von Marcus Musurus oder jemand anders (cf. Bühler und Heinimann-Kienzle, locc. citt.).

202-203 *Hic ... allegat* Sc. Zenodotus = Zenobius. Cf. Zenob. 2, 45: ὁ Μύλων ὁ παροιμιογράφος, aber Zenob. Ald. col. 5: ὁ Μίλων ὁ παροιμιογράφος. Die Orthographie des Namens Milo/Mylo (cf. app. crit.) ist unsicher. Die Schwierigkeit liegt darin, dass abgesehen von Zenob. loc. cit. Testimonia fehlen (Rupprecht, *RE* XVI, 1 (1933), col. 12, s.v. Μόλων 8; Schneidewin, *Paroem. Gr.* I, p. xi).

203 *Citatur ... quispiam* Der griechische Name Δημων ist von Er. 'Daemon' transkribiert worden. Demon (um 300 v. Chr.) war einer der Atthidographen (cf. Athen. III, 96 d). Auch in der paroemiographi-

schen Literatur kommt sein Name ziemlich oft vor (Testimonia: *FGrHist* 327 Demon F 1-21; Rupprecht, col. 1740). Siehe weiter zum paroemiographischen Werk von Demon: Schwartz, *RE* V (1905), 142-143 s.v. Demon; Schneidewin, *Paroem. Gr.* I, p. viii sq.

204 *cum ab aliis compluribus* Zenob. 5, 52. Apost. 11, 83. Suid. Δωδωνάϊον 1445. Cf. *FGrHist* loc. cit. (n.l. 203).

204-206 *tum ... liber xl.* Die Nachträge bezüglich Demon stammen aus Harpocrat., p. 130, 4 sq. Bekker s.v. Μουσῶν λείων = p. 209, 7 sq. Dindorf. In Zusatz B bemerkt Er. zwar, dass das vierzigste (sic! vide infra) Buch von Demon erwähnt wird (cf. Harpocrat. loc. cit), aber erst in Zusatz C wird Demon als Paroemiograph (*de prouerbiis*) qualifiziert und erwähnt Er. seine Quelle: *qui dictiones aliquot ex orationibus Demosthenis est interpretatus*. Man vergleiche l. 196: "In commentariolis Demosthenis";

- Adag.* 2229: "Demosthenicarum dictionum interpres" (*ASD* II, 5, p. 204, l. 983); *Adag.* 2350: "Qui scripsit scholia in Demosthenem" (*ASD* II, 5, p. 265, l. 575). Siehe Heinimann-Kienzle zu *Adagium* 2350, loc. cit. n.l. 575-576: "Die sonderbare Bezeichnung erklärt sich daraus, dass die Erstausgabe des Harpocration als Anhang zu Ulpian's Demosthenes-Scholien gedruckt wurde (Ald. 1503)."
- 206 *liber xl.* Er. nimmt aufgrund der oben erwähnten Stelle des Lexikons von Harpocration an, dass Demon mindestens vierzig Bücher 'de prouerbiiis' verfasst hatte. Dindorf in app. crit. ad loc.: "Ἐν τεσσαρακκοστῇ Ald. qui numerus iusto major est." Auch Schwartz (cf. n.l. 203) hat Einwände gegen die Zahl von vierzig Büchern, und Jacoby im Kommentar zu Nr. 327.3 = Harpocrat. loc. cit. (*A Commentary on the Ancient Historians of Athens*, 323a-334, p. 203 sq.): "It is incomprehensible that Crusius (*Analecta critica ad Paroemiogr. Gr.*, 1883, p. 150) should have defended the variant 'forty'." Rupprecht, col. 1740, sagte zurückhaltend: "Eine sichere Entscheidung lässt sich nicht treffen. Crusius 150 entscheidet sich für die Zahl 40." Man dürfte die Lesart von Dindorf ($\alpha' = 1$) der von Bekker ($\mu' = 40$) vorziehen.
- 206-207 *Diogeniani collectanea* Er. benützte in Paris eine Diogenian-Handschrift für die *Collectanea*. Das Manuskript, das sein Lehrer Hermonymos ihm zur Verfügung stellte, ist mit dem Codex Bodleianus Grabianus 30 oder einer verlorengegangenen Kopie davon identifiziert worden. Dazu Heinimann, *Zu den Anfängen*, p. 160, n. 12; Bühler I, pp. 226-227.
- 207-212 *Hesychii ... contractum* Zusatz C. Hesych war Er. im Jahre 1508 vermutlich unbekannt. Er erwähnt ihn zum ersten Mal in der Ausgabe C (cf. unsere Stelle, Ep. 269, l. 181 und *Adag.* 2111, *ASD* II, 5, p. 112, l. 201). Wörtliche Zitate aus Hesych finden sich erst in den späteren Drucken. Die Erstausgabe (besorgt von Marcus Musurus) erschien 1514 bei Aldus und wird in Husners' Versandliste erwähnt: "297 Hesychii dictiona. grae." (cf. Bühler I, p. 309, n. 35).
- 207 *Hesychii praefatio* Hesych schickte seinem Lexikon einen Brief (Latte I, pp. 1-2), in der Art einer praefatio, voraus. Der Brief ist an einen gewissen Eulogios gerichtet, über den nichts bekannt ist. Siehe Latte I, p. 1, ll. 23-24; p. 2, ll. 39-44.
- 208 *Diogenianus* Nach Cohn (*RE* V (1903), col. 782 sq. s.v. Diogenianos 4) hat dieser Diogenian, der ein griechischer Grammatiker aus Herakleia in Pontus war und zur Zeit des Kaisers Hadrian lebte, nichts mit der Sprichwörtersammlung, die unter dem Namen Diogenians überliefert ist, zu schaffen. Das Werk des Grammatikers Diogenian, ein Lexikon von fünf Büchern, bildete für Hesych die Vorlage seines Lexikons. Zu dem Verhältnis Hesych/Diogenian: Latte I, pp. VIII-XI; Cohn loc. cit. coll. 778-783; Bühler I, p. 188, n. 2 und p. 302; Schneidewin, *Paroem. Gr.* I, p. xxix.
- 208-210 *etiam si ... magis* Cf. Ep. 269, ll. 182-184: "Res ipsa clamitat non esse eiusdem autoris prologum ac librum, cum ille copiam polliceatur, in hoc reperias omnia τοῦ πατράλου γυμνότερα." Mit *is* (l. 209) mag Er. den Prolog/den Autor des Prologs, mit *hic* (l. 210) das Buch Hesychs meinen.
- 212 *Suidas* Er. bezeichnet das Lexikon der Suda als Suidas (cf. *Einleitung*, n. 23; Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 12, n. 28; Bühler I, p. 291, n. 2). Vermutlich war Suidas (d.h. die Erstausgabe Mailand 1499) Er. vor seiner Italienreise zugänglich. Die Aldina wurde im Jahre 1514 veröffentlicht. Cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 6, p. 351, zu *Adag.* 2507.
- 213 *Theaetetus quemdam adducit* Suid. οὐδὲν 806. Cf. Schneidewin, *Paroem. Gr.* I, p. xi.
- 214 *hoc titulo* Cf. *Prv.* sc. Παροιμίαι Σαλομῶντος υἱοῦ τοῦ Δαυὶδ.
libros aliquot Cf. *Sap.* und *Sir.*
- 219 *Platone* Plato stellt für Er. eine Fundgrube, aus der er häufig schöpft, dar: *Adag.* 2016 (*ASD* II, 5, p. 50, l. 725); *Adag.* 2017 (p. 51, l. 739); *Adag.* 2018 (p. 52, l. 750); *Adag.* 2025 (p. 54, l. 824); *Adag.* 2053 (p. 68, l. 183); *Adag.* 2064 (p. 76, l. 372); *Adag.* 2075 (p. 82, l. 528); *Adag.* 2090 (p. 93, l. 793) usw. Cf. Ep. 126, ll. 61-65. Es ist sehr wahrscheinlich, dass Er. in Venedig eine Platonhandschrift mit Scholien zur Verfügung stand. Einige Wendungen, die Er. als Proverbium aus Plato zitiert, sind in den Scholien als παροιμία bezeichnet (*ASD* II, 4, p. 247, n.l. 669).
- 220-222 *Aristoteles ... intertexere* Diese Bemerkung mag der Rhetorik, die von Aldus im Jahre 1508 in der Ausgabe *Rhetores Graeci* veröffentlicht wurde, gelten (cf. l. 320 sqq.), aber Er. zog für die Adagia auch andere Werke des Aristoteles heran,

haudquaquam grauatur suis illis disputationibus paroemias crebras ceu gemulas intertextere. Quem quidem sicut in caeteris, ita hac quoque in parte Theophrastus est aemulatus. Plutarchus grauis sanctusque ac pene tetricus autor, quam multis vndique scatet adagiis? Quem nec piguit inter problemata
225 quasdam paroemias et proponere et excutere idque Aristotelis exemplo.

Iam vt ad Latinos veniam omissis vtroque in genere grammaticis ac poetis, nisi si quis in his M. Varronem existimat annumerandum, qui Menippeis illis suis prouerbiales indidit titulos, vt plane consentaneum sit illum argumenta fabularum non aliunde quam a prouerbiis sumpsisse mutuo. Romani principes
230 non existimarunt inferius esse maiestate imperiali, vt magnis de rebus consulti prouerbio responderent, quod etiam nunc extat in Digestis: Οὔτε πάντα οὔτε πάντη οὔτε παρὰ πάντων, id est *Nec omnia nec passim nec ab omnibus*.

Denique quis ausit hoc genus fastidire, cum videat sacrorum vatium oracula quaedam prouerbiis constare? Quorum de numero est illud: *Patres nostri comederunt vnam acerbam et dentes nostri obstupuerunt*. Quis non etiam veneretur vt rem quampiam sacram et mysteriis accommodatam, cum vbique nobis imitandus Christus ipse peculiariter hoc sermonis genere delectatus fuisse videatur? Apud Graecos hoc adagium fertur: Ἐκ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον γινώσκω, id est *E fructu arborem indico*. Apud Lucam item legitur: Οὐ γὰρ ἐστὶ δένδρον καλὸν ποιοῦν καρπὸν σαπρὸν, οὐδὲ δένδρον σαπρὸν ποιοῦν καρπὸν καλόν, id est *Non enim est arbor bona quae fructum faciat vitiosum, neque arbor vitiosa quae fructum faciat bonum*. Apud Graecos Pittacus philosophus consultorem suum ad pueros turbine ludentes mittit, a quibus de ducenda vxore prouerbio doceatur audiatque τὴν κατὰ σαυτὸν ἔλα. Christus puerorum citat paroemiam
240 sic in foro ludentium: Ἡυλήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ὠρχήσασθε· ἐθρηνήσαμεν ὑμῖν καὶ οὐκ ἐκλαύσατε, id est *Cecinimus vobis tibiis et non saltastis; cecinimus lugubre et non plora|stis*. Cui simillimum est illud Theognidis, si sacra licet conferre profanis:
245

Οὐδὲ γὰρ ὁ Ζεὺς
250 Οὔθ' ὕων πάντας ἀνδάνει οὔτ' ἀπέχων, [B] id est
*Non etenim cunctis placeat vel Iupiter ipse,
Seu mittens pluuiam seu cohibens pluuiam.*

[A] Quodsi quem mouet antiquitatis autoritas, nullum doctrinae genus antiquius fuisse videtur quam paroemiarum. In his ceu symbolis tota ferme
255 priscorum philosophia continebatur. Quid aliud veterum illorum sapientum oracula quam prouerbia? Quibus tantum honoris habitum est olim, vt non ab

221 haudquaquam B-I: haud quanquam A.

224 nec C-I: nec hoc A, ne B.

232 πάντη F-I: πάντη A-D, πάντη πάντη E.

245 ἠυλήσαμεν A-F: ἠυλίσαμεν G-I.

251-252 Non ... pluuiam F-I: Neque enim Iuppiter, neque pluens omnibus placet neque abstinens B-E.

- namentlich im Zusammenhang mit der Aristotelesausgabe, die mit einer Vorrede von Er. im Jahre 1531 bei Bebel in Basel erschien (cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 271, n.l. 113; *ASD* II, 5, p. 243, n.l. 24). Siehe zu Er.' Verwendung von Aristot. z.B. *Adag.* 1644 (*ASD* II, 4, p. 115, l. 642); *Adag.* 1708 (p. 157, l. 157); *Adag.* 1778 (p. 198, l. 68); *Adag.* 1885 (p. 270, l. 113) usw.
- 221–222 *paroemias* ... *gemmulas* Diese Metapher, Adagien wie Edelsteine als Schmuck in der Rede, verwendet Er. sehr oft: l. 263, 384, 417; Ep. 126, l. 35; *Adag.* 2001, l. 156 (dazu: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 5, p. 29, n.l. 156); *Parab.* Brief an Petrus Aegidius (= Allen 312) *ASD* I, 5, p. 88, l. 17 (dazu: Margolin, *ASD* I, 5, p. 88, n.l. 17; p. 92, n.l. 41–42).
- 223 *Theophrastus* Cf. z.B. *Adag.* 44, l. 390.
- 223–225 *Plutarchus* ... *excutere* Siehe z.B. *Quaestiones Conv.* problema 8 (= *Mor.* 728 c sqq.) in *Adag.* 2.xxxvi (A piscibus abstinet) und *Adag.* 429 (Magis mutus quam pisces).
- 225 *idque Aristotelis exemplo* Siehe z.B. Aristot. *Problem.* 26, 1 in *Adag.* 462.
- 227–228 *M. Varronem* ... *titulos* So z.B. Varro, *Men.* fr. 91 Bichelers Δις παῖδες οἱ γέροντες aus Gellius VII, 5, 10, cf. *Adag.* 436 (Bis pueri senes); fr. 199–210 Γνώθι σεαυτόν aus Nonius, cf. *Adag.* 595 (Nosce te ipsum), *LB* II, 258 D (Payr, p. 416); fr. 322–325 Mutuum muli scabunt aus Nonius, cf. *Adag.* 696, *LB* II, 300 A; fr. 333–340 Nescis quid serus vesper vehat aus Gellius XIII, 11, 1, cf. *Adag.* 605, *LB* II, 263 C; fr. 348–369 Ὄνος λύρας aus Nonius, cf. *Adag.* 335 (Asinus ad Iyram); fr. 549–551 Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον aus Gellius und Nonius, cf. *Adag.* 623 (In lente vnguentum), *LB* II, 270 C; fr. 552–555 Τοῦ πατρὸς τὸ παιδίον aus Nonius, cf. *Adag.* 3236 (Patris est filius), *LB* II, 1013 F; fr. 565–574 Virgula diuina aus Nonius, cf. *Adag.* 97. In Ep. 126 erwähnt Er. im Zusammenhang mit den Adagien einige Titel der Menippeischen Satiren von Varro: ὄνος πρὸς λύραν, γνώθι σεαυτόν, δις παῖδες οἱ γέροντες, Nescis quid serus vesper vehat, Mutuum muli scabunt (cf. ll. 70–75). Zu den Menippeischen Satiren von Varro: Raymond Astbury, *M. Terentii Varronis Saturarum Menippearum Fragmenta*, Leipzig, 1985; Jean-Pierre Cèbe, *Varron, Satires Ménippées, Édition, Traduction et Commentaire*, Rome, 1972–1990.
- 229–232 *Romani principes* ... *ab omnibus* Ulpian zitiert in den *Dig.* (I, 16, 6, 3) eine kaiserliche Verordnung von Septimius Severus und Antoninus Pius, in der die Frage geklärt wird, in welchem Masse es den Behörden gestattet ist, Schenkungen anzunehmen: “Quantum ad xenia pertinet, audi quid sentimus. Vetus prouerbium est οὔτε πάντα οὔτε πάντοτε οὔτε παρὰ πάντων”, cf. *Adag.* 1316 (Nec omnia nec passim nec ab omnibus), *LB* II, 527 D, in dem die betreffende Aussage angeführt ist.
- 234 *illud* Cf. *Ex.* 18, 2 (patres comederunt; dentes filiorum obstupescunt) und *Ir.* 31, 29 (patres comederunt; dentes filiorum obstupuerunt).
- 238 *Apud Graecos* Diogen. 5, 15 (om. γινώσκω). Apost. 6, 90 (om. γινώσκω). *Adag.* 839 (De fructu arborem cognosco), *LB* II, 348 D: “E factis hominem iudico. Quae paroemia etiam in Euangelicis Literis exstat, quemadmodum ostendimus in operis initio.” Cf. *Mt.* 7, 16.
- 239 *Lc.* 6, 43 (240 οὐδὲ πάλιν).
- 241–242 *Non enim* ... *bonum* Er. gibt, wie öfters, seine eigene Übersetzung, die von der Vulgata abweicht. Dazu: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 5, p. 303, n.l. 357–358; *ASD* II, 6, p. 359, n.l. 229.
- 242–244 *Pittacus* ... *ἔλα* Die Anekdote über Pittacus, einen der sieben Weisen, findet sich u.a. bei Callim. *Epigr.* 1 (= Diog. Laert. I, 80 = *Anth. Pal.* 7, 89) und Apost. 16, 55.
- 244 *τὴν* ... *ἔλα* Callim. *Epigr.* 1, 12 und 16. Diese Aussage ist wiederholt zitiert worden: Suid. τὴν κατὰ σεαυτόν ἔλα 522. Plut. *Mor.* 13 f. Apost. 16, 55 (τὴν καθ' ἑαυτὸν ἔλαυε).
- paroemiam* *Lc.* 7, 32. Auch von Er. in *Adag.* 1655, *ASD* II, 4, p. 122, angeführt: “Cui simile est illud Euangelicum, quod in operis initio retulimus, cum de paroemiae dignitate loqueremur: Ἡὐλήσαμεν κτλ.” (l. 800 sqq.).
- 246–247 *Cecinimus* ... *plorastis* Die hier gegebene Übersetzung weicht von der Vulgata ab, cf. n.l. 241–242. Man vergleiche *Adag.* 1655, loc. cit. (cf. n.l. 244), l. 803: “Cecinimus vobis et non saltastis; lamentati sumus vobis et non plorastis.”
- 247 Thgn. 25–26 (250 πάντεσσ': πάντας Ald. 1495; ἀνέχων). Dieselbe Stelle aus Thgn. führt Er. in dem n.l. 244 genannten Adagium 1655 an, cf. p. 121, ll. 790–791.
- 254–255 *In his* ... *continebatur* Nach Aristot. cf. n.l. 274.

homine profecta, sed coelitus delapsa viderentur. *E coelo*, inquit Iuuenalis, *descendit* Γνωθὶ σεαυτόν, [B] id est *Nosce teipsum*. [A] Proinde pro foribus templorum veluti digna diis inscribebantur passimque columnis ac marmoribus inscalpta visebantur tanquam immortalī digna memoria.

Quodsi minutula quaequam res videtur adagium, meminerimus ista non mole, sed precio aestimari oportere. Quis enim sanus non pluris faciat gemmulas quamuis perpusillas quam saxa quaedam ingentia? Et vt autore Plinio in minutissimis animantibus, velut araneolo culiceque, maius est naturae miraculum quam in elephanto, siquis modo propius contempletur, itidem in re literaria nonnunquam plurimum habent ingenii, quae minima sunt.

VI. AD QVOT RES VTILIS PAROEMIARVM COGNITIO

Reliquum est, vt paucis ostendamus non minus vtilitatis inesse prouerbiis quam olim adfuerit dignitatis. Conducit autem paroemiarum cognitio cum ad alia permulta tum potissimum ad quatuor: ad philosophiam, ad persuadendum, ad decus et gratiam orationis, ad intelligendos optimos quosque autores.

Principio, ne cui mirum videatur quod prouerbia dixerim ad philosophiae scientiam pertinere, Aristoteles apud Synesium existimat nihil aliud esse paroemias quam reliquias priscae illius philosophiae maximis rerum humanarum cladibus extinctae. Easque seruatas esse partim ob compendium breuitatemque partim ob festiuitatem ac leporem, ideoque non segniter nec oscitanter, sed pressius ac penitius inspiciendas. Subesse enim velut igniculos quosdam vetustae sapientiae, quae in peruestiganda veritate multo fuerit perspicacior quam posteriores philosophi fuerint. Plutarchus item in commentario, cui titulum fecit Quo pacto sint audiendi poetae, veterum adagia simillima putat sacrorum mysteriis, in quibus maximae quaequam res ac diuinae minutulis et in speciem pene ridiculis ceremoniis significari solent. His enim tam breuibus dictis per inuolucrum quoddam eadem innui, quae philosophiae principes tot voluminibus tradiderunt. Neque enim aliud sibi velle paroemiam illam Hesiodiam Πλέον ἤμισυ παντός, quam quod Plato tum in Gorgia tum in libris politicis tam multis argumentis conatur ostendere: Βέλτιον εἶναι τὸ ἀδικεῖσθαι τοῦ ἀδικεῖν, id est *Satius esse iniuriam admittere quam iniuriam inferre*. Quod autem vnquam dogma proditum est a philosophis vel ad recte instituendam vitam salubrius vel Christianae religioni vicinius? At rem tantam videlicet tantillum prouerbiolum complectitur Πλέον ἤμισυ παντός, id est *Dimidium plus toto*. Nam qui totum aufert, is alterum fraudat, vt cui nihil reliqui faciat. Contra, qui dimidium duntaxat accipit, is aliqua parte fraudatus videtur. Praestat autem fraudari quam fraudare. Praeterea si quis Pythagoricum illud Κοινὰ τὰ τῶν φίλων, [B] id est *Communes res amicorum*, [A] diligentius penitiusque discutiat, nimirum inueniet in tam breui dicto felicitatis humanae summam esse comprehensam. Quid enim aliud agit Plato tot

voluminibus quam vt communitatem persuadeat et huius autorem amicitiam?
 Quae si mortalibus persuaderi queat, ilico facessant e medio bellum; inuidia,
 300 fraus, breuiter vniuersum malorum agmen semel e vita demigret. Quid aliud
 egit princeps nostrae religionis Christus? Nimirum vnicum duntaxat praecep-
 tum mundo tradidit charitatis admonens ab ea vna summam et legum et
 LB 7 prophetarum pendere. Aut quid aliud hor|tatur charitas quam vt omnium
 omnia sint communia? Videlicet, vt amicitia coagmentati cum Christo glutino
 305 nimirum eodem, quo ille cum Patre cohaeret, absolutissimam illam commu-
 nionem quoad licet imitantes, per quam ille et Pater idem sunt, nos item idem
 cum illo simus et, vt ait Paulus, *vnus spiritus et vna caro* cum Deo efficiamur,
 iamque amicitiae iure omnia illi nobiscum, omnia nobis cum illo sint
 communia. Deinde paribus amicitiae vinculis alii cum aliis inter nos copulati
 310 velut eiusdem capituli membra, tanquam idem et vnum corpus eodem anime-

257-258 E coelo ... descendit *E-I*: Hoc ver-
 bum, inquit Satyricus, e coelo descendit
A-D.

263 quamuis *C-I*: quasdam *A B*.

264 culiceque *B-I*: *om. A*.

257 *coelitus delapsa viderentur* Reminiscenz an
 Cic. *Fin.* I, 63: "Illa quae quasi delapsa de
 coelo est ad cognitionem omnium re-
 gula."? Cf. Otto 287.

Iuuenalis Iuv. 11, 27, cf. *Adag.* 595 (Nosce
 te ipsum), *LB* II, 258 D (Payr p. 416).

258-259 *Proinde ... inscribebantur* Plat. *Charm.*
 164 d e. Paus. X, 24, 1: Cf. *Adag.* 595:
 "(Apophthegmata) vt, quemadmodum in
 Charmide testatur Plato, pro foribus tem-
 pli Delphici ab Amphictionibus inscripta
 veluti digna deo viserentur" und Ep. 126,
 ll. 168-169: "Pro templorum foribus in-
 scripta visitabantur."

259-260 *passimque ... memoria* Ep. 126: "Per-
 que omnem Graeciam marmoribus atque
 in aes incisa publicis monumentis seru-
 abantur" (ll. 169-170).

263 *gemmulas* Cf. n.ll. 221-222.

264 Plin. *Nat.* XI, 2-4. Plinius erwähnt die
 Mücke, nicht die Spinne (et sunt alia dictu
 minora).

269-272 *Reliquum ... autores* Schon in dem
 Widmungsbrief der *Collectanea* (Ep. 126)
 spricht Er. von dem Wert und dem Nut-
 zen der Adagien, sei es weniger ausführ-
 lich und systematisch als in den *Prolego-
 mena*.

274 Aristot. fr. 13 Rose angeführt in Synes.
Calv. (*Synesii Cyrenensis Opuscula*, ed. Ter-
 zaghi, p. 229). Zu Er.' Kenntniss der
 Werke Synesius': Heinimann-Kienzle, *ASD*

278 penitius *E-I*: penitus *A-D*.

286 ἡμῶν *G-I*: ἡμῶσι *A-F*.

291 ἡμῶν *G-I*: ἡμῶσι *A-F*.

297 agit *A C-I*: ait *B*.

300 semel *F-I*: simul *A-E*.

II, 5, p. 205, n.l. 981; p. 319, n.l. 737.

280-289 *Plutarchus ... inferre* Cf. *Plut. Mor.*
 35 f-36 b.

286 *Hesiodiam* Hes. *Erg.* 40 zitiert von *Plut.*
Mor. 36 a, cf. *Adag.* 895 (Dimidium plus
 toto), *LB* II, 364 C.

Plat. Gorg. 473 a: Τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι
 κάκιον ἐναι, angeführt von *Plut. Mor.* 36 a.
 Der Gedanke 'Unrecht erleiden ist besser
 als Unrecht tun' oder 'Unrecht tun ist
 schlimmer als Unrecht erleiden' findet sich
 auch in der *Rep.* (cf. *Rep.* I, 352 d sqq.;
Rep. IV, 444 d-445 a). Er. hat die Fassung
 dieses Gedankens weder *Plato*, noch den
Mor. *Plutarchs* wörtlich entnommen.

291 *proverbiolum* Cf. n.l. 286.

295 *Pythagoricum illud* Cf. *Adag.* 1.

297-298 *Plato tot voluminibus* Sc. *Rep.* I-X.

298 *autorem amicitiam* Die männliche Form
 fällt auf. Cf. *Adag.* 2201, *ASD* II, 5, p.
 166, l. 149: ostentatrix (sc. res).

301-302 *unicum ... praeceptum* *Mt.* 22, 39:
 "Diliges proximum tuum, sicut teipsum."

302-303 *ab ea ... pendere* *Mt.* 22, 40: "In his
 duobus mandatis vniuersa lex pendet, et
 prophetae."

307 *Paulus* Cf. *Eph.* 4, 4. In der Vulgata:
 "Vnum corpus et vnus spiritus."

310-311 *velut ... gaudeamus* Dieser Gedanke
 findet sich u.a. in dem Brief an die Kolos-
 senzen (1, 18) und in dem ersten Korin-
 therbrief (12, 12-27).

mur spiritu, iisdem doleamus, iisdem gaudeamus. Id quod etiam mysticus ille panis e pluribus granis in eandem coactus farinam et vini potus e multis racemis in eundem liquorem confusus admonet. Postremo, vt cum summa rerum creaturarum sit in Deo, Deus vicissim in omnibus, omnium vniuersitas
 315 velut in vnum redigatur. Vides quantum philosophiae vel theologiae magis oceanum nobis paroemia tantilla aperuit.

vii. AD PERSVADENDVM CONDVCCERE PROVERBIA

Quod si cui satis non sit ipsum sapere, verumetiam aliis persuadere cupiat, quam non inutilis sit haec prouerbiorum supellex vel Aristoteles ipse satis
 320 declarat, qui non semel in Rhetorices praeceptis paroemias inter testimonia connumerat, *Quemadmodum*, inquit, *si quis suadere velit, ne cum homine senē copulet aliquis necessitudinem, vtetur huius prouerbii testimonio: Μήποτ' εἶ ἔρδειν γέροντα*, [B] id est *Ne vnquam benefacias seni*. [A] Rursum si quis persuadere studeat, vt liberos item interficiat qui parentem occiderit, huic vsui futurum est hoc prouerbium:

Νήπιος δὲ πατέρα κτείνας παῖδας καταλείποι, [B] id est
Stultus qui natos occiso patre relinquat.

[A] Quantum autem adferant ad persuadendi facultatem momenti testimonia, cui non cognitum est? Neque mediocriter conducunt sententiae. At inter haec
 330 quoque idem prouerbia collocat.

Quintilianus item in Institutionum libris compluribus locis prouerbiorum mentionem facit tanquam non vna ratione ad bene dicendum conducentium. Nam quinto libro paroemias exemplis adiungit vt parem cum illis vim obtinentes, quorum est vel praecipua. Rursum easdem eodem in libro in
 335 argumentorum genere collocat, quas Graece κρίσεις appellant; quorum et frequentissimus vsus et ad persuadendum mouendumque non mediocris vtilitas. Quin magis ipsa Fabii verba libet adscribere: *Ne haec quidem*, inquit, *vulgo dicta et recepta persuasionē populari sine vsu fuerint testimonia. Sunt enim quodammodo vel potentiora etiam, quod non causis accommodata, sed liberis odio et gratia mentibus ideo tantum dicta factaque, quia aut honestissima aut verissima*
 340 *videbantur*. Pauloque inferius: *Ea quoque quae vulgo recepta sunt hoc ipso, quod incertum autorem habent, velut omnium fiunt. Quale est, Vbi amici, ibi opes, et Conscientia mille testes, et apud Ciceronem, Pares cum paribus (vt est in veteri prouerbio) facillime congregantur. Neque enim durassent haec in aeternum, nisi vera omnibus viderentur*. Hactenus Fabii verba retulimus. Idem autem paulopost deorum oracula paroemiis subnectit velut his affinia cognataque. Iam quid M. Tullius? Nonne in actione pro L. Flacco prouerbio fidem testibus abrogat? Id est huiusmodi: Ἐν Καρὶ τῶν κίνδυνον, id est *In Care periculum*. An non in eadem totius gentis Graecorum in ferendis testimoniis fidem eleuauit [B] hoc
 350 prouerbio? [A] *Da mihi testimonium mutuum*. Quid quod ipsi etiam philosophi

passim suas rationes prouerbiis fulciunt? Quo minus mirandum, si frequenter historiographi narrationis fidem ex adagio quopiam petunt. Adeo quod in literis intercidit, quod titulis, quod colossis, quod marmoribus seruari non potuit, prouerbio seruatur incolume, vt et hanc obiter adagiorum laudem indicem.

355

Denique non grauatur diuus Hieronymus Euangelicam sententiam adagii vulgati testimonio confirmare: *Diues aut iniquus aut iniqui haeres*. Ne Paulus quidem ipse dedignatur locis aliquot | prouerbiorum vti testimoniis neque iniuria. Etenim si τὸ πιθανόν, id est *probabilitas*, ad persuadendum vel primas

LB 8

- 312 e pluribus D-I: e plurimis A-C.
 327 natos occiso patre F-I: patre occiso filios B-E.
- 311-313 *Id quod ... admonet* Diese Symbolik (vielleicht eingegeben durch 1. Cor. 10, 17) findet sich u.a. bei Aug. *Tractatus in Ioh.* cap. 26, 17 (R. Willems, *In Iohannis Euangelium Tractatus CXXIV*, CCSL 36, Turnholti, 1954, p. 268) und bei Cyprian: *Ep.* 63, 13, 4 und 69, 5, 2 (G. Hartel, *Cypriani opera omnia*, CSEL III, 2, Vindobonae, 1871, p. 712 und 754). Dazu: M.F. Berrouard, *Homélies sur l'Évangile de Saint Jean XVII-XXXIII. Traduction, introduction et notes* (Bibliothèque augustinienne. Oeuvres de Saint Augustin 72), Brugge, 1977, p. 822 'Le symbolisme du pain et du vin'.
- 319 Aristot. *Rhet.* I, 1376 a 2 sqq.
 322-323 Μήποτ' ... γέροντα Aristot. *Rhet.* I, 1376 a 5, angeführt in *Adag.* 952 (In senem ne quod collocaris beneficium), LB II, 382 E.
- 325 *hoc prouerbium* *Adag.* 953 (Stultus qui patre caeso liberis pepercit), LB II, 383 A, aus Aristot. *Rhet.* I, 1376 a 7/*Rhet.* II, 1395 a 18 (καταλείπει: καταλείπει v.l.). Diese von Aristot. zitierte Verszeile entstammt der Cypria von Stasinus: fr. 22 Kinkel (G. Kinkel, *Epicorum Graecorum Fragmenta*, Leipzig, 1877, p. 31) = fr. 33 Bernabé (A. Bernabé, *Poetarum epicorum Graecorum testimonia et fragmenta*, Leipzig, 1987, p. 61). Siehe auch *Apophth.* VIII, 14, LB IV, 362 D (dort die Lesart καταλείπει).
- 329-330 *At ... collocat* Aristot. *Rhet.* II, 1395 a 19: "Ἐτι ἐναι τῶν παρομιῶν καὶ γνῶμαί εἶσιν.
 331 Quint. *Inst.* V, 11, 21, 30, 41; VI, 3, 98; VIII, 5 passim.
 333 *Nam ... adiungit* Im fünften Buch (cap. 11) behandelt Quintilian den rhetorischen Begriff 'exemplum'. Dazu: Lausberg, pp. 227-234.
- 335 Graece G-I: Graeci A-F.
 337 magis B-I: om. A; Ne A-D: Nec E-I.
 343 veteri B-I: vetere A.
- 334 *quorum ... praecipua* Sc. quorum (exemplorum paroemia) praecipua: nicht nach Quintilian, sondern nach Er. selbst.
 334-335 *Rursum ... appellant* Quint. *Inst.* V, 11, 36.
 337 *ipsa Fabii verba* Quint. *Inst.* V, 11, 37.
 341 *Pauloque inferius* Quint. *Inst.* V, 11, 41 (343-344 Pares autem - vt est in vetere prouerbio - cum paribus maxime).
 342 *Vbi ... opes* Cf. *Adag.* 224.
 343 *Conscientia mille testes* *Adag.* 991 (Conscientia mille testes), LB II, 394 D. *Ciceronem* Cf. Cic. *Cato* 7, angeführt von Quint. *Inst.* V, 11, 41 (cf. n.l. 341). Cic. loc. cit. wie Er. *facillime*.
 345 *Idem* Quint. *Inst.* V, 11, 42.
 347 *in actione pro L. Flacco* Cic. *Flacc.* 65. *prouerbio* Cf. *Adag.* 514 (In Care periculum), LB II, 226 D. Von Cic. loc. cit. folgendermassen angeführt: "Si quid cum periculo experire velis, in Care id potissimum esse faciendum."
 348-349 *in eadem* Cf. Cic. *Flacc.* 9-10.
 349-350 *hoc prouerbio* Cf. *Adag.* 695 (Da mihi mutuum testimonium), LB II, 299 F, angeführt von Cic. *Flacc.* 10.
 356 Hier. *Epist.* 120, 1, 7 (näml. der Brief an Hedybia, Is. Hilberg, *S. Eusebii Hieronymi opera Epistolarum*, CSEL 55, 2, Vindobonae, 1912, p. 476, l. 8 sqq.). Cf. *Adag.* 847 (Diues aut iniquus est aut iniqui haeres), LB II, 351 A.
 359-362 *Etenim ... comprobauit?* Diese Bemerkung von Er. entstammt seinen Kenntnissen der antiken Rhetorica, wie sich aus dem Gebrauch der Fachausdrücke (τὸ πιθανόν, *probabilitas*, *ad persuadendum*, *probabilis*, *verisimilius*) herausstellt. Die 'narratio probabilis' spielt eine grosse Rolle in der Rhetorica. Sie sucht die Überzeugung

360 obtinet partes, quid, quaeso, probabilius quam quod nemo non dicit? Quid
 verisimilius quam id, quod tot aetatum, tot nationum consensus et velut idem
 suffragium comprobavit? Inest nimirum, inest in his paroemiis nativa quae-
 365 dam et genuina vis veritatis. Alioquin qui fieri potuit, ut eandem plerunque
 sententiam in centum dimanasse populos, in centum videamus transfusam
 linguas, quae ne tot quidem seculis, quibus nec pyramides obstiterunt, vel
 interierit vel consenuerit? Ut merito dictum illud videatur veritate nihil esse
 robustius. Deinde fit, nescio quo pacto, ut sententia proverbio quasi vibrata
 feriat acrius auditoris animum et aculeos quosdam cogitationum relinquat
 infixos. Nam longe minus tanget animum, si dixeris 'Caduca et brevis est
 370 hominis vita', quam si proverbium cites *Homo bulla*. Postremo quod de risu
 scribit Fabius maximas difficultates causarum, quae nullis argumentis dissolui
 queant, ioco eludi, id vel maxime praestat paroemia.

viii. AD ORNATVM CONDVCERE PAROEMIAM

375 Porro quantum vel dignitatis vel veneris adiungat orationi tempestivius
 proverbiorum vsus, non arbitror pluribus explicandum. Primum enim quis
 non videt quantum maiestatis vel ex ipsa antiquitate concilient orationi? Tum
 si quod schema, quod amplitudinem ac sublimitatem apponat sermoni,
 rursum si quod ad gratiam dictionis facit, denique si qua ratio festiuitatis, cum
 paroemia plerunque per omnes figurarum species, per omnes facetiarum
 380 formas varietur, nimirum, quicquid illa solent adferre, conferet ac genuinam
 quandam peculiaremque gratiam de suo insuper adiunget. Proinde si scite et
 in loco intertextantur adagia, futurum est, ut sermo totus et antiquitatis ceu
 stellulis quibusdam luceat et figurarum arrideat coloribus et sententiarum
 niteat gemmulis et festiuitatis cupediis blandiatur, denique nouitate excitet,
 385 breuitate delectet, [C] autoritate persuadeat.

[A] ix. AD INTELLIGENDOS AVTORES CONDVCERE PAROEMIAM

Iam ut non sit alius paroemiarum vsus, certe ad intelligendos optimos
 quosque, hoc est vetustissimos autores, non vtilis modo sunt, verumetiam
 necessariae. In quibus cum pleraque sunt deprauata, tum hae vel deprauatis-
 390 simae sunt, propterea quod fere aenigmaticum quiddam habent, ut etiam a
 mediocriter eruditis non intelligantur; tum quod plerunque velut ex abrupto
 interseruntur nonnunquam etiam mutilatim ut Ἄνω ποταμῶν, [B] id est
Sursum fluminum; [A] aliquoties vnico verbo notantur ut apud Ciceronem in
 Epistolis ad Atticum: *Subueni, quaeso, dum est ἀρχή*, [B] id est *principium*. [A]
 395 Indicat autem illud proverbium:

Ἄρχην ἰᾶσθαι πολὺ λῶϊον ἢ τελευτήν, [B] id est
Principio praestat quam fini adhibere medelam.

[A] Haec itaque multum offundunt tenebrarum, si ignorentur. At rursum lucis plurimum adferunt, si fuerint intellecta. Hinc illae tum Graecorum tum
 400 Latinorum codicum prodigiosae deprauationes, hinc foedi interpretum lapsus Graeca Latine vertentium, hinc quorundam etiam eruditorum in enarrandis autoribus ridicula somnia meraque deliramenta. Quorum equidem hoc loco nonnulla referrem, nisi placabilius iudicarem meoque accommodatius instituto, vt nostris perlectis commentariis sua cuique cogitatio suggerat,
 405 quantopere magni nominis scriptores quibusdam in locis delirarint. Denique fit nonnunquam, vt scriptor tacite ad prouerbiū alludat; quod si nos fugerit, etiam si videbitur intellecta sententia, tamen magna voluptatis pars aberit ignorata paroemia. Quod genus est Horatianum illud: *Equus vt me portet, alit rex*. Et apud Vergiliū: *Fatis nunquam concessa moueri | apparet Camarina procul*. |
 LB 9 [B] Subest enim in illo prouerbiū: Ἴππος με φέρει, βασιλεύς με τρέφει, in
 411 hoc: Μὴ κινεῖν τὴν Καμάριναν.

[A]

X. COMMENDATIO A DIFFICULTATE

Quod si iuxta prouerbiū Δύσκολα τὰ καλὰ eaque vulgo ceu vilia fastidiuntur
 415 quaecunque facilia videntur, (vt de me interim nihil dicam quantis sudoribus opus hoc mihi constiterit) ne quisquam arbitretur vsqueadeo procliuē vel intelligere vel sermoni paroemiam intexere. Siquidem vt non mediocris est artificii gemmulam scite includere anulo et aurum purpurae intextere, ita non est, mihi crede, cuiusuis paroemiam apte decenterque orationi inserere. Quodque Fabius scribit de risu nihil affectari periculosius, idem de prouerbio

361 verisimilius A-D F-I: verisimilis E in
 textu, corr. in Erratis.

364 dimanasse B-I: manasse A.

365 quidem seculis C-I: seculis [scculis A]
 quidem A B.

des Richters (Publikums) u.a. durch allgemeinen Sprachgebrauch und geläufige Redensarten (*quod nemo non dicit*) zu erreichen. Siehe z.B. Quint. *Inst.* IV, 2, 57-58. Dazu: Lausberg, p. 179 sqq.

366-367 *veritate ... robustius* Derselbe Gedanke wird wiedergegeben in Liv. XXII, 39, 19: "Veritatem laborare nimis saepe aiunt, extingui numquam", cf. Otto 1874, aber den Text im vollen Wortlaut haben wir nicht gefunden.

368-369 *aculeos ... infixos* Cf. *Adag.* 5.

370 *prouerbiū* Cf. *Adag.* 1248 (Homo bulla), LB II, 500 A, nach Varro *Rust.* I, 1, 1.

371 *Fabius* Quint. *Inst.* VI, 3, 1.

381-385 *Proinde ... persuadeat* Er. stimmt ein Loblied auf die Adagia an. Cf. Ep. 126, ll. 32-39, in der er eine ähnliche Metaphorik

369 *dixeris* B-I: *dixerit* A.

397 *Principio ... medelam* F-I: *Principio mederi* multo melius quam *fini* B-E.

398 *offundunt* A-H: *offendunt* I.

409 *nunquam concessa* B-I: *non iussa* A.

anwendet.

392 Ἄνω ποταμῶν Eur. *Med.* 410, cf. n.l. 68.

393 Cic. *Att.* X, 10, 3 (394 *Medere amabo, dum est ἀρχή*).

395 *illud prouerbiū* Suid. ἀρχὴν 4098. *Adag.* 140.

408 *Horatianum illud* Hor. *Epist.* I, 17, 20.

409 Verg. *Aen.* III, 700-701.

410 Ἴππος ... τρέφει Diogen. 5, 31. *Adag.*

620 (*Equus me portat, alit rex*), LB II, 269 D.

411 Μὴ ... Καμάριναν Suid. μὴ 904. Zenob. 5, 18 = Ald. col. 119, cf. *Adag.* 64.

413 *prouerbiū* Cf. n.l. 61.

419 *Fabius* Vielleicht eine Reminiscenz an die Stelle Quintilians *Inst.* VI, 3, 6-7 (cf. Mynors *CWE* 31, p. 19, n. 9 zu unserer Stelle).

420 non iniuria dixeris. Etenim in huiusmodi, quemadmodum et in musica, nisi summum praestes artificem, ridiculus sis; et aut laudem eximiam aut risum auferas oportet.

xi. QVATENVS VTENDVM ADAGIIS

Proinde quatenus quibusque modis vti conueniat adagiis, indicabimus. Ac
 425 primo loco meminisse oportebit, vt quod eleganter Aristoteles in commentariis Rhetorices admonuit de adhibendis epithetis, id nos in vsurpandis adagiis obseruemus, nempe vt illis vtamur non tanquam cibus, sed veluti condimentis, id est non ad satietatem, sed ad gratiam. Praeterea ne quouis inseramus loco: quemadmodum enim ridiculum sit, si quibusdam locis gemmam alligaris,
 430 itidem absurdum, si non suo loco adhibueris adagium. Quod vero Fabius libro Institutionum octauo de sententiis vsurpandis praecepit, id totidem ferme verbis de paroemiis praecipere queat. Primum ne, quemadmodum dictum est, nimis crebriter vtamur. *Densitas enim earum obstat inuicem*, quominus eluceant, quemadmodum *nec pictura, in qua nihil circumlitum est, eminet. Ideoque*
 435 *artifices etiam cum plura in vnā tabulam opera conferunt, spatiis distinguunt, ne umbrae in corpora cadant. Subsistit enim omnis paroemia, ideoque post eam vtiq̄ aliud est initium. Vnde soluta fere oratio est et e singulis non membris, sed frustis collata, structura caret. Porro vt adfert lumen clauus purpurae in loco insertus, ita certe neminem deceat intertexta pluribus notis vestis. Accedit hoc quoque* incommodi, quod
 440 crebras *captanti* paroemias, nonnullas *neceste est* admiscere vel *frigidās* vel coactas. *Non enim potest esse delectus, vbi de numero laboratur.* Postremo gratiam amittit quicquid aut immodicum est aut intempestiuum. In epistolis tamen familiaribus licebit paulo liberius hoc genere ludere; in oratione seria, sicuti parcius, ita etiam accuratius adhibendae.

445 xii. VARIVS PROVERBIORVM VSVS

Hoc in loco non ab re futurum arbitror, si paucis velut indicaro, quibus rationibus variari queat paroemiarum vsus, vt possis idem adagium alia atque alia forma producere. Principio nihil vetat interdum, quominus idem dictum ad complureis sensus accommodes, vt illud *Τετριμμένος πίθος*, id est *Pertusum*
 450 *dolium*, vel ad obliuiosum vel ad profusum vel ad auarum vel ad futilem [C] vel ad ingratum [A] traduci potest. Effluit enim, quicquid infuderis in animum immemoris. Apud prodigum nihil durat. Auari cupiditas nunquam expletur. Futilis et garrulus nihil continet. [C] Perit quicquid contuleris in hominem ingratum. [A] Nonnunquam per ironiam ad contrarias etiam
 455 sententias deflectitur; quod genus, si de mendacissimo quopiam loquens dicas: *Ἀκουε τὰ ἐκ τρίποδος*, [B] id est *Audi e tripode dicta*. [A] Fit interim, vt vnus vocolae commutatione diuersis conueniat vt *Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα*, [B] id est *Hostium munera non munera*, [A] et *πενήτων ἄδωρα δῶρα, κολάκων ἄδωρα*

460 δῶρα, ποιητῶν ἄδωρα δῶρα, [C] vt idem adagium ad hostes, ad pauperes, ad
 assentatores, ad poetas deflectatur. Nam hostium munera perniciem adferre
 creduntur. Et si quid donant pauperes aut adultores aut poetae, captationes
 sunt verius quam munera.

[A] Breuiter ad omnia in quae quocunque modo haec similitudo competit,
 LB 10 accommodes licebit. Illa ratio ferme communis omni|bus, quoties a persona
 465 ad rem aut contra fit deflexio. Ad personam hoc pacto: 'Prouerbiū est Μηδ'
 'Ἡρακλῆς πρὸς δύο', [B] id est *Ne Hercules quidem aduersus duos*, [A] 'ego vero
 Thersites magis quam Hercules, qui possim vtrique respondere?'. Ad rem
 torquebitur hoc modo: 'Prouerbio dictum est Μηδ' 'Ἡρακλῆς πρὸς δύο, ego
 470 qui possim pariter et morbo et inopiae tolerandae par esse?' Variatur et
 inuersione prouerbiū, vt dictum est: 'Μηδ' 'Ἡρακλῆς πρὸς δύο, et tu vnus
 contra duos Hercules audes congrēdi?'. Item hoc pacto: 'Contra tritum
 Graecis prouerbiū, expectatis carbonibus thesaurum reperi', et: 'Commu-
 tauimus non χρύσεια χαλκείων', [B] id est *aurea aereis*, [A] 'sed plane χάλκεα
 χρυσείων', [B] id est *aerea aureis*. [A] Praeterea nonnunquam explicatur
 475 adagium et confertur, nonnunquam simplex allegoria refertur. Aliquoties
 etiam mutilum proponitur, vt si quo respondente quod nihil ad rem pertineat,

438 in loco F-I: loco A-E.

442 est C-I: om. A B.

450 ad pr. F-I: om. A-E.

467 possim F-I: possum A-E.

469 possim A-G: possum H I.

425 Aristot. *Rhet.* III, 1406 a 18-19: ('Ἀλκι-
 δάμας) οὐ γὰρ ὡς ἡδύσματι χρῆται ἀλλ' ὡς
 ἐδέσματι τοῖς ἐπιθέτοις.

430 *Fabius Quint. Inst.* VIII, 5, passim.

433-439 *Densitas ... vestis Quint. Inst.* VIII,
 5, 26-28 (435 contulerunt; 436 omnis sen-
 tentia; 437 est alt. om.).

439-441 *Accedit ... laboratur Quint. Inst.*
 VIII, 5, 30 (439 Hoc quoque accedit; 441
 vbi numero codd.: vbi de numero Gesner).

442-444 *In epistolis ... adhibendae* Dazu: *Zu den*
Anfängen, pp. 177-182: "Die literarische
 Gattung, in der Sprichwörtliches seinen
 eigentlichen Ort hat, nicht als Thema, son-
 dern als Stilmittel, ist jedoch der Brief" (p.
 177).

449 Τετριμμένος πίθος Die Schreibung
 schwankt: in *Adag.* 933 (cf. n.l. 71) wird
 von Er. den Passus Aristot. *Oec.* 1344 b 23
 sqq., in dem der πίθος τετριμμένος zur
 Sprache kommt, angeführt. In allen Edi-
 tionen liest man τετριμμένος (sic), wie
 auch in *Adag.* 360, l. 61: εἰς πίθον τετριμ-
 μένον. Siehe jedoch auch *Adag.* 2303, *ASD*
 II, 5, p. 242, l. 39: 'Ἐκ τετριμμένης κύλικος
 πειῖν (cf. Heinimann-Kienzle ad loc., p.
 243, n.l. 39).

449-450 *Pertusum dolium* Cf. Plaut. *Pseud.*

369, angeführt von Er. in *Adag.* 933 (LB
 II, 376 E; 377 A) und in *Adag.* 360, l. 63.

450-451 vel ad obliuiosum ... ingratum In *Adag.*
 933 führt Er. den obliuiosum (Quadrabit et
 in obliuiosum), den profusum (competet
 etiam in ... profusos) und den auarum
 (congruit item in auaros) auf, aber den
 futilem und den ingratum (Zusatz C) lässt er
 unerwähnt.

456 Ἄκουε ... τρίποδος Bei den Parioemio-
 graphen (Diogen. 8, 21. Zenob. 6, 3. Ald.
 col. 153. Suid. τὰ ἐκ τρίποδος 20). "Effertur
 adagium varie" behauptet Er. in *Adag.* 690
 (Ex tripode), LB II, 297 E.

457 Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα Soph. *Ai.* 665, cf.
Adag. 235, l. 41.

458-460 πενήτων ... deflectatur Cf. *Adag.* 235,
 ll. 84-86.

465 Prouerbiū Die Form Μηδ' 'Ἡρακλῆς
 statt Οὐδὲ 'Ἡρακλῆς (Diogen. 7, 2. Zenob.
 5, 49 = Ald. col. 134. Suid. οὐδέ 780.
 Apost. 13, 29) findet sich nur bei Apost.
 11, 34 e (Walz, p. 354). Cf. *Adag.* 439.

472 prouerbiū Cf. *Adag.* 830 (Thesaurus car-
 bones erant), LB II, 346 E.

473 χρύσεια χαλκείων Hom. *Il.* VI, 236, cf.
Adag. 101.

dicas: "Αμας ἀπήτουν, [B] id est *Falces postulabam*. [A] Et apud Ciceronem: Τὰ μὲν διδόμενα, [B] id est *Quae dantur*. [A] Interim satis est vnico verbo alluisse vt apud Aristotelem omnes eiusmodi inter ipsos κεραμειῖς, [B] id est *figuli*. [A]
 480 Sunt et aliae variandi rationes; verum eas, si quis exactius persequi cupiet, e nostris commentariis, quos de duplici copia conscripsimus, petat licebit.

xiii. DE FIGVRIS PROVERBIALIBVS

Reliquum est vt ad paroemiarum catalogum accingamur, sed si prius figuras aliquot prouerbiales ostenderimus. Quaedam enim dicta sunt specie non
 485 magnopere prouerbiali, quaedam autem παροιμιώδη, id est *proverbiali figura*, vt facile possint in paroemiarum ordinem cooptari. Igitur in totum prouerbio- rum generi confinis est omnis sententia, praeterea metaphora, peculiariter allegoria, et in his praecipue quae sumuntur a rebus insignibus et vulgo celebratis vt a nauigatione, a bello. Quod genus sunt illa: *secundis nauigare ventis, naufragium facere, vertere vela, tenere clauum et exhaurire sentinam et tradere ventis vela, contrahere vela*. Item illa: *bellicum canere et vorsis gladiis pugnare, receptui canere, cominus atque eminus pugnare, conferre pedem, conserere manus* atque id genus alia sexcenta, quae si paulo longius traducantur, abeunt in paroemiae formam. Item quae ducuntur a rebus notis ac vehementer quotidiano sensui familiari-
 495 bus, vt quoties corporis gestus ad animi rem transferuntur. Cuiusmodi sunt *premere pollicem* pro fauere, *corrugare frontem* pro moleste ferre, *ringi* pro indignari, *exporrigere frontem* pro hilarescere. Praeterea quae trahuntur a sensibus corporis velut *olfacere* pro resciscere, *degustare* pro experiri. Prouerbii fere faciem habent, quoties quae sunt artibus peculiaria vocabula, alio
 500 detorquentur vt δις διὰ πασῶν, [B] id est *bis per omnia* [A] a musicis, ἐκ διαμέτρου, [B] id est *ex dimetiente* [A] a mathematicis item *sesquipedalia verba, incudi reddere* a fabris aerariis, *ad amussim* a fabris lapidariis, *nullam lineam duxi* a pictoribus, *extremum actum adiungere* a scenis. Interdum citra figuram tacita allusio prouerbiale quiddam adfert. Ea tum erit optima, quoties ad autorem
 505 aut rem spectat magnopere celebrem nullique incognitam, qualis est apud Graecos Homerus, apud Latinos Vergilius. Quod genus est illud apud Plutarchum: Ἐπει μάρτυρές γε τῷ Πλάτωνι πολλοί τ' ἀγαθοί τε πάρειςιν, [B] id est *Quandoquidem testes sane Platoni multique bonique adsunt*. [A] Allusum est enim ad morem sacrorum, in quibus sacerdos dicere consuevit: Τίς τῆδε; [B]
 510 id est *Quis hic?* [A] Deinde qui aderant, respondebant: Πολλοί τ' ἀγαθοί τε πάρειςιν, [B] id est *Multique bonique adsunt*. [A] Item illud apud Ciceronem ad Atticum: Σύν τε δὺ' ἐρχομένω, [B] id est *Simul duobus euntibus*, [A] et apud Lucianum: Ἱατρῶν παῖδες, [B] id est *Medicorum filii*, [A] pro medicis ipsis.

Accedunt ad prouerbii speciem et illa bucolico carmini familiaria, ἀδύνατα,
 515 ἀναγκαῖα, ἄτοπα, ὅμοια, ἐναντία, id est *impossibilia, necessaria, absurda, contraria, similia*. Ἄδύνατα sunt huiusmodi:

477 postulabam *D-I*: postulabant *B C*.
485 παροιμιώδη *A*: παροιμιώδει *B-I*.

- 477 ἄμας ἀπῆτουν Zenob. 1, 83. Ald. col. 29. Suid. ἄμας 1504, cf. *Adag.* 1149 (Falces postulabam), *LB II*, 464 D.
Cic. *Att.* XV, 17, 1, cf. *Adag.* 3143 (Quae dantur), *LB II*, 999 E.
479 Aristot. *Rhet.* II, 1381 b 16 und 1388 a 17, cf. *Adag.* 125, ll. 735-736.
481 quos ... conscripsimus Dieser Relativsatz (geschrieben im Jahre 1508) muss sich auf das Manuskript des Werkes *De duplici copia verborum ac rerum* beziehen, da *De copia* erst 1512 bei Badius herausgegeben wurde. Schon 1500 nahm Er. an, dass *De copia* demnächst herauskommen würde, aber, als er sich in Italien aufhielt, hatte er das Werk immer noch handschriftlich bei sich. Die Veröffentlichung ging nicht zügig vonstatten. Dazu: B.I. Knott, *ASD I*, 6, *Introduction*, p. 11 sq.
489-490 secundis ... ventis Suid. ἐξ οὐρίου 1818, cf. *Adag.* 1416 (Secundis ventis. Ἐξ οὐρίου φέρεσθαι), *LB II*, 558 D.
490 naufragium facere Cf. *Adag.* 1416, *LB II*, 558 F: "Quin hoc ipsum naufragium pro infortunio prouerbii vim habet."
vertere vela *Adag.* 860 (Vertere vela, funem reducere), *LB II*, 356 D.
tenere clauum *Adag.* 2028 (Dum clauum rectum teneam), *ASD II*, 5, p. 56.
exhaurire sentinam Cf. Cic. *Cato* 17. Vielleicht schwebte Er. diese Stelle von Cic. vor, da sich beide Ausdrücke *tenere clauum* (vide supra) und *exhaurire sentinam* dort finden. Aber die Bedeutung beider Ausdrücke ist Cic. loc. cit. nicht übertragen, sondern wörtlich.
490-491 tradere ventis vela *Adag.* 333 (Vela ventis permittere).
491 contrahere vela *Adag.* 4032 (Contrahere vela), *LB II*, 1187 B.
bellicum canere *Adag.* 2488 (Bellicum canere. Receptui canere), *ASD II*, 5, p. 340.
vorsis gladiis pugnare Plaut. *Cas.* 344.
491-492 receptui canere *Adag.* 2488.
492 cominus atque eminus pugnare *Adag.* 329.
conferre pedem *Adag.* 3439 (Pedem conferre), *LB II*, 1063 B.
conserere manus Zweimal zitiert Er. dieselbe Bibelstelle (*Prv.* 6, 10), in der sich die Wendung *conserere manus* findet: *Adag.* 721 (*Porrectis dormire pedibus*), *LB II*, 307 D und *Adag.* 1023 (*Compressis manibus*), *LB*

501 dimetiente *C-I*: diametro *B*.
511 illud *A C-I*: om. *B*.

- II*, 415 C.
496 *premere pollicem* *Adag.* 746 (*Premere pollicem. Conuertere pollicem*), *LB II*, 315 E. Zu diesem Ausdruck: Politian. *Miscell.* I, 42 (in der Pariser Edition von Badius (1519), fo. CXLIII recto).
corrugare frontem Cf. *Adag.* 748 (*Frontem exporrigere. Frontem contrahere*), *LB II*, 316 F-317 A: "Obducta fronte, corrugata fronte, contracta fronte" etc. Man vergleiche Hor. *Epist.* I, 5, 23 (*corruget naris*) und Plaut. *Amph.* 52 (*contraxistis frontem*). Siehe auch Harrebomée II, p. 404: "Hij fronselt zijn voorhoofd." Vielleicht wurde dieser niederländische Ausdruck von Er. übersetzt.
ringi Cf. Ter. *Phorm.* 341. Hor. *Epist.* II, 2, 128.
497 *exporrigere frontem* *Adag.* 748 (*Frontem exporrigere. Frontem contrahere*), *LB II*, 316 E.
498 *olfacere ... degustare* Cf. *Adag.* 581 (*Odorari ac similes aliquot metaphorae*), *LB II*, 253 B.
500 δις διὰ πاصῶν *Adag.* 163.
500-501 ἐκ διαμέτρου Cf. n.l. 30.
501 *ex dimetiente* Er. ersetzte die Übersetzung "ex diametro" (cf. app. crit.) durch *ex dimetiente*. Man vergleiche *Adag.* 945, *LB II*, 380 E: "Ἐκ διαμέτρου, id est Ex diametro", aber *LB II*, 380 E F: "Diameter enim est recta linea figuram, qua longissime patet, ex aequo secans. ... Latini lineam hanc dimetientem vocant."
sesquipedalia verba Hor. *Ars* 97, cf. *Adag.* 1152 (*Ne magna loquaris*), *LB II*, 465 F.
502 *incudi reddere* *Adag.* 492.
ad amussim *Adag.* 490.
nullam lineam duxi *Adag.* 312.
503 *extremum actum adiungere* *Adag.* 135 (*Supremum fabulae actum addere*).
507 Plut. *Mor.* 698 f (507 τε καὶ γὰρ οἱ πάρευσιν). Dasselbe Zitat im gleichen Wortlaut findet sich in *Adag.* 531, *LB II*, 234 F, cf. n.l. 508-511.
508-511 *Allusum ... adsunt* Cf. *Adag.* 531 (*Multi bonique*), *LB II*, 234 F (vergleiche Suid. τίς τῆδε 671. Apost. 16, 67. Schol. Aristoph. *Pax* 968 a).
511 Cic. *Att.* IX, 6, 6, cf. n.l. 101-102.
513 Lucian. *Hist. conser.* 7; *Dips.* 5.

'Ἄλλ' Ἴσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ἄβονι κύματα μετρεῖν, [B] id est
Sed labor adsimilis metiri in littore fluctus. |

LB 11 [A] Et apud Vergilium:

520 *Ante leues ergo pascentur in aethere cervi,
 Et freta destituent nudos in littore pisces.*

'Ἀναγκαῖα sunt huiusmodi:

Dum iuga montis aper, fluuios dum piscis amabit.

Et apud Senecam:

525 *Lucida dum current annosi sydera mundi.*

'Ἀτόπων exemplum hoc erit:

Atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos.

Contrariorum hoc:

530 *Nunc virides etiam occultant spineta lacertos,
 Me tamen vrit amor.*

Item apud Theocritum:

'Ἡνίδε σιγᾶ μὲν πόντος, σιγῶντι δ' ἄῆται·
 'Α δ' ἐμὰ οὐ σιγᾶ στέρνων ἔντοσθεν ἀνία, [B] id est
Ecce silet maris vnda, silent et flamina venti;
 535 *Haud tamen intra nostra silent praecordia curae.*

[A] Similium:

Torua leaena lupum sequitur, lupus ipse capellam.

Et apud Theocritum:

540 'Α αἰξ τὸν κίτυσον, ὁ λύκος τὴν αἰγα διώκει, [B] id est
Capra petit citysum, sequitur lupus ipse capellam.

[A] Sunt et aliae duae figurae maxime confines paroemiarum generi, quae constant vel eiusdem aut similis iteratione vocis, vel contrariarum contextu. Quod genus sunt: 'Ἀπό σ' ὀλῶ κακὸν κακῶς, κακοῦ κόρακος κακὸν ὄβον, [B] id est *Perdam te malum male, mali corui malum ouum*, [A] et θρέμμα σοφοῦ σοφόν, [B] id est *alumnus sapientis sapiens*, [A] (id quod est apud Graecos comicos pariter ac tragicos pene solenne) et *eueniunt digna dignis, amico amicus, malis malus, bonis bonus, vterque vtrique cordi, suus rex reginae placet* et *manus manum fricat, graculus ad graculum*. Contrariorum genus sic habet: καὶ δίκαια κᾶδικα, εὖ καὶ μαρῶς, [B] id est *et iusta et iniusta, probe et improbe*, [A] apud Aristophanem; ἐκοῦσι τε καὶ ἄκουσι, [B] id est *volentibus et nolentibus*, [A] apud Platonem,

550

item οὐδὲν ἔπος οὐδὲ ἔργον, [B] id est *nullum dictum neque factum*, [A] apud nostros item *verum ubi fas versum atque nefas, facta atque infecta canebat*. [H] Quo tropo sic vsus est Valerius Maximus, vt ad verum sensum non cohaereat, tantum exaggerat. *Obtestantem*, inquit, *se aduersus omne phas et nephas, quum in summo esset imperio, a te equite Romano fuisse trucidatum*. Nam qui consistit, vt facinus nepharium dicatur esse factum aduersus omne nephas? [A] *Quo iure*

518 Sed ... fluctus F-I: Sed aequalis enim

labor in littore vndas numerare B-E.

534-535 Ecce ... curae F-I: Ecce autem

tacet quidem pontus tacentque flumina.

Mea vero non tacet, intra pectora, aegri-

517 Theocr. 16, 60, cf. *Adag.* 345, l. 924.

519 Verg. *Ecl.* 1, 59-60.

523 Verg. *Ecl.* 5, 76.

524 Sen. *Oed.* 503.

527 Verg. *Ecl.* 3, 91.

529 Verg. *Ecl.* 2, 9.

530 Verg. *Ecl.* 2, 68.

531 Theocr. 2, 38-39 (532, 533 σιγῆ: σιγᾶ Aldina 1495).

537 Verg. *Ecl.* 2, 63.

538 Theocr. 10, 30 (539 τὰν κῦτισον: τὸν κῦτισον Aldina 1495; τὰν αἴγα). N.B. κίτυσον statt κῦτισον und citysum statt cytisum: den itazistischen Fehler finden wir in dem griechischen Text und auch in der Übersetzung.

543 Ἄπο ... κακῶς Aristoph. *Plut.* 65.

κακοῦ ... ὧν Bei den Paroemiographen

(Zenob. 4, 82 = Ald. col. 101-102. Apost.

9, 20. Diogen. 5, 39), cf. *Adag.* 825 (Mali

corui, malum ouum), LB II, 343 E.

544 θρέμμα σοφοῦ σοφόν Cf. *Plut. Mor.* 704 a:

Ἵ δ' Εὐμαιος, ἔτε δὴ θρέμμα γεγονώς σοφοῦ

σοφόν, οὐ πράγματ' εἶχεν κτλ.

546 eueniunt ... dignis Cf. *Adag.* 1330 (Sui

cuique mores fingunt fortunam), LB II,

532 E: "Nam plerumque videmus mala

malis euenire, digna dignis."

amico amicus Adag. 217.

546-547 malis malus, bonis bonus Cf. *Plaut.*

Bacch. 661: "Bonus sit bonis, malus sit

malis."

547 vterque vtrique cordi Ter. *Phorm.* 800.

suns rex ... placet Plaut. Stich. 133, cf. *Adag.*

115, l. 442.

547-548 manus manum fricat *Adag.* 33.

548 graculus ad graculum *Adag.* 123.

Contrariorum ... habet Adag. 1024 (Ioca

seriaque), LB II, 415 C D: "Donatus in

Adelphos huiusmodi ferme figuras omneis,

tudo B-E.

540 Capra ... capellam F-I: Capra citysum,

lupus capram insequitur B-E

543 ἀπό σ' ἄλλῳ B-I: ἀπολλῶ A.

544 θρέμμα A-F: τρέμμα G-I.

quae constant ex contrariis, prouerbiales

existimat. Quod genus sunt: fanda infanda,

quo iure quaque iniuria, facta atque in-

fecta, digna atque indigna, fasque ne-

fasque, clamque palamque, terraque ma-

rique, noctesque diesque, iuuenesque se-

nesque, neque in minimo neque in ma-

ximo, neque deos neque homines veretur,

vocatus atque inuocatus, re salua et per-

ditata, atque alia huius generis innumerabilia

de quibus meminimus et initio operis."

N.B. Nicht Donatus ad Ter. *Ad.*, sondern

ad Ter. *Eum.* 1058: "Prouerbiale est 'prae-

sente absente' vt 'sursum deorsum', 'vltro

citro' et cetera huiusmodi, quod 'fanda

nefanda', 'iusta iniusta', 'digna indigna',

'velit nolit'" (Wessner I, p. 488), cf. *Adag.*

245, n.l. 369.

καὶ δίκαια κἀδίκαια Aristoph. *Ach.* 373; *Eq.*

256; *Nub.* 99.

548-549 εἶ καὶ μικρῶς Aristoph. *Eq.* 800.

550 ἐκούσι τε καὶ ἄκουσι *Plat. Leg.* I, 632 b,

cf. *Adag.* 245 und *Adag.* 1682 (Volens

nolente animo), *ASD* II, 4, p. 137.

551 item οὐδὲν ἔπος οὐδὲ ἔργον *Plat. Rep.* VI

494 e: Οὐ πᾶν μὲν ἔργον, πᾶν δ' ἔπος (cf.

Hom. Od. XV, 375: Οὐτ' ἔπος οὔτε τι

ἔργον). Man vergleiche *Adag.* 3753 (Neque

dicta neque facta), LB II, 1134 E.

552 verum ... nefas Verg. *Georg.* I, 505.

facta ... canebat Verg. Aen. IV, 190.

553 Val. Max. VI, 2, 8 (554 ac; 555 fuisse om.).

554 exaggerat Er. mag 'exaggeret' meinen.

556-560 Quo ... plaudentibus Die hier gege-

bene Aufzählung ähnelt der in *Adag.* 1024

aufgeführten Reihe von 'contraria' sehr, cf.

n.l. 548.

556-557 Quo ... iniuria *Adag.* 1024 loc. cit.

(n.l. 548), cf. *Cic. Mil.* 31: "Sed iure an

iniuria." *Verr.* 2 II, 150: "Iure an iniuria."

560 *quaque iniuria, quiduis et facere et pati, digna atque indigna, quid dixit aut quid tacuit? domi bellique, publice priuatim, quod scis nescis, clamque palamque, iocaque et seria, manibus pedibusque, noctesque diesque, quae prima aut ultima ponas, neque magnum*
neque paruum, iuuenesque senesque, diis hominibusque plaudentibus. Ad hanc formam
 pertinent etiam haec passim apud poetas obuia: παρθένος ἀπάρθενος, ἄνυμφος
 νύμφη, ἄγαμος γάμος, ἀπολις πόλις, δύσπαρις Πάρις, δυσδαίμων εὐδαιμονία,
 ἄδωρα δῶρα, ἀδεές δέος, ἀπόλεμος πόλεμος, [B] ἄκοσμος κόσμος, ἄχαρις χάρις,
 565 [F] ἀπλοῦτος πλοῦτος, [B] id est *virgo non virgo, sponsa non sponsa, nuptiae non*
nuptiae, non ciuitas ciuitas, malus Paris Paris, infelix felicitas, non dona dona, non
metuendus metus, non bellum bellum, ornatus inornatus, ingrata gratia, [F] *inopes opes.*
 [A] Haec ἐναντιώσεις nonnunquam accidit et in dictione composita vt μωρόσο-
 φος, [B] id est *stulte sapiens*, et γλυκύπικρος, id est *dulciter amarus*. Sic etiam
 570 Plutarcho teste suum affectum vocant amantes ex voluptate et dolore mixtum,
 ita vt libenter contabescant. [A] Huc pertinet et illa ἐναντιώσεις αἰνιγματώδης,
 [B] id est *contrarietas aenigmatica*, [A] vt φέρων οὐ φέρω, ἔχων οὐκ ἔχω et ἀνήρ
 καὶ οὐκ ἀνήρ, ὄρνιθα καὶ οὐκ ὄρνιθα, ἰδών τε καὶ οὐκ ἰδών, ἐπὶ ξύλου καὶ οὐ ξύλου,
 καθημένην καὶ οὐ καθημένην, λίθω καὶ οὐ λίθω, βάλλει τε καὶ οὐ βάλλει, [B] id est
 575 *portans non porto, habens non habeo, vir et non vir, auem et non auem, vidensque et non*
videns, in ligno et non ligno, sedentem et non sedentem, lapide et non lapide, iaculatur et
non iaculatur. [A] Quod aenigma refertur et apud Athenaeum [C] ex Clearcho
 [A] et apud Tryphonem, cuius meminit Plato quoque. [C] Huius formae sunt
 et illa: ἀγλωσσος ἄλλος, id est *elinguis loquax*, τρωτὸς ἄτρωτος, id est *vulnerabilis*
 LB 12 *inuulnerabilis*, δασὺς λεῖος, id est *hirsutus leuis*, ἄγονος | γόνος, id est *foetus non*
 580 *foetus*. Cuiusmodi permulta proponit ac soluit Athenaeus libro decimo. [A]
 Neque respuit adagiorum ratio aenigmaticam obscuritatem, quanquam alias
 improbatam, imo veluti familiarem libenter amplectitur. Quod genus fuerit, si
 quis parum sane locutum iubeat *Anticyram nauigare* aut *porcum caedere* aut
 585 *squillam e sepulchris vellere*, quorum primum est apud Horatium, alterum apud
 Plautum, tertium apud Theocritum. Proinde et oracula pleraque in ius
 prouerbiorum abierunt et Pythagorae symbola ad paroemiarum naturam
 videntur pertinere. Praecipue peculiaris est adagiorum generi hyperbole vt
coelum territat armis et *saxa clamore rumpit* et *risu diffuio*, maxime si qua
 590 metaphorae species admisceatur. Effertur variis modis vel per denominationem
 vel per comparationem vel per similitudinem vel per epitheton. Exempla

571 id est *contrarietas aenigmatica post αἰνιγ-*
ματώδης [id est *om.* C] C-I: id est *contra-*
rietas aenigmatica post οὐ βάλλει, l. 573, B.
 573 καὶ *pr.* A-D F-I: *om. E in textu, addit in*

Erratis.

577 Tryphonem A D-I: Triphonem s B C.
 583 caedere C-I: cedere A B.
 589 Effertur C-I: Effertur autem A B.

557 *quiduis ... pati* Hor. *Carm.* III, 24, 43.
digna atque indigna *Adag.* 1024, cf. *Plaut.*
Capt. 200: "Indigna digna." *Ter. Phorm.*
 376: "Te indignas seque dignas contume-
 lias."
quid ... tacuit? Hor. *Epod.* 5, 49.

558 *domi bellique* *Plaut. Asin.* 559.
publice priuatim *Cic. Att.* XVI, 15, 6. *Suet.*
Aug. 89, 2.
quod ... nescis *Ter. Heaut.* 748: "Tu nescis
 id, quod scis."
clamque palamque *Enn. Ann. fr.* 242 *Vahlen*

- bei Gell. XII, 4, 4, angeführt von Er. in *Adag.* 286, l. 120, cf. *Adag.* 1024. *iocaque et seria Adag.* 1024 (Loca seriaque), LB II, 415 C.
- 559 *manibus pedibusque Adag.* 315. *noctesque diesque Adag.* 324, cf. *Adag.* 1024. *quae ... ponas Iuv.* 9, 81.
- 559–560 *neque ... paruum* Von uns nicht belegt. Siehe jedoch Harrebomée I, p. 261: “De blecke dood spaart klein noch groot.”
- 560 *iuuenesque senesque* Cf. Verg. *Aen.* IX, 309: “Iuuenumque senumque” und *Adag.* 3475 (Pueri senesque), LB II, 1070 D. *diis ... plaudentibus Adag.* 74.
- 561 *haec ... obuia* Diese Art von Wendungen ist besonders in der Tragödie beliebt. Dazu: P. Groeneboom, *Aeschylus' Prometheus, met inleiding, critische noten en commentaar*, Groningen, 1928/Amsterdam, 1966, p. 193.
- 561–562 *παρθένος ἀπάρθενος, ἄνυμφος νύμφη* Cf. Eur. *Hec.* 612.
- 562 *ἔγαμος γάμος* Cf. Soph. *Oed. T.* 1214. Eur. *Hel.* 690. *ἄπολις πόλις* Cf. Aeschyl. *Eum.* 457. Eur. *Tro.* 1291–1292. *δύσπαρις Πάρις* Cf. Lucian. *Dial. mort.* 19, 1. Hom. *Il.* III, 39; XIII, 769. *δυσδαίμων εὐδαιμονία* Von uns nicht belegt.
- 563 *ἄδωρα δῶρα Adag.* 235, l. 41. *ἀδέες δέος* Cf. Plat. *Symp.* 198 a und *Adag.* 1280 (Metum inanem metuisti), LB II, 515 E. *ἀπόλεμος πόλεμος* Cf. Aeschyl. *Prom.* 904. Eur. *Herc.* 1133. *ἄκοσμος κόσμος Anth. Pal.* 7, 561; 9, 323. Cf. A.S.F. Gow and D.L. Page, *The Greek Anthology, Hellenistic Epigrams*, Cambridge, 1965, vol. II, p. 82 ad Antipater von Sidon LX, l. 3 (= *Anth. Pal.* 9, 323). *ἄχαρις χάρις* Cf. Aeschyl. *Prom.* 545; *Ag.* 1545. Eur. *Iph. T.* 566.
- 564 *ἄπλοτος πλοῦτος* Cf. Plut. *Mor.* 527 b: “Ἄλλ’ ἄπλοτος ὁ πλοῦτός ἐστιν, ὡς φησι Θεόφραστος = fr. 78 Wimmer (Wimmer folgt einer anderen Lesart: “Ἄλλὰ τυφλὸς ὁ πλοῦτός ἐστιν).”
- 567–568 *μωρόσοφος* Cf. Lucian. *Alex.* 40.
- 568 *γλυκύπικρος* Sapph. fr. 40 Bergk = 130 Lobel-Page = 130 Voigt.
- 569 Plut. *Mor.* 681 b.
- 570–577 *Huc ... quoque* Rätsel, wie hier (ll. 571–573) angeführt, wurden von Athen. Clearchus zugeschrieben (Athen. X, 452 c, cf. Wehrli III, p. 35, fr. 94). Er. erwähnt neben Athen. den Grammatiker Trypho, dessen Werk *Περὶ τρόπων* 4 (Spengel III, p. 194, ll. 16–19) er nahezu wörtlich zitiert, als Quelle. Die Zeilen ἀνὴρ ... βάλλει (ll. 571–573) gründen sich eher auf Trypho loc. cit. als auf Athen. loc. cit. Nur die Ausdrücke φέρων ... ἔχω (l. 571) stammen nicht aus dem Werk Tryphos.
- 571 φέρων οὐ φέρω Cf. Athen. X, 448 f: Φέρων τις μὴ φέρει. ἔχων οὐκ ἔχω Cf. Athen. X, 450 d: Οὐδ’ ἔχων ἔχει.
- 577 Plat. *Rep.* V, 479 b c. Dazu: Schol. Plat. *Rep.* V, 479 c (= Wehrli III, Klearchos, fr. 95 a).
- 577–580 *Huius ... decimo* Zusatz C nach der Veröffentlichung der editio princeps des Athenaeus, cf. n.l. 194.
- 578 ἄγλωσσοσ λάλος Athen. X, 449 f. τρωτὸς ἄτρωτος Athen. X, 449 f.
- 579 *δασὺς λεῖος* Athen. X, 449 e. ἄγονος γόνος Cf. Athen. X, 450 a: Παίδων ἀγόνων γόνον.
- 580 *Cuiusmodi ... decimo* Siehe z.B. Athen. X, 449 d: Οὐ θνητὸς οὐδ’ ἀθάνατος. 450 d: Διδούσ τις οὐκ ἔδωκεν. ἔσα γὰρ οἶσθ’ οὐκ οἶσθα νῦν. 450 f: “Ἀφωνα βοήην.
- 583 *Anticyram nauigare Adag.* 752 (Nauigret Anticyras), LB II, 318 E. *porcum caedere Adag.* 755 (Porcum immola), LB II, 320 A.
- 584 *squillam e sepulchris vellere Adag.* 1252 (Squillas a sepulcro vellas), LB II, 497 F. Hor. *Serm.* II, 3, 166.
- 585 Plaut. *Men.* 290 sqq.; 312 sqq. (cf. Mynors CWE 32, p. 340 ad *Adag.* 755). Theocr. 5, 121.
- 586 *Pythagorae symbola* Cf. *Adag.* 2, l. 767.
- 588 *coelum ... armis* Verg. *Aen.* XI, 351. *saxa ... rumpit* Vielleicht nach *Adag.* 3277 (Columnas rumpere), LB II, 1020 C: “Vnde prouerbium natum in clamosos ... vt postes et columnas dicantur rumpere.” *risu diffiuo* Apul. *Met.* 3, 7: “Risum cachinnabili diffuebant.”
- 589–590 *Effertur ... epitheton* Er. unterscheidet Hyperbeln verschiedener Art (*vel per denominationem vel per comparisonem vel per similitudinem vel per epitheton*), aber abgesehen von einigen Beispielen weist Er. immer wieder auf die Hyperbel *per comparisonem* hin. Nach Bezugspunkt unterscheidet er *ipsa re* (l. 594), *a rebus similibus* (l. 605), *ab animantibus* (l. 618), *a personis deorum* (l. 635), *a personis fabulosis* (l. 639), *a personis comediariarum* (l. 646), *a personis historiarum* (l. 650), *a gentibus* (l. 658), *ab officiis* (l. 663). Zu der Hyperbel: Lausberg, p. 299 sqq.; p. 454 sq.

sunt: *alter Aristarchus* et *noster hic Phalaris* et *Stentore clamosior*, *velut leaena in machaera*, *Stentorea vox*, *Nestorea facundia*. Neque vero pigebit ceu fontes aliquot indicare, a quibus genus hoc figurarum duci possit.

AB IPSA RE

595 Sumitur enim interdum ab ipsa re, quoties hominem scelestum *scelus* appellamus, dedecorosum *dedecus*, pestilentem *pestem*, lurconem *barathrum*, tenebriorem *tenebras*, contaminatum *labem*, spurcum *coenum*, contemptum *quisquilias*, impurum *sterquilinum*, portentosum *portentum*, molestum *hulcus*, carcere dignum *carcerem*. Quorum vnumquodque fere potest et per comparationem
600 efferi vt χρυσοῦ χρυσότερα, id est *auro magis aurea*, et *ipsa nequitia nequior*, *caecitate caecior*, *loquacitate loquacior*, *deformitate deformior*, *ipsa siti siticulosior*, *paupertate pauperior*, *infortunio infortunatior*, *ipsa infantior infantia*. Ad hanc classem pertinent et illa: *pater esuritionum* et *omnis eloquentiae fons* et *plus quam infantissimus* et *plus quam perditus*.

605

A REBUS SIMILIBVS

Huic proxima sunt, quae a rebus similibus trahuntur vt *melle dulcior*, *pice nigrior*, *niue candidior*, *oleo tranquillior*, *infima auricula mollior*, *auro purior*, *plumbo stupidior*, *stipite tardior*, *litore surdior*, *iracundior Adria*, *aequore surdior*, *spongia bibacior*, *harenis sitientior*, *pumice siccior*, *aere Dodonaeo loquacior*, *vitro fragilior*, *pila volubilior*, *cothurno instabilior*, *clemate Aegyptia gracilior*, *alno procerior*, *cote durior*,
610 *sole clarius*, *sydere pulchrior*, *buxo pallidior*, *Sardois herbis amarior*, *alga vilior*, *Aetna*

592 *Nestorea* A C-I: *Nestoria* B.

591 *alter Aristarchus* Cf. *Adag.* 457, in dem Er. Cic. *Fam.* IX, 10, 1: "Alter Aristarchus hos ὀβελίξει" anführt (ll. 363-364).

noster hic Phalaris Cf. *Adag.* 986 (Phalaridis imperium), LB II, 392 D, cf. n.l. 652.

Stentore clamosior *Adag.* 1237 (Stentore clamosior), LB II, 496 B, cf. n.l. 643.

591-592 *velut leaena in machaera* Cf. *Adag.* 1882 (Non statuar leaena in machaera), ASD II, 4, p. 264, l. 14.

592 *Stentorea vox* Cf. *Adag.* 1237.

Nestorea facundia *Adag.* 156, cf. l. 641.

595-665 *Sumitur ... immanior* Im Jahre 1508 hatte Er. schon viele Vorarbeiten für sein Werk *De copia* erledigt (cf. n.l. 481), was seinen Niederschlag findet in den *Prolegomena*. Cap. xlvi des ersten Buches *De copia* und der letzte Teil der *Prolegomena* (l. 595 sqq.) überschneiden sich. Wir ziehen für unsere Hinweise den betreffenden Kommentar von B.I. Knott heran (ASD I, 6,

p. 101 sqq.).

595-599 *Sumitur ... carcerem* Viele dieser Ausdrücke finden sich nicht nur in den Invektiven des Cicero (cf. Knott, p. 102, n.l. 901-906), sondern auch in den Komödien des Plaut. und Ter. (z.B. Plaut. *Persa* 407-426).

595 *scelus* Cic. *Dom.* 47: "Caenum, o portentum, o scelus!" Plaut. *Bacch.* 1176; *Mil.* 841. Ter. *Heaut.* 740, cf. *Adag.* 3911 (Luto lutulentior), LB II, 1166 A.

596 *dedecus* Cic. *Phil.* XI, 36: "Romani nominis probra atque dedecora." *Pis.* 53: "Neque paterni generis sed bractatae cognitionis dedecus."

pestem Cic. *Vatin.* 25: "Si tum illum labem pestemque vicisset." Ter. *Ad.* 189: "Leno sum ... periurus, pestis."

barathrum Hor. *Epist.* I, 15, 31. Cf. *Adag.* 2641 (Charybdis. Barathrum), ASD II, 6, p. 446.

- 597 *tenebras* Cic. *Pis.* 62: "O tenebrae, o lutum, o sordes."
labem Cic. *Vatin.* 25; *Sest.* 20: "Habeo quem opponam labi illi atque caeno." Plaut. *Persa* 408: "Labes populi."
coenum Cic. *Dom.* 47; *Sest.* 20. Plaut. *Persa* 407: "Commixtum caeno sterculinum publicum."
quisquiliās Cic. *Sest.* 94: "Quisquiliās seditionis Clodianae."
598 *sterquilinum* Plaut. *Persa* 407. Ter. *Phorm.* 526.
portentum Cic. *Phil.* XIV, 8: "Propudium illud et portentum, L. Antonius!" *Dom.* 47.
bulcus Ter. *Phorm.* 690: "Quam hoc vlcus tangere."
599 *carcerem* Dieser Ausdruck ist von Er. in *De copia* nicht aufgelistet worden. Cic. *Pis.* 16: "Quod in me carcerem effudistis." Ter. *Phorm.* 373.
600 χρυσοῦ χρυσότερα Sapph. fr. 138 D. (600 χρύσω) = 156 (39) Lobel-Page = 156 Voigt.
600–602 *ipsa nequitia ... infantia* Cf. *De copia*, p. 104, ll. 925–933. Diese Wendungen sind von Er. selbst, vermutlich in Analogie zu einem Ausdruck wie Plaut. *Cist.* 644: "O Salute mea salus salubrior" geprägt worden.
603 *pater esuritionum* Catull. 21, 1.
omnis eloquentiae fons Cf. Quint. *Inst.* VI, 1, 51: "Totos eloquentiae aperire fontes licet."
603–604 *plus quam ... perditus* Vielleicht in Analogie zu Ausdrücken wie Liv. XXI, 4, 9: "Perfidia plus quam Punica." Idem XXI, 2, 4: "Opes plus quam modicae." Dazu: Kühner-Stegmann II, p. 462.
606–617 *Huic proxima ... licentiosior* Cf. *De copia*, pp. 102–104, ll. 909–924. Zum Aneinanderreihen von gleichartigen Redensarten: Ov. *Met.* XIII, 789–807.
606 *melle dulcior* Plaut. *Asin.* 614. *Rbet.* *Her.* IV, 44. Ov. *Trist.* V, 4, 29–30.
606–607 *pice nigrior* Ov. *Met.* XII, 402; *Pont.* IV, 14, 45; *Her.* 17 (18) 7.
607 *nive candidior* Ov. *Am.* III, 7, 8; *Pont.* II, 5, 38; *Her.* 15 (16), 251–252.
oleo tranquillior Plaut. *Poen.* 1236. Cf. *Adag.* 635 (*Oleo tranquillior*), LB II, 276 A.
infima auricula mollior Cic. *Ad Q.* fr. II, 14, 4: "Oricula infima scito molliorem." Catull. 25, 1–2: "Mollior ... imula oricilla." Cf. *Adag.* 636 (*Auricula infima mollior*), LB II, 276 D.
auro purior Cf. *Adag.* 3058 (*Aurum igni probatum*), LB II, 982 E.
607–608 *plumbo stupidior* Cf. Ter. *Heaut.* 877: "Quae sunt dicta in stulto: caudex, stipes, asinus, plumbeus."
608 *stipite tardior* Cf. Ter. *Heaut.* 877. In *De copia* (p. 102, ll. 911–912) listet Er. auch 'caudice stolidior' auf, cf. Ter. loc. cit.
litore surdior Cf. *Adag.* 384 (*Littore loqueris*), l. 359. Zu 'litus surdum': Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 223, n.ll. 192–194. Vergleiche Prop. IV, 11, 6: "Litora surda."
iracundior Adria *Adag.* 3589 (*Iracundior Adria*), LB II, 1096 C, nach Hor. *Carm.* III, 9, 23.
aequore surdior Ov. *Met.* XIII, 804: "Surdior aequoribus", cf. *litore surdior*.
608–609 *spongia bibacior* Cf. *Adag.* 201, l. 82–84: "Inuictus est bibendo ...; apte, si spongiam mihi laudas." Zu der Form des Adjektivs 'bibax': *ASD* I, 6, p. 55, n.ll. 548–550.
609 *harenis sitientior* Cf. Lucan. I, 368: "Per calidas Libyae sitientis harenas."
pumice siccior Cf. Plaut. *Aul.* 297: "Pumex non aequae est aridus" und *Adag.* 375, ll. 230–231: "Nihil enim pumice lapide siccior, nihil siticulosius." In *De copia* (p. 102, l. 922): "Pumice aridior."
aere Dodonaeo loquacior Cf. *Adag.* 7 (*Dodonaeum aes*), l. 388 sq.: "In hominem dici consuevit improbae atque importunae loquacitatis."
vitro fragilior Cf. Plin. *Nat.* XIII, 140: "Vitri modo fragiles."
609–610 *pila volubilior* Cf. Apul. *Met.* II, 4: "Pilae volubilis instabile vestigium."
610 *cothurno instabilior* *Adag.* 94 (*Cothurno versatiliior*).
clemate Aegyptia gracilior Cf. *Adag.* 22 (*Clematis Aegyptia*), l. 717 sq.: "In eos, qui corpore praeter modum proceros atque atro colore essent." In *De copia* (p. 102, ll. 919–920): "Clemate Aegyptia nigrior."
alno procerior Ov. *Met.* XIII, 790.
cote durior Cf. *Adag.* 20 (*Nouacula in cotem*).
611 *sole clarior* Cic. *Fin.* I, 71: "Sole ipso illustriora et clariora sunt." Plaut. *Mil.* 1–2: "Clarior / quam solis radii." Der Ausdruck 'luce clarior' ist geläufiger als 'sole clarior'.
sydere pulchrior Hor. *Carm.* III, 9, 21, cf. n.l. 608 (*iracundior Adria*).
buxo pallidior Ov. *Met.* IV, 134–135. *Priap.*

- 615 *aestuanti*, *beta insulsi*, *trutina iusti*, *spina distorti*, *ampulla vani*, *pluma leui*, *vento instabili*, *morte odiosi*, *barathro capaci*, *labyrinthu inuoluti*, *corchoro vilior*, *subere leui*, *dolio pertuso incontinenti*, *laterna perlucienti*, *clepsydra perstillanti*, *fonte purior*, *Euripo mobili*, *oculis charior*, *luce dulci*, *vita antiquior*, *rubo arefacto praefracti*, *crambe recocta molesti*, *clauo purior*, *Floralibus licentiosi*.

AB ANIMANTIBVS

- 620 [B] Item ab animantibus [A] vt *muliere loquaci*, *passere salaci*, *hirco libidinosi*, *ceruo viuaci*, *cornice annosior*, *graculo magis obstreperus*, *luscini* vocalior, *dipsade nocenti*, *vipera virulentior*, *vulpe fraudulentior*, *echino asperior*, *porcello Acarnanio lenior*, *anguilla magis lubricus*, *lepore timidior*, *limace tardior*, *pisce sanior*, *pisce magis mutus*, *delphino lasciuior*, *Phoenice rari*, *scropho foecundior alba*, *nigro cygno rari*,

613 Labyrinthu B-I: Labyrinthu A, corr. s.

614 Corchoro F-I: Corcoro A-E; Laterna G-I: Laterna Punica A-F.

32, 2. Martial. XII, 32, 8.

hoc est vna duntaxat spes mihi superest. [B] Aristides in Themistocle: Καὶ ὡσπερ τῆς ἱερᾶς ἀγκύρας τῆς ἐκείνου φωνῆς ἐχόμενοι, id est *Ac velut a sacra ancora de illius voce pendentis*. [G] Diuus Chrysostomus de Lazaro concione 4. conscientiam appellat Ἱερὰν ἄγκυραν, quod illa nunquam patiatur hominem abripi vi cupiditatum veluti ventorum procella, quin obnitatur.

[A]

MOVEBO TALVM A SACRA LINEA

25

Idem pollere putat Diogenianus: Κινῶ τὸν ἄφ' ἱερᾶς, id est *Sacrae lineae talum moueo*. De iis, qui extrema parant experiri. Id Iulius Pollux [E] libro nono [A] exponens ait a ludo quopiam tesserarum natum esse adagium. Lusum autem fuisse huiusmodi, vt vtrique ludentium essent calculi quinque totidem impositi lineis; vnde et Sophocles dixerit πεσσὰ πεντέγραμμα, id est *tesserarum quinque linearum*. Inter eas lineas, vtrique quinas, vnam fuisse mediam, quam sacram vocabant; vnde qui talum mouisset, is sacrae lineae calculum mouere dicebatur. Id vero non fiebat, nisi cum res posceret, vt ludens ad extrema confugeret auxilia. Vsurpat hoc adagium Plato libro De legibus quinto: Καθάπερ πεττῶν ἄφ' ἱεροῦ, id est *Tanquam a sacra tessera*. Plutarchus in libro, qui inscribitur An seni sit gerenda respublica: Τελευταίαν ὡσπερ τὴν ἄφ' ἱερᾶς ἐπάγουσιν ἡμῖν τὸ γῆρας, id est *Postremam nobis tanquam a sacra linea senectam allegant*, hoc est veluti causam grauissimam. [B] Idem commentario De comparatione terrestrium ac marinorum: Φέρε κινήσαντες τὴν ἄφ' ἱερᾶς βραχέα περὶ θειότητος

αὐτῶν καὶ μαντικῆς εἶπωμεν, id est *Age moto talo a sacra linea paucis de diuinitate eorum et diuinatione dicamus*. Rursum idem Aduersus Colotam Epicureum: Εὐθύς οὖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς κεινήνηκεν ὁ Κολώτης, id est *Protinus igitur talum a sacra mouit Colotes*, hoc est statim id quod est grauissimum aggressus est, vt impugnaret Apollinis de Socrate iudicium. [H] Idem in vita Martii Coriolani

780 solitum χ G-I: solitos C-F.

783 est E-I: om. A-D.

799-801 Diuus ... obnitatur G-I, addit χ.

799 Chrysostomus G-I: Chrystomus χ; De Lazaro concione 4. H I: alicubi χ G.

800 ἱερὰν ἀγκυραν G-I: sacram ancoram χ; nunquam patitur G-I: non patitur vnquam χ.

801 veluti ... procella G-I: om. χ.

803 id est F-I: om. A-E.

24 Collect. 606. Cf. *Adag.* 3551 (Sacer manipulus), LB II, 1088 B: "Sacer manipulus olim dicebatur, quemadmodum dicimus sacram ancoram iaciendam aut rem ad triarios rediisse." In *Collect.* 606 kontaminiert Er. zwei Proverbien, die er in den Adagien separat behandelt (näml. *Adag.* 24 und 25). *Collect.* 606: "Sacram mouere ancoram, κινεῖν τὴν ἀφ' ἱερᾶς. Est extrema experiri et nihil intematum relinquere. Nam extremam ancoram sacram olim vocabant, quam non nisi extremo in discrimine iaciebant." Man vergleiche zu dieser Zusammenfügung: Suid. κινήσω 1642: Κινήσω τὸν ἀφ' ἱερᾶς ... ἐκ μεταφορᾶς τῶν ναυτῶν, οἱ τὴν βοήθειαν εἰς τὴν ἱερὰν ἀγκυραν ἔχουσι, ἢ ἀπὸ τῶν πεττεούτων παρ' αὐτοῖς γὰρ καίται ψῆφος ἱερὰ (= Zenob. Ald. col. 105), cf. *Adag.* 25.

783 *illud* Suid. χαλάσω 9. Apost. 18, 10. Aufgrund der Futurform χαλάσω bildet Er. fälschlich den Infinitiv 'χαλάζειν'. Er meint vermutlich, χαλάσω sei eine Verbform mit dentalem Verbalstamm. Es gibt zwar ein Verb χαλαζάω = 'beageln' (Inf. χαλαζᾶν), aber das hat nichts damit zu tun. Es handelt sich hier um das Verb χαλάω = 'lösen' mit Verbalstamm auf Sigma.

786 Lucian. *Imp. trag.* 51 (787 ἦδη τὴν ἱερὰν).

789 *Rursum* Lucian. *Fug.* 13 (790 ἔδοξε δὲ σκοπουμένοις; φασιν).

791 *re perpensa* Er. übersetzt das Partizip Präsens (σκοπουμένους) als eine vollendete Zeitform.

792 *Rursum* Lucian. *Apol.* 10.

794 Eur. *Hel.* 277 (795 δ' ἦ Scaliger: δὲ codd.; ὄχει Musgrave: ὄχει codd.).

797 Ael. Arist. III (De quattuor), 252, Lenz-Behr I, p. 379.

804 moueo C-I: mouebo A B.

805 natum esse E-I: esse natum A-D.

815 commentario G-I: in commentario B-F.

816 κινήσαντες B-G: κινήσοντες H I.

818 Colotam B-D F-I: Coletam E in textu, corr. in Erratis.

819 κεινήνηκεν B-D F-I: κεινίκεν E in textu, corr. in Erratis.

821 impugnaret C-I: impugnet B.

799 Chrys. *Hom. De Lazaro concio IV*, 5 (Migne PG 48, 1013): "Ἀγκυρα γὰρ τίς ἐστὶν ἱερὰ τοῦ συνειδότος ἢ ἐπιτίμησις. Zusatz G. Seit 1525 beschäftigte Er. sich mit der Ausgabe der Schriften des Joh. Chrysostomus. Cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 5, p. 275, n.l. 801. In den *Lucubrations* (cf. *Adag.* 262, n.l. 685) lautet die von Er. gemeinte Stelle: "Haec maxima illius proidentiae sunt argumenta, conscientiae increpatio, sacra est ancora non sinens nos tandem in peccatorum demergi profundum" (fo. 117, in margine ist die Wendung "sacra ancora" abgedruckt).

25 *Collect.* 606. Cf. *Adag.* 24. Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 38.

803 Diogen. 5, 41 (803 κινήσω). Woher die Form κινῶ (statt κινήσω, cf. Suid. κινήσω 1642. Zenob. Ald. col. 105. Plut. *Paroem.* 1, 67) stammt, ist uns nicht bekannt. Er. hat anfangs 'mouebo' übersetzt, cf. app. crit. Siehe auch den Titel unseres Adagiums.

804 *De ... experiri* Cf. Diogen. loc. cit.

Iulius Pollux Poll. IX, 97-98.

805-810 *exponens ... dicebatur* Die Erläuterung zu dem betreffenden Spiel entnahm Er. dem Werk des Iulius Pollux loc. cit.

807 Soph. fr. 396 N. = fr. 429 Radt, aus Pollux loc. cit.

811 Plat. *Leg.* V, 739 a.

812 Plut. *Mor.* 783 b.

815 *Idem* Plut. *Mor.* 975 a.

818 *Rursum idem* Plut. *Mor.* 1116 e (819 Κωλώτης; Κολώτης immer in Plut. Ald. nach mehreren codd.).

821 *Idem* Plut. *Coriol.* 32, 1 (822 ἄρασα; τὴν ἱερὰν: τὴν ἀφ' ἱερᾶς v.l.).

de ciuitate Romana ob Coriolani minas perturbata: "Ἀρα τὴν ἀφ' ἱερᾶς ἀφῆκεν, id est *Sublatam a sacra linea tesseram misit*. Desperatis enim rebus ad deorum religionem confugiebat supplicatum missis sacrificis, aedituis, initiatoribus, auguribus etc. [A] Huc allusit et Theocritus in *Bucoliastis*:

Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμᾶς κινεῖ λίθον, id est
Atque a lineola lapidem mouet,

[F] de quo nobis et alias facta mentio.

[A]

NVDIOR LEBERIDE

26

830 Γυμνότερος λεβηρίδος, id est *Nudior leberide*, de vehementer tenuibus. Leberis enim serpentis exuuium significat, quo nihil esse potest inanius. [B] Accidit autem hoc omnibus fere, quae cortice integuntur sed molliore velut stellioni, lacertae, praecipue serpentibus; atque haec ferme bis exuunt, vere et autumno, praesertim vipera. Serpenti primum ab oculis incipit decedere pellis, *ita vt obcaecari videatur iis, qui rem non intelligunt; atque vna nocte et die senectus tota exuuntur a capite vsque ad caudam*. Ex insectis reiuuenescunt silpha et culex eaque, quorum pennae vaginis obteguntur vt scarabei, item locustae et cicadae. In genere marinorum exuit et cancer idque saepius anno. Atque hoc exuuium Graecis etiam σῦφαρ dicitur, cuius mira sentitur tum leuitas tum

835 *siccitas vniuerso humore in nouum foetum consumpto*. Autor Aristoteles libro *De natura animantium octauo*. [A] Ait Suidas *Leberidem* hominem fuisse supra modum pauperem, ita vt vulgari sermoni locum fecerit. Athenaeus [C] in *Dipnosophistis*: [A] Σαυτὸν ἀποφαίνεις κενώτερον λεβηρίδος, id est *Ostendis teipsum inaniorem leberide*.

840

845

[A]

QVI QVAE VVLT DICIT, QVAE NON VVLT AVDIET

27

[B] Si dixeris quae vis, quae non vis audies. [A] Diuus Hieronymus in *Rufinum* nominatim prouerbii loco citat: *Nihilque super hoc audies*, inquit, *nisi illud e triuio: | cum dixeris quae vis, audies quae non vis*. Terentius in *Andria*:

LB 37

Si mihi pergat quae vult dicere, quae non vult audiet.

850

Rursum in prologo *Phormionis*:

Benedictis si certasset, audisset bene.

Eodem allusit in prologo *Andriae*:

Desinant

Maledicere, malefacta ne noscant sua.

855

[D] Obscurius etiam in prologo *Eunuchi*:

*Tum si quis est, qui dictum in se inclementius
Existimet esse, sic existimet, sciat
Responsum non dictum esse,*

860 responsum enim vocat conuicium conuicio redditum. Sed hic locus admonet, vt quorundam errorem coarguam, qui in margine adscripserant me in his quae sequuntur legere, *quia laesit prius*: imo sic legebatur in vulgatis exemplaribus. Ego primus ex fide veterum restitui germanam lectionem, nimirum hanc:

865 *Quale sit, prius
Qui bene vertendo et eas describendo male
Ex Graecis bonis Latinas fecit non bonas,
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,*

vt *quale sit* idem valeat quod apud Graecos ὄλον, apud Latinos 'velut' aut 'quod genus sit', quibus vtimur exemplum proposituri. Meminerat enim de conuicio

833 lacertae F-I: lacerto B-E.

836-837 silpha et culex G-I: et silpha, culex B-F.

825 Theocr. 6, 18. Er. zitiert den Theokriters bis zu der bukolischen Diäresis. Seine Übersetzung hat den gleichen Umfang. Dieser Vers ist auch angeführt in *Adag.* 897 (Ne moueto lineam), LB II, 366 E und in *Adag.* 330, l. 564.

828 *alias Adag.* 897, LB II, 366 E: "Est et sacra linea in tesserarum lusu; de qua dictum est alias."

26

830 Bei den Paroemiographen: Diogen. 3, 73 = Apost. 5, 67a (Walz p. 169). Zenob. 2, 95 = Ald. col. 65. Cf. Suid. γυμνότερος 491.

831-838 *Accidit ... anno* Dieser Bericht ist mit einigen Kürzungen Aristot. *Hist. an.* VIII (cf. n.l. 840) entnommen. Er. hat die Übersetzung von Theodorus Gaza benützt, wie seine Wortwahl zeigt: "Sed qualis stellioni, lacerto [sic, cf. app. crit.] et praecipue serpentibus est. ... Cum serpens exuere incipit ab oculis primum detrahi aiunt; ita obcecari videantur iis, qui rem non intelligunt. ... Atque vna fere nocte et die senectus tota exiit a capite orsa ad caudam. ... Insecta enim eodem modo exuunt senectutem, quibus hoc solitum est, vt silpha et culex et ea, quorum pennae vagina continentur, vt scarabei" etc. (nach der Venediger Edition aus dem Jahre

847 Nihilque A C-I: Nihil B.

869 proposituri D F-I: praeposituri E.

1498, fo. 36 recto).

834-836 *ita ... caudam* Wörtlich der n.l. 831-838 genannten Übersetzung von Theod. Gaza entnommen.

840 Aristot. *Hist. an.* VIII, 600 b 20-601 a 22.

841 Suid. Αεβηρίς 218.

842-843 *Athenaeus* Athen. VIII, 362 b (843 δ' ἀποφαίνεις; κενότερον).

27 *Collect.* 511. Otto 205. Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 34.

846 Hier. *Adv. Ruf.* III, 42 (847 amplius audies; 848 quod vis; quod non vis). In der Hieronymusedition von 1516 gibt Er. den Hieronymustext genau sowie in den heutigen Ausgaben.

848 Ter. *Andr.* 920 (849 perget; ea quae non).

850 *Rursum* Ter. *Phorm.* 20.

852 *Eodem allusit* Ter. *Andr.* 22-23.

855 *Obscurius ... Eunuchi* Ter. *Eun.* prol. 4-6 (857 existimauit; sic existimet: *sic existimet sciat*; 'sciat' Glosse, nach dem kurzen Vers hinzugefügt).

861 *quia ... prius* Sc. die Lesart der heutigen Ausgaben.

864-867 *Quale ... dedit* Ter. *Eun.* 6-9 (864 quia laesit prior: *quale sit prius* codd.; 865 et eadem scribendo: *et eas describendo* codd.).

870 regerendo, eius mox subiicit exemplum, deinde *prius* respondet ad adverbium quod sequitur, *nuper*. Qui prius male verterat multas fabulas, quarum non meministis, idem nuper dedit ineptam fabulam Phasma, cuius potestis meminisse. Verum vt ad rem redeamus, [A] primus huius adagii pater Homerus fuisse videtur, apud quem hic versus est in Iliadis Υ:

875 Ὅποιόν κ' εἶπησθα ἔπος, τοῖόν κ' ἐπακούσαιο, id est
Talia dicentur tibi, qualia dixeris ipse.

Item Hesiodus libro, cui titulus Opera et dies:

Εἰ δὲ κακόν τ' εἶποις, τάχα κ' αὐτὸς μεῖζον ἀκούσαιο, id est
Fors male dicenti dicentur plura vicissim.

880 Rursus in eodem:

Εἰ δὲ κεν ἄρχῃ
 Ἦ τι ἔπος εἰπὼν ἀποθύμιον ἦε καὶ ἔρξας,
 Δίς τόσα τίνυσθαι μεμνημένος, id est
Si quod prior ipse
 885 *Aut verbum aut factum dicasue gerasue molestum,*
Ad te cum duplici rediturum foenore noris.

Euripides in Alceste:

Εἰ δ' ἡμᾶς κακῶς
 Ἐρεῖς, ἀκούσῃ πολλὰ κοῦ ψευδῆ κακά, id est
 890 *Si dixeris nobis male,*
Mala inuicem permulta nec falsa audies.

Longe venustius idem extulit Sophocles citante Plutarcho:

Φιλεῖ γὰρ γλῶτταν ἐκχέας μάτην
 Ἄκων ἀκούειν οὐς ἐκὼν εἶπη λόγους, id est
 895 *Etenim solet qui dicta temere iecerit,*
Audire nolens verba, quae dixit volens.

[H] Refertur ex Sophocle:

Φιλεῖ δὲ πολλὴν γλῶσσαν ἐκχέας μάτην
 Ἄκων ἀκούειν οὐς ἐκὼν εἶπεν κακῶς, id est
 900 *Qui multa temere verba fudit, is solet*
Audire nolens quae volens dixit male.

[A] Quin etiam his nostris temporibus eiusmodi quiddam vulgo dictitant: *Vt salutabis, ita et resalutaberis*, hoc est vt tua fuerit oratio, ita tibi respondebitur. Plautus: *Contumeliam si dices, audies*. Caecilius in Chrysiō apud Gellium:
 905 *Audibis male, si male dicis mihi*. Eodem pertinet Euripideum illud apud autores passim obuium: Ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνης τὸ τέλος δυστυχία,

id est *Infrenis oris et iniquae vecordiae finis* [F] seu *vectigal*, [A] *calamitas*. Celebratur et hoc inter Chilonis apophthegmata: Μὴ κακολογεῖν τοὺς πλησίον· εἰ δὲ μὴ, ἀκούσεσθαι ἐφ' οἷς λυπήσεσθαι, id est *Non esse maledicendum iis, quibuscum agimus; alioquin audituros, quae molestiam adferant*. [H] Huc arbitror asscribendum versiculum, quem Quintilianus vt vulgo iactatum citat:

Nec male respondit, male enim prior ille rogarat.

[A]

SERO SAPIVNT PHRYGES

28

Hoc prouerbium ex vetustissima tragoedia Liuii Andronici mutuo sumptum

- 873 primus D-I; primus autem A-C.
 874 in Iliadis Y A γ G-I; in Iliadis H B-F.
 875 Οπποῖον ['Οπποῖον E] C-I; Οπτοῖον A B; κ' εἴπησθα ... κ' ἐπακούσαις A-F; δ' εἴπησθα ... δ' ἐπακούσαις γ G-I.
 877 lib. G-I; in libro A-F.
- 873 Hom. *Il.* XX, 250. Cf. *Adag.* 2816 (Verbis pugnas, non re), *ASD* II, 6, p. 522, l. 150. Er. zitiert denselben Vers und die Lesart des Verses schwankt wie hier (κ' εἴπησθα: δ' εἴπησθα, cf. app. crit.). Siehe auch Strömberg, p. 49. Dieser Vers ist auch von Hier. *Adv. Ruf.* (cf. n.l. 846) angeführt.
- 877 Hes. *Erg.* 721 (878 κακὸν εἴρης: κακὸν εἴποις Ald. 1495).
- 880 *Rursus* Hes. *Erg.* 709-711 (881 δὲ σέγ': δέ κεν Ald. 1495; 883 τίνυσθαι: τίνυσθαι Ald. 1495).
- 887 Eur. *Alc.* 704-705.
- 892 *Sophocles citante Plutarcho* *Plut. Mor.* 89 a b: 'Φιλῆ' γὰρ ὁ τοιοῦτος κατὰ τὸν Σοφοκλέα 'γλῶσσαν ἐκχέας μάτην'. Er. schiebt das Wort γὰρ aus dem Text Plutarchs in das Sophocleszitat ein. Es handelt sich um fr. 843 N. = fr. 929 Radt. In metrischer Hinsicht ist der 1. Vers (l. 893) übrigens unvollständig.
- 895-896 *Etenim ... volens* Man vergleiche Er.' Übersetzung dieser Verszeile in den *Opuscula* von 1514: "Vbi verba temere fuderis, tum que volens / dixi, vicissim eadem illa nolens audias" (*ASD* IV, 2, p. 178, ll. 158-159).
- 897-901 *Refertur ... male* Zusatz H. Er. zitiert wieder die Sophoclesverse, aber entnimmt sie aus einer anderen Quelle: *Stob.* III, 18, 1, p. 512 Hense. Der erste Vers ist jetzt vollständig.
- 902-903 *Quin etiam ... resalutaberis* Cf. *Suringar* 190, p. 348 sqq. Siehe z.B. *Prouerbia communia* (um 1480) Nr. 368: "Goede groete maect goede antwoerde" (*Suringar*, p. 349).
- 904 *Plaut. Pseud.* 1173.
apud Gellium *Gell.* VI, 17, 13. *Gell.* zitiert *Caec. fr.* 24 (*Chryson*), *Ribbeck*, *CRF*, p. 45.
- 905 *Euripideum illud* *Eur. Bacch.* 386-388 (906 τ' ἀφροσύνας). Diese Stelle führt Er. weniger genau in *Adag.* 2347 an (*ASD* II, 5, p. 263, l. 514).
- 905-906 *apud ... obuium* *Lucian. Pisc.* 3. *Plut. Mor.* 503 c. *Apost.* 4, 63 a (*Walz*, p. 88).
- 907 *seu vectigal* Zusatz F scheint überflüssig und sinnlos zu sein. Das Wort τέλος bedeutet 'Ende' und 'Steuer'; 'Steuer' ist an unserer Stelle nicht angebracht.
- 908 *Chilonis apophthegmata* Cf. *Diog. Laert.* I, 69.
- 911 *Quint. Inst.* V, 13, 42 (912 Non).
 28 *Collect.* 132. *Otto* 1410. *Suringar* führt unter Nr. 111, p. 199 sqq. *Adag.* 28, 29, 31 und viele ähnliche Sprichwörter an.
- 914-919 *Hoc ... coeperunt* Dieser Passus wurde mit nur einigen stilistischen Änderungen aus *Collect.* 132 übernommen. Er. mag für *Collect.* 132 *Beroaldus* benützt haben: im Anhang zu dessen *Comment. in Suetonium* (*Bononiae*, 1493) wurde sein *Appendix annotamentorum*, die 21 numerierte Kapitel enthält, abgedruckt. Man vergleiche das 4. Kap. dieses *Appendix*: "Marcus Cicero quadam ad Trebatium epistola sic cepit: 'in equo Troiano scis esse in extremo: sero sapiunt' [N.B. ohne das Wort 'Phryges']

LB 38 est, quae inscribitur Equus | Troianus: *Sero sapiunt Phryges*. Vsurpatur a
 916 Cicerone in Epistolis familiaribus: *In equo*, inquit, *Troiano scis esse: sero sapiunt Phryges*. Conuenit in eos, quos stulte factorum sero poenitet. Siquidem Troiani tot iam acceptis cladibus vix decimo demum anno de restituenda Helena consultare coeperunt; quam si statim initio reposcenti Menelao reddidissent,
 920 innumerabilibus sese calamitatibus subduxissent. Euripides in Oreste:

Ὅψέ γε φρονεῖς εὔ, τότε λιποῦσ' αἰσχροῶς δόμους, id est
At nunc profecto serius sapi bene,
Cum tunc penates turpiter reliqueris.

Nam verba sunt ad Helenam Electrae. [B] Refertur et a Festo Pompeio
 925 prouerbii titulo. [A] Demades autore Plutarcho dicere solebat Athenienses nunquam decernere pacem nisi pullis vestibus indutos, innuens eos bellandi cupidiores quam sat esset, nec nisi clade suorum admonitos de pace cogitare. [C] At nos quanto sumus Atheniensibus vecordiores, qui ne tot quidem annorum malis docti bellum odimus nec de pace, quam inter Christianos
 930 perpetuam esse oportebat, tandem incipimus cogitare.

[A]

PISCATOR ICTVS SAPIET

29

Eandem habet sententiam illud apud Graecos celebratissimum: Ἀλιεύς πληγείς νόον οἴσει, id est *Piscator percussus sapiet*. Idque ferunt ab huiusmodi quodam euentu natum: Cum piscator quispiam piscibus, quos intra rete
 935 tenebat, manum admouisset atque a scorpione pisce feriretur, 'ictus', inquit, 'sapiam'. Itaque suo malo doctus cauit in posterum. [B] Plinius libro trigesimosecundo demonstrat id esse peculiare draconi et scorpione pisci, ut laedant aculeis, si manu tollantur. [A] Zenodotus ait paroemiam extare apud Sophoclem.

940 [A]

FACTVM STVLTVS COGNOSCIT

30

Idem aliter effertur ab aliis: Περθεὶν δέ τε νήπιος ἔγνω, id est *Rem peractam stultus intellexit*. Sumptum est autem ex Homero, qui pluribus locis hanc usurpauit sententiam. Vt in Iliados Π [G] et Υ:

[A] Μῆτε ἀντίος ἴστασ' ἐμοῖο,
 945 Πρὶν τι κακὸν παθεῖν· ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω, id est
Mihi obuius ire caueto, prius quam
Noxae aliquid capias; nam factum nouit et excors.

Huc allusit Euripides in Bacchis:

Κακοῦ γὰρ ἔγγυς ὦν ἐμάνθανεν, id est
 950 *Nam didicit affinis malo,*

de Pentheo, qui sero nec nisi sua pernicie doctus coepit reuereri Bacchum. Neque huic diuersum est, quod admonet senarius ille inter Graecanicas sententias celebris:

Ἡ δὲ μετάνοια γίγνεται ἀνθρώποις κρίσις, id est
Tum indicant homines, vbi iam poenitet.

955

926 eos E-I: eos esse A-D.
 929 nec G-I: et C-F.
 935 pisce C-I: om. A B.
 941 id est E-I: om. A-D.

... Scire autem debes vetus hoc fuisse pro-
 uerbiū 'Sero sapiunt Phryges', quod a
 Troianis natum est, qui decimo denique
 anno velle coeperant Helenam quaeque
 cum ea erant rapta, reddere Graecis [=
 Fest. p. 343 M, Lindsay, p. 460 sq.], a
 quibus decennali bello pressi, vastati, ve-
 xati fuerant. ... Hoc autem prouerbiū
 continebatur in extrema tragoediae parte,
 cui titulus 'Equus Troianus', quam Liuius
 poeta apud Latinos vetustissimus cum pri-
 mis condidit. Vnde a grammaticis citantur
 testimonia Liuii ex Equo Troiano" (nach
 der Edition Bononiae, 1506, fo. 320
 verso).

914 *Liuii Andronici* Eine Tragödie *Equos
 Troianus* von Liuius Andronicus ist bei
 Nonius (p. 475, 10 M, Lindsay, p. 762)
 belegt, aber das Fragment enthält nicht das
 Proverbium 'sero sapiunt Phryges'. Der
 Halbvers ist übrigens wohl einer römi-
 schen Tragödie mit dem Titel *Equus Troia-
 nus* entnommen. Cf. Ribbeck, TRF, p. 271,
 Incertorum poetarum fabulae VII.
 916 Cic. *Fam.* VII, 16, 1: "In Equo Troiano
 scis esse in extremo 'sero sapiunt'."
 920 Eur. *Or.* 99.
 924 Fest. p. 343 M, Lindsay, p. 460: "Sero
 sapiunt Phryges: Proverbium est natum"
 etc.
 925 Plut. *Mor.* 126 d e.
 925-926 *Demades ... indutos* In den *Opuscula*:
 "Sed sicuti Demades Atheniensis, qui non
 in tempore bellum capesserent, aiebat num-
 quam nisi pullatos pacem decernere" (*ASD*
 IV, 2, p. 196, ll. 225-226).
 928-930 *At nos ... cogitare* Zusatz C mit kri-
 tischer Anmerkung.
 29 *Collect.* 132. In *Collect.* 132 behandelt
 Er. drei Sprichwörter (in den *Adagia*, Nr.
 28, 29 und 30). Siehe auch *Adag.* 1587,

942 intellexit F-I: intelligit A-E.
 943 in *Iliados* [Iliad. G] Π et Υ G-I: in *Iliadis*
 Π A, in *Iliadis* I.Π. B-E, in *Iliadis* I.Π.,
addita in margine Π Υ [Π et Υ χ] F.

ASD II, 4, p. 78, l. 429.
 932 *apud Graecos* Diogen. 2, 31 (Er.' Quelle
 für *Collect.* 132). Zenob. 2, 14. Ald. col.
 22-23 (zweimal das Lemma ἀλιεύς πληγείς:
 das erste ähnelt Zenob. 2, 14). Apost. 2,
 22. Suid. ἀλιεύς 1218. Bei den Pseudoemio-
 graphen: νοῦν statt νόον (933).
 933-936 *Idque ... sapiam* Nach Zenob. 2, 14
 (Diogen. und Suid. erwähnen den scorpio/
 scorpius nicht).
 936 Plin. *Nat.* XXXII, 148.
 938 *Zenodotus* Zenob. 2, 14 (Ald. col. 22). Es
 handelt sich um Soph. fr. 111 N. = fr. 115
 Radt.
 30 *Collect.* 132. Otto 613.
 941 'Πεχθὲν ... ἔγνω Zenob. (2, 14. Ald. col.
 22), den Er. in *Adagium* 29 anführt, zitiert
 diesen Halbvers Homers (cf. n.l. 942);
 siehe auch Eust. p. 1093, 19 sqq. zu Hom.
Il. XVII, 30-32. In *Collect.* 132 schreibt
 Er. die Wendung Παθὼν δὲ τε νήπιος ἔγνω
 Homer statt Hes. zu, obwohl Diogen. (2,
 31), den er anführt, Hes. als Autor dieses
 Verses nennt. Auch in *Adagium* 299 führt
 Er. den betreffenden Halbvers Homers an.
 942 Hom. *Il.* XVII, 31-32; XX, 197-198
 (944 μῆδ'; ἔμειο). Zu ἔμειο / ἔμοιο: *Adag.*
 2709, *ASD* II, 6, p. 486, l. 105 und *Adag.*
 2842, *ASD* II, 6, p. 532, l. 385. Er. scheint
 eine Vorliebe für die Form ἔμοιο zu haben.
 943 in *Iliados* Π Nicht *Il.* Π, sondern P (die
 Verwechslung liegt auf der Hand).
 948 Eur. *Bacch.* 1113 (949 Πενθεύς: κακοῦ γὰρ
 κτλ.). In margine χ zu dieser Stelle: "Dis-
 tingue versus."
 952 *senarius ille* Menandr. *Monost.* 315 Jäkel.
 Er. entnahm die *Monosticha* 1508 der
 Theokrit-Aldina von 1495: siehe die Gruppe
 εἰς μετάνοιαν. Dazu: Heinemann-Kienzle,
ASD II, 5, p. 87, n.l. 644 und *ASD* II, 4,
 p. 61, n.l. 24.

Eodem pertinet Vergilianum illud:

Discite iustitiam moniti et non temnere diuos.

Item illud Demosthenicum: *Non emo tanti poenitere.* Vnde perquam eleganter Fabius apud Titum Liuium euentum stultorum magistrum appellat *Nec euentus doceat hoc*, inquit, *qui stultorum magister est, sed ratio.* Plinius in Panegyrico, quem Traiano dixit, huiusmodi seram et infrugiferam prudentiam miseram vocat. *Terror*, inquit, *et metus et misera illa ex periculis facta prudentia monebat, vt a republica (erat autem omnino nulla respublica) oculos, aures, animos auerteremus.*

[A]

MALO ACCEPTO STVLTVS SAPIT

31

965 Paulo diuersius extulit Hesiodus eandem tamen sententiam, cum ait in libro, cui titulus Opera et dies:

Δίκη ὑπερύβριον ἴσχει
Ἐς τέλος ἐξελθοῦσα· παθῶν δέ τε νήπιος ἔγω, id est
Tandem sua poena nocentem

970 *Consequitur passusque sapit tum denique stultus.*

Ad quam sententiam videtur alludere et Homerus in Iliados Ψ:

Ἴνα γνῶιης ἀποτίνων, id est
Vti tuo damno cognoscas.

Plato in Symposio: [E] Ἄ δὴ καὶ σοὶ λέγω, ὦ Ἀγάθων, μὴ ἐξαπατᾶσθαι ὑπὸ τούτου, ἀλλὰ ἀπὸ τῶν ἡμετέρων παθημάτων γρόντα εὐλαβηθῆναι, καὶ μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ὥσπερ νήπιον παθόντα γνῶναι, id est *Quae sane tibi quoque dico, Agathon, ne ab hoc fallaris, sed [A] ex cognitis his, quae nobis acciderunt, caueas, nec iuxta prouerbiū veluti stultus post acceptum malum sapias.* Huc referendum et Plautinum illud [D] in Mercatore: [A] *Feliciter is sapit, qui alieno periculo sapit.* 980 [D] In eandem sententiam Tibullus Elegiarum libro tertio:

*Felix quicumque dolore
Alterius disces posse carere tuo.*

[A] Huc alludunt et illae sero sapientium voces: *Nunc scio quid sit amor.*

Nunc ego
985 *Et illam scelestam, et me miserum esse sentio.*
Ab, | vix tandem sensi stolidus.

Videtur adagium ex illa vetustissima fabula manasse, de duobus fratribus Prometheo atque Epimetheo, quae quidem refertur apud Hesiodum ad hanc ferme sententiam: Iupiter iratus Prometheo propter ignem furto sublatum e coelo ac mortalibus redditum cupiensque illum simili retaliare dolo Vulcano 990

negocium dat, vt e luto puellae simulachrum quanto maximo posset artificio fingat. Id simul atque factum est, singulos deos deasque monet, vt ei simulachro suas quisque dotes adiungerent; vnde et virgini Pandora nomen affictum apparet. Hanc igitur omnibus formae, cultus, ingenii linguaeque
 995 dotibus cumulatam Iupiter cum pyxide pulcherrima quidem illa, sed intus omne calamitatum genus occultente ad Prometheum mittit. Is recusato munere fratrem admonet vt, si quid muneris sese absente mitteretur, ne reciperet. Redit Pandora persuasoque Epimetheo pyxidem donat. Eam simul ac aperuisset euolantibusque morbis sensisset Iouis ἄδωρα δῶρα, sero nimirum sapere
 1000 coepit. Vbi Hesiodus palam ad adagionem alludens ait:

Αὐτὰρ ὁ δεξάμενος ὅτε δὴ κακὸν εἶχ' ἐνόησεν, id est
Accipit tactusque malo tum denique sensit.

Idem significat in Theogonia. Haec, inquit, peperit Προμηθεά

Ποικίλον αἰολόμητιν, ἁμαρτινόον τ' Ἐπιμηθεά,

967 ὑπερύβριον B-I: ὑπὲρ ὕβριον A.

968 Ἐς A-E: Εἰς F-I.

977-978 ex cognitis ... sapias E-I: Ex his quae mihi acciderunt, hunc cognoscito, rebusque tuis consulto ne iuxta prouer-

bium stultorum more post acceptum malum, ita demum erratum, agnoscas A-D.

979 is D-I: om. A-C.

986 sensi C-I: om. A B.

993 adiungerent C-I: adiungeret A B.

956 *Vergilianum illud* Verg. *Aen.* VI, 620.

958 *illud Demosthenicum* Gell. I, 8, 6: "Ego inquit, 'poenitere tanti non emo'." Zu dem Kontext dieser Aussage Demosthenes': *Adag.* 301, l. 25 sqq.

959 Liv. XXII, 39, 10: "Nec euentus modo hoc docet - stultorum iste magister est - sed eadem ratio, quae ..."

960 Plin. *Paneg.* 66, 4.

31 Otto 61. Siehe *Adag.* 3259 (Post acerba prudentior), LB II, 1017 A.

965 Hes. *Erg.* 217-218 (967 δ' ὑπὲρ ὕβριος sic Ald. 1495).

971 Hom. *Il.* XXIII, 487.

974 Plat. *Symp.* 222 b (975 ἀλλ'). Erst 1523 setzt Er. den griechischen Text des Symposiums hinzu; diesen Passus führt er auch in *Adag.* 3259 (cf. n.l. 17) an.

979 *Plautinum illud* Das angebliche Plautuszitat (cf. Otto p. 14 Anm. zu 61) ist einer humanistischen Erweiterung des 4. Aktes des *Mercator* entnommen (vs. 73): "Vetus id dictum est: feliciter is sapit, qui periculo alieno sapit" (cf. L. Braun, *Scenae suppositivae oder der falsche Plautus*, Hypomnemata 64, Göttingen, 1980, p. 194). Er. führt dasselbe Zitat u.a. in Adagium 1871 an. Siehe den Kommentar ad loc. (*ASD* II, 4,

p. 259, n.l. 891).

in Mercatore Zusatz D. Er. fand das Zitat in der Plautusausgabe des Joh. Bapt. Pius (Mailand 1500), der die Zusätze für echt hielt. Cf. Heinimann-Kienzle, loc. cit.

980 Tib. III, 6, 43-44 (982 cauerie tuom).

983 *Nunc ... amor* Verg. *Ecl.* 8, 43.

984-985 *Nunc ... sentio* Ter. *Eun.* 70-71 (985 scelestam esse; miserum sentio).

986 *Ab ... stolidus* Ter. *Andr.* 469-470.

988 *apud Hesiodum* Hes. *Erg.* 47-95.

995 *pyxide* Hes. spricht von einem 'Vorratspithos' (*Erg.* 94), Fr. von einer pyxis: die 'Büchse der Pandora'. Dazu: M.L. West, *Hesiod. Works and Days*, p. 168: "The notion that what Pandora (nicht Epimetheus, wie Er. ll. 998-999 behauptet) opened was a 'box', sc. a pyxis, derives from a lapse by Erasmus, who was probably thinking of the box that Psyche opens, having been told not to, in Apul. *Met.* 6.19 f." Siehe auch die Literaturhinweise bei West.

999 ἄδωρα δῶρα Soph. *Ai.* 665. Cf. *Adag.* 235 und *Proleg.* n.l. 457.

1000 Hes. *Erg.* 89.

3 *Idem* Hes. *Theog.* 511.

Haec Sc. Clymene, Tochter von Oceanus.

- 5 Prometheum *vafrum* nominans ac variis instructum consiliis, Epimetheum *post erratum sapientem*. [E] Vnde et Pindarus in Pythiis appellat illum ὀψίνοον quasi *sero sapientem*. [A] Quod ipsa etiam indicant vocabula. Nam προμηθεύς Graecis eum significat, cui prius quam rem aggrediatur, suppetit consilium; ἐπιμηθεύς, cui re peracta tum demum consilium in mentem venit; προμηθεύεσθαι est
10 consilio malis imminentibus occurrere. Lucianus in dialogo quodam ex comico quopiam citat hunc versiculum dictum in Cleonem, quod sero nec nisi confecto negotio saperet:

Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα, id est
Rebus peractis est Cleon Prometheus.

- 15 Idem in calce eiusdem dialogi: Ἐπεὶ τό γε μεταβουλεύεσθαι Ἐπιμηθέως ἔργον, οὐ Προμηθέως ἐστίν, id est *Nam illud quidem post rem consulere Epimethei est, non Promethei*. Effertur etiam ad hunc modum paroemia: Παρὰ τὰ δεινὰ φρονιμώτερος, id est *Post mala prudentior*. Rursum hoc pacto: Ἐξ ὧν ἔπαθες, ἔμαθες, id est, [C] vt sententiam magis quam verba reddam, [A] *Quae nocent, docent*. At multo
20 consultius est alienis malis prudentiorem reddi iuxta Graecam sententiam:

Βλέπων πεπαίδευμ' εἰς τὰ τῶν ἄλλων κακά, id est
Aliena spectans doctus euasi mala.

Circunfertur et illud nostrati vulgo iactatum: *Mortaleis pudore et iactura doctiores euadere.*

- 25 [A] ALIQUID MALI PROPTER VICINVM MALVM 32

Lysimachus apud Plautum in Mercatore:

*Nunc ego verum esse illud verbum experior,
Aliquid mali esse propter vicinum malum.*

- 30 Quibus ex Plauti verbis satis liquet hanc sententiam vulgari sermone fuisse celebratam. Eam Hesiodus eleganter expressit in opere, cui titulus Opera et dies:

Εἰ γάρ τοι καὶ χρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ἄζωστοι ἔκιοι, ζώσαντο δὲ πηοί.
Πῆμα κακὸς γείτων ὅσπον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειρα.

- 35 Ἐμμορέ τοι τιμῆς ὅς τ' ἔμμορε γείτονος ἐσθλοῦ. |
LB 40 Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη, id est

*Si qua domi inciderit tibi res, tunc ilico omissis
Adsunt vicini zonis, cinguntur at ipsi
Affines; noxa est vicinus vt improbus ingens,
40 Contra ita maxima commoditas, si commodus adsit.
Deest honor huic, bona quem vicinia deficit, at nec
Intereat bos, ni vicinus vbi improbus adsit.*

Neque tantum inter priuatos vicinos haec sententia locum habet, verumetiam experimentis obseruatum est populos a vicinis subuersos. Quemadmodum Aetolis et Acarnanibus euenit, qui se mutuis cladibus euerterunt, inter se finitimi. Item Carthaginensibus et Byontinis; quarum historiarum meminerunt Hesiodi interpretes. Huc videtur leuiter allusisse Vergilius in Eclogis, cum ait:

45 *Nec mala vicini pecoris contagia laedent, [E] et,*
50 *Mantua vae miserae nimium vicina Cremonae.*

[A] Admonet autem paroemia, vti bonorum conuictum et consuetudinem expetamus, a malis nos quammaxime possumus abducamus. Proinde scitum

20 est C-I: om. A B.

21 πεπαλδευμ' A-G: παπαλδευμ' H I.

23 nostrati C-I: om. A B.

26 Lysimachus E-I: Dorippa A-D; Mercatore D-I: Milite A-C.

30 Opera B-I: Operae A.

37 omissis A C-I: missis B.

41 honor E-I: honos A-D.

45 inter se G-I: inter sese A-F.

46 Carthaginensibus D-I: Chartaginiensibus A, Chartaginensibus B C.

47 Eclogis B-I: Aeclogis A, corr. s.

6 Pind. *Pyth.* 5, 28.

10 Lucian. *Prom. es* 2. N.B. Er. hat in margine seines Handexemplars (cf. *Einleitung*, n. 31) zu diesem Traktat (fo. 3) geschrieben: οὐκ ἔστι Λουκιαν(ου): ου war später beim Aufs-neue-Binden des Buches (näml. beim Abschneiden der Seiten) verlorengegangen.

13 Eupolis fr. 456 Kock (I, p. 368; in *PCG* zu den adespota gerechnet) von Er. auch in Adagium 299, l. 456 angeführt.

15 *Idem* Lucian. *Prom. es* 7.

17 *paroemia* Apost. 13, 90. Er. nennt Apost. selten mit Namen. In *Adag.* 299 sagt er: "Adagium recensetur in collectaneis Apostolii, quem equidem autorem non adducere in medium, nisi cogeret inopia magis idoneorum" (ll. 458-459). In *Adag.* 299 und 3259 (Post acerba prudentior), LB II, 1017 A, wird diese Aussage als selbstständiges Adagium behandelt.

18 Ἐξ ὧν ἔπαθεσ, ἔμαθεσ Gleichfalls aus Apost. loc. cit. übernommen.

20 *Graecam sententiam* Menandr. *Monost.* 121 Jäkel. Dieser Vers wird in der Theokrit-Aldina von 1495 (cf. *Adag.* 30, n.l. 952) in der Gruppe εἰς παιδείαν angeführt.

23-24 *nostrati* ... *enadere* Cf. Suringar 111, p. 199 sqq.: "Door schade en schande wordt men wijs" (aus Harrebomée II, p. 241).

32 *Collect.* 221. Otto 1893.

26 Plaut. *Merc.* 771-772. In *Collect.* 221 zitiert Er. dieselben Plautusverse mit grösserer Genauigkeit als hier (wenigstens

771): "Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus." Er glaubt jedoch, der Vers entstamme der Komödie *Miles gloriosus*, und nicht dem *Mercator*. Dieser Irrtum findet sich noch in den früheren Drucken der *Chiliades*. Cf. app. crit.

30 Hes. *Erg.* 344-348.

34 Diese Verszeile von Hes. führt Er. auch in Adagium 973 an: "Huc pertinet illud Hesiodum nobis alibi dictum: Πῆμα κακὸς γείτων κτλ." (LB II, 387 F).

36 Dieser Vers steht im Mittelpunkt des Adagiums 3401 (Ne bos quidem pereat): "Vt ad prouerbiū redcam, congruit illi, quod alibi commemoratum est: Aliquid mali propter vicinum malum" (LB II, 1054 B).

47 *Hesiodi interpretes* Die Scholien (Aug. Per-tusi, *Scholia vetera in Hesiodi Opera et dies*, Milano, 1955, p. 117) nennen als Beispiel die Ätolier und Akarnanen (Καὶ γὰρ Αἰτωλοὺς καὶ Ἀκαρνανᾶς Ἑλληνας ὄντας καὶ γείτονας ἐκτρίψαι διὰ πλεονεξίαν ἀλλήλους) und die Einwohner von Chalkedon und Byzanz (Καὶ Χαλκηδονίους καὶ Βυζαντίους ... ἐν τῷ Βοσπόρῳ ναυμαχῆσαι). Er. hat jedoch statt Χαλκηδονίους, Καρχηδονίους (= Karthager), statt Βυζαντίους, Βυοντίους (?) gelesen. Er. erzählt in *Adag.* 1001, dass er über Hesiodusscholien verfüge: "Commentarioli in Hesiodum ac Theocritum" (LB II, 405 D).

49 Verg. *Ecl.* 1, 50.

50 Verg. *Ecl.* 9, 28.

est illud Themistoclis apud Plutarchum, qui cum praedium quoddam venderet, hoc quoque praeconem addere iussit: "Ὅτι καὶ ἀγαθοὺς ἔχει γείτονας, id est
 55 *Quod vicinos etiam haberet bonos*, quasi vicini commendatione futurum esset longe vendibilius. Neque multum abhorret hinc illud eiusdem Hesiodi carmen:

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ, id est
Saepe mali malefacta viri populus luit omnis.

60 [A] MANVS MANVM FRICAT 33
 Socrates in Axiocho Platonis ait Prodicus sophistae hunc Epicharmi comici versiculum semper in ore fuisse:

Ἡ δὲ χεὶρ τὴν χεῖρα κνίξει, δός τι καὶ λάβοις τι, id est
Affricat manum manus, da quiddam et aliquid accipe,

65 videlicet hominis quaestum facete taxans, qui neminem gratis doceret et a quo se quoque quae tum dicturus esset, didicisse affirmabat, at ne id quidem gratuito, imo numerata mercede. Sententia digna tum homine Siculo tum 'vafro poeta'; sic enim illum appellat Cicero. Monet autem neminem ferme mortalium inueniri, qui velit in quempiam beneficium collocare, a quo non
 70 speret aliquid emolumentum vicissim ad se rediturum, sed officium inuitari officio, beneficium beneficio prouocari. Idem adagium effertur et hoc pacto: Χεὶρ χεῖρα νίπτει, id est *Manum manus lauat*. Idem pollet vtraque metaphora. Nam mutua commoditas est, quoties vel fricat vel abluit manus manum. Circunfertur inter Graecanicas sententias huiusmodi distichon:

75 Ἄνθρωπος γὰρ ἄνδρα καὶ πόλις σώζει πόλιν.
 Χεὶρ χεῖρα νίπτει, δάκτυλός τε δάκτυλον, id est
Vrbs seruat urbem, seruat itidem vir virum.
Manus manum, digitumque digitus abluit.

[C] Vtitur eo et Seneca in ludicro libello de morte Claudii Caesaris.

80 [A] GRATIA GRATIAM PARIT 34
 Eandem sententiam Sophocles simpliciter extulit in Oedipo Coloneo: Ἡ χάρις χάριν φέρει, id est *Gratiam adfert gratia*. Rursum apud eundem in Aiace Mastigophoro:

85 Χάρις χάριν γὰρ ἔστιν ἢ τίχτους' αἰεί, id est
Beneficium semper beneficium parit.

Quod Hesiodus velut enarrans in primo Georgicōn:

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι

90 Καὶ δόμεν ὅς κεν δῶ, καὶ μὴ δόμεν ὅς κεν μὴ δῶ·
 Δῶτη μὲν τις ἔδωκεν, ἀδῶτη δ' οὔτις ἔδωκεν, [G] id est
Aequum ut ametur amans, qui accedit iungitor illi,
Da, tibi qui dederit, qui non dederit tibi, ne da,
Danti aliquis dedit, at non danti non dedit vllus.

55 vicinos ... bonos B-I: vicinum ... bonum A.
 61 Axiocho B-I: Axiocho A, corr. s.
 66 didicisse B-I: om. A; affirmabat G-I: affirmat A-F.
 78 digitumque digitus abluit B-I: digitus

digitumque colluit A.
 79 eo et C D G-I: et eo E F.
 81 Coloneo B-I: in Colono A.
 87 προσιόντι B-I: προσιόντα A, corr. s.
 89-92 id est ... vllus G-I, addit χ.

53 Plut. *Them.* 18 und *Mor.* 185 c (54 "Ὅτι καὶ γείτονα χρηστὸν ἔχει).
 56 Hes. *Erg.* 240 (58 ἐπηύρα: ἐπαυρεῖ Ald. 1495).

33 *Collect.* 5. Otto 1036. Dieses Adagium weist Verwandtschaft mit den folgenden Adagien auf: *Adag.* 695 (Da mihi mutuum testimonium), LB II, 299 F; *Adag.* 696 (Mutuum muli scabunt), LB II, 300 A; *Adag.* 697 (Tradunt operas mutuas), LB II, 300 D; *Adag.* 698 (Senes mutuum fricant), LB II, 300 E; *Adag.* 699 (Fricantem refrica), LB II, 300 F; *Adag.* 700 (Ferrum ferro acuitur), LB II, 301 C. Cf. Harrebomée I, p. 276: "Als de eene hand de andere wascht, zijn ze beide schoon."

61 Plat. *Ax.* 366 c: 'A δὲ χεῖρ τὰν χεῖρα νίξει, δὸς τι καὶ λάβε τι.

61-62 *Epicharmi* ... *versiculum* Es handelt sich um Epicharmus fr. 273 Kaibel.

63 In margine χ: "Distingue versus."

61-64 *Socrates* ... *accipe* Dieselbe Stelle Platons führt Er. in Adagium 699 an. Er fügt textkritischen Kommentar, der auch unsere Stelle betrifft, hinzu. Er verteidigt die Lesart φρονεῖν statt φωνεῖν: "Quamquam Aldina editio pro φρονεῖν habet φωνεῖν, i.e. in ore habere" (301 B). An unserer Stelle folgt er jedoch der Lesart φωνεῖν, cf. l. 62: "in ore fuisse." Zu der Lesart κνίξει statt νίξει sagt er: "Nihil omnino refert νίξει legas, an κνίξει, quandoquidem vt manus manui mutuum praestat officium lauando itidem et scalpendo" (301 C). In *Adag.* 699 zitiert Er. die betreffende Stelle Platons (cf. n.l. 61), wie die heutigen massgebenden Editionen und sagt dazu: "Et melius trochaicus tetrameter Graecus constabit, si pro λάβε τι legas: λάμβανέ τι. Quod idem alio loco citauimus, sed aliter, mendosum exemplar secuti, cum Graecus Plato non-

dum esset ad manum, quem consilere possemus" (301 B). In unserem Adagium aber folgt Er. der Lesart, die sich auch bei Stobaeus findet (Stob. III, 10, 34, p. 416 Hense), nämll. καὶ λάβοις τι, und konstruiert so einen nahezu vollständigen katalektischen trochäischen Tetrameter, den er als einen vollständigen akatalektischen trochäischen Tetrameter übersetzt. Stephanus ad Adagium 699 verteidigt die Lesart καὶ λάβοις τι σύ ("Cum eo plenus est versus trochaicus catalecticus"). Die Lesart λάμβανέ τι lehnt er aus Gründen der Prosodie ab ("Oportebit enim in λάμβανέ mediam syllaba, produci: quod plane est inauditum"). Zu diesem Vers Kaibel: fr. 273, p. 142. Von Stobaeus sind die Halbverse ἡ ... κνίξει bzw. δὸς ... τι gesondert überliefert: Stobaeus III, 10, 13, p. 411 Hense (ἡ ... κνίξει) und III, 10, 34, p. 416 Hense (δὸς ... τι).

68 Cic. *Att.* I, 19, 8: "Vt crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus."

72 Χεῖρ χεῖρα νίπτει Cf. l. 76. Siehe jedoch auch Apost. 1, 36 a (Waltz, p. 19).

74 *distichon* Die Verse, die Er. ll. 75-76 anführt, wurden zusammen in der Theokrit-Aldina (cf. *Adag.* 30, n.l. 952) in der Gruppe εἰς βοιωθεῖαν abgedruckt.

75 Menandr. *Monost.* 31 Jäkel.

76 Menandr. *Monost.* 832 Jäkel (δάκτυλοι δὲ δακτύλους). In der Theokrit-Aldina: Χεῖρ χεῖρα νίπτει καὶ δάκτυλος δάκτυλον.

79 Sen. *Apocol.* 9. Zusatz C. Die Erstausgabe erschien 1513 (cf. *Adag.* 201, ll. 4-5). Dazu: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 55, n.l. 832.

34

81 Soph. *Oed. Col.* 779 (82 φέροι: φέρει v.l.).

82 *Rursum* Soph. *Ai.* 522.

86 Hes. *Erg.* 353-355.

[A] Quibus significatur beneficium inuitari beneficio et officium officio prouocari. Euripides in Helena:

95 Χάρης γὰρ ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω id est
Beneficium beneficio respondeat. |

LB 41 [A] PAR PARI REFERRE. ἴΣΟΝ ἴΣΩΙ ΕΠΙΦΕΡΕΙΝ 35

Terentius in Eunucho paroemiam vsurpat superiori non admodum dissimilem: *Par pari referto*. Qua monemur, vt tales simus in alios, quales in nos illos
100 experimur. Ac iuxta Medeam Euripideam amicis simus amici, inimicis infesti, in perfidos perfidi, parcos parci, clamosos clamosi, impudentes improbi; denique vtcunque meritum merito simili retaliemus. Idem in prologo Phormionis:

Quod ab ipso allatum est, sibi id esse relatum putet.

105 Non inconcinne tum quoque vsurpauerimus, si quando verba verbis, blandicias blandiciis, promissa promissis pensamus. Huc pertinet illud non illepidum quod refert Aristoteles libro Moralium nono. Dionysius citharoedum accersuerat, vt sibi caneret in nuptiis, atque cum eo his pactus est legibus, vt quo doctius meliusque caneret, hoc copiosiore ferret mercedem. Annixus est
110 omni artificio citharoedus, vti quam scitissime caneret sperans amplissimum praemium. At postridie pactam mercedem reposcenti musico, qui conduxerat, ait iam persoluisse sese, quod esset pollicitus, nempe par pari retulisse proque voluptate reposuisse voluptatem, spem lucri significans, quae quidem hoc maior fuerat, quo magis ex arte cantasset. Verum hoc loco negat philosophus
115 par pari relatum, propterea quod alter id quod volebat accepit, alter eo quod expetebat frustratus est. Huc videtur respexisse Euripides, cum ait in Andromache:

Σώφρων καθ' ἡμᾶς σώφρον' ἀντιλήψεται,
Θυμούμενος δὲ τεύξεται θυμουμένων, id est
120 Modestus in nos sentiet modestum item,
Commotus autem nos reperiet concitos.

Porro prouerbium natum videri potest a computationibus veterum Graecorum, apud quos aequalibus cyathis bibere mos erat. Archippus in Amphitryone secunda apud Athenaeum [C] libro decimo:

125 [A] Τίς ἐκέρασε σφῶν, ὧ κακὸδαίμον, ἴσον ἴσω; id est
Quis par, sceleste, miscuit vobis pari?

Item Cratinus in Pytine:

Τὸν δ' ἴσον ἴσω φέροντ' ἔγωγ' ἐκτίσομαι, id est
At par pari reddenti ego respondero.

- 130 [C] Item libro sexto: Οὐ διὰ τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ ἴσον ἴσῳ τὸν ἰχθὺν πωλούντων, id est *Non per eos, qui Romae piscem vendunt parem pari*, sentiens singulos pari precio aestimatos vendi. [A] Erat haec vox ἴσον ἴσῳ solennis inter propinandum, vt ex eodem autore facile liquet. [C] Ea significabant aut pares esse cyathos aut tantundem additum aquae, quantum inesset vini. [H] Huius formae sunt illa: *paria facere*, pro pensare ex aequo, et *parem calculum ponere*.
- 135 Plinius ad Flaccum: *Accepi pulcherrimos turdos, cum quibus parem calculum ponere nec vrbs copis ex Laurentino nec maris iam turbidi tempestatibus possum.* [I] M. Tullius libro De oratore ad Brutum *par pari* retulit ad schema rhetoricum, quo membra orationis pari syllabarum numerum sibi respondent. *Nam,*
- 140 *inquit, quum aut par pari refertur aut contrarium contrario opponitur aut quae similiter cadunt verba verbis comparantur, quicquid ita concluditur, plerumque fit vt numerose cadat.*

[A]

EADEM MENSURA

36

Quod modo retulimus, videtur pariter et ad officii et ad iniuriae retaliationem

116 expetebat G-I: expectabat A-F.

116-117 Andromache B-I: Adromache A, corr. s.

118 Σώφρων B-I: σόφρων A, corr. s; σώφρον' B-I: σόφρον' A, corr. s.

121 nos reperiet concitos C-I: me reperiet concitum A B.

126 vobis A C-I: nobis B.

128 ἐγώγ' ἐκτίσσομαι F-I: ἐγώ δ' ἐκτήσομαι

A-D, ἡγώ δ' ἐκτήσομαι E, ἡγώ corr. in Erratis.

129 reddenti ego respondero F-I: reddentem ego autem accepero A-E.

130 Item D-I: Idem C; πωλούντων C F-I: πολούντων D E.

131 pari alt. C-H: om. I.

144 retaliationem A-F: relationem G-I.

94 Eur. *Hel.* 1234 (95 Ἐπὶ τῷ; χαρὶς γὰρ κτλ.).

35 *Collect.* 561. Otto 1337. Cf. *Adag.* 3567 (ἴσον ἴσῳ), LB II, 1092 A und *Adag.*

1813, *ASD* II, 4, p. 226, ll. 237-238.

98 Ter. *Eun.* 445 (99 pro pari: *pari* v.l.).

100 *Medeam Euripideam* Cf. Eur. *Med.* 809: Βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῇ.

102 *Idem* Ter. *Phorm.* 21 (104 ab illo: *ab ipso* codd.; sibi esse id).

107 Aristot. *Eth. Nic.* IX, 1164 a 15-22.

Aristoteles nennt den Namen Dionysius nicht. Bei Plutarch findet sich diese Geschichte auch (*Mor.* 41 d e; 333 e-334 a) und wird der Name 'Dionysius' erwähnt.

116 Eur. *Andr.* 741-742.

123 *Archippus* Archippus fr. 2 Kock (I, p. 679) bei Athen. X, 426 b.

126 *vobis* Bei Athen. σφῶν. Hat Fr. das Personalpronomen σφῶν bei Homer (Dual der 2. Pers. im Dativ) gemeint?

127 *Cratinus* Cratinus fr. 184 Kock (I, p. 69)

= fr. 196 PCG bei Athen. X, 426 b. Die Lesart der Ausgaben A-E (δ' ἐκτήσομαι) kommt an die der heutigen Editionen bis auf einen Buchstaben heran: δ' ἐκτήσομαι. Er. übersetzte 'accepero' näml. ἐκτήσομαι als fut. exact. von κτάομαι (cf. Plat. *Lach.* 192 b); ἐκτήσομαι hat eine ganz andere Bedeutung: zerschmelzen, erweichen. Letztendlich folgte Er. übrigens der Lesart ἐκτίσσομαι = respondero. Cf. app. crit.

130-132 *Item ... vendi* Zusatz C aus Athenaeus. Athen. VI, 224 c (130 τῶν τὸν ἰχθὺν πωλούντων: τὸν ἰχθὺν πωλούντων ed. pr. 1514).

133 *eodem autore* Cf. Athen. X, 426 a b (cf. nn.ll. 123, 127).

135 *paria facere* Cf. z.B. Sen. *Epist.* 9, 6. Colum. 1, 8, 13. Siehe Glare, s.v. par 2 a.

136 Plin. *Epist.* V, 2, 1 (137 tam turbidis).

138 Cic. *Or.* 220.

36

144 *Quod ... retulimus* Sc. *Adag.* 35.

145 pertinere, verum ad beneficii pensationem magis referendum, quod ait Hesiodus:

Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, αἶ κε δύνηαι, id est
Aut mensura eadem, aut melius quoque, si qua facultas.

150 Quo docet officium remetiendum esse eadem mensura aut etiam copiosiore, si suppetat facultas, prorsumque hac parte imitandos esse foecundos agros, qui sementem depositam multo cum foenore reddere consueverunt. Citatur a Luciano prouerbii vice in Imaginibus: Αὐτῷ μέτρῳ φασὶ <ῆ> καὶ λώϊον, id est *Eadem mensura, quod aiunt, aut melius.* M. Tullius Epistolarum ad Atticum libro decimotertio: *Ego autem me parabam ad id, quod ille mihi misisset, ut αὐτῷ*
 155 *τῷ μέτρῳ καὶ λώϊον, si modo potuissem. Nam hoc etiam Hesiodus ascribit, αἶ κε δύνηαι.* Hoc adagio non grauatus est vti praeceptor noster Christus in |
 LB 42 Euangelio, cum ait futurum, vt qua mensura fuerimus aliis emensi, eadem nobis alii remetiantur. [B] Sic enim loquitur apud Matthaeum: Ἐν ᾧ γὰρ κρίματι κρίνετε, κριθήσεσθε, καὶ ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῶν, id est
 160 *In quo iudicio iudicatis, in eo indicabimini, et qua mensura metimini aliis, illa remetientur vobis.*

[A] CRASSA MINERVA. PINGVI MINERVA. CRASSIORE MVSA 37

Minerua [C] iuxta poetarum fabulas [A] artibus atque ingeniis praesidet. Vnde et illud fluxit: *Inuita Minerua.* Praeterea illud *Pingui* seu *crassa Minerua*,
 165 quod quidem iam olim prouerbii vice celebratur. Columella libro De re rustica duodecimo, [G] capite primo [A] *In hac autem, inquit, ruris disciplina non consideratur eiusmodi scrupulositas, sed quod dicitur, pingui Minerua, quantumuis utile continget villico tempestatis futurae praesagium.* Idem in primi libri praefatione: *Potest enim nec subtilissima nec rursus, quod aiunt, pingui Minerua res agrestis administrari.* [G] Idem libro decimo: *Nec tamen Hipparci subtilitas pinguioribus, vt aiunt, rusticorum literis necessaria est.* [A] Dicitur *pinguiore Minerua* fieri, quod inconditius simpliciusque quasique indoctius fit, non autem exquisita arte nec exactissima cura. Vnde et Priapus ille, cum rem obscoenam, quam poterat vrbanius per inuolucra verborum petere, nudis verbis rogat, *Crassa, inquit,*
 175 *Minerua mea est.* Et Horatius philosophum describens non exactis illis Stoicorum rationibus atque argutiis instructum, sed veluti citra artem philosophiam moribus exprimentem neque tam disertum quam simplicem ac syncerum,

Rusticus, inquit, anormis sapiens crassaque Minerua.

Aulus Gellius lib. xiiii., cap. i.: *Nequaquam tamen id censebat in tam breui exiguoque vitae spatio, quantumis hominis ingenio comprehendendi posse et percipi, sed coniectari pauca quaedam et, vt verbo ipsius vtar, παχύτερον, id est crassius et pingui*
 180 *Minerua.*

[A]

CRASSIORE MVSA

38

185 Παχυτέρα Μούση, id est *Crassiore Musa*. Eandem paroemiam sic extulit Quintilianus Institutionum oratoriarum libro i.: *Libet propter quosdam imperitiores etiam crassiore, ut vocant, Musa dubitationem huius utilitatis eximere*. Inuenitur aliquoties apud scriptores non idoneos *pinguiore formula* pro eo, quod est:

147 μέτρον B-I: om. A.

152 ἢ *suppleuimus*: om. A-I.

156 Hoc adagio A-D G-I: Hoc adagium E F.

160-161 Et qua mensura ... vobis D-I: Et in qua mensura metiemini in ea metietur vobis B C.

145-146 *Hesiodus* Hes. *Erg.* 350.150-151 *foecundos* ... *consueuerunt* Cf. *Plin. Nat.* V, 24: "Regio ... fertilitatis eximiae, cum centesima fruge agricolis fenus red-dente terra."152 *Lucian. Imag.* 12 (152 αὐτῶ τῷ μέτρῳ, φασίν, ἢ καὶ λῶϊον sic ed. pr. 1503).153 *Cic. Att.* XIII, 12, 3.156-157 Hoc ... *Euangelio* Auch Christus benützt Adagien. Cf. *Proleg.* I. 300 sqq.157 *Euangelio* Cf. *Mt.* 7, 1-2. *Mc.* 4, 24.158-161 *Sic* ... *vobis* Der Zusatz B (1515) ergab sich vielleicht aus Er.' Arbeit an der Ausgabe des Neuen Testaments, die 1516 erschien.158 *Matthaeum Mt.* 7, 1-2.160-161 *In quo* ... *vobis* Er. gibt, wie öfters, seine eigene Übersetzung, die von der Vulgata abweicht. Cf. *Proleg.* n.ll. 241-242.161 Er. setzte in π nach *vobis* einen Hinweis auf Theocr. 7, 33 (πίονι μέτρῳ) hinzu, cf. app. crit.: dieser Hinweis wurde nicht in F übernommen, vermutlich da diese Theokritstelle in *Adag.* 3961 (*Pingui mensura*), *LB* II, 1174 A, angeführt worden ist. Siehe app. crit.: "Theocritus in *Itinere verno*", sc. das Gedicht *Θαλύσια ἢ ἑαρινῆ ὁδοπορία* (cf. Gow, app. crit. ad loc.).37 *Collect.* 402. Otto 1119-1120.162 Zu Unrecht erwähnt Er. im Titel dieses Adagiums *Crassiore Musa*, da er diesen Ausdruck separat in Adagium 38 behandelt.163 *iuxta* ... *fabulas* Zusatz C. *Hom. Il.* V, 260 nennt Athene 'πολύβουλος'. Dazu Eust. p. 546, 20 ad *Hom Il.*, V, 260. Siehe *Testimonia* in Roscher I, pp. 682-683 (s.v. Athene) und II, 2, pp. 2985-2986 (s.v. *Minerua*).164 *Inuita Minerua* Cf. *Adag.* 42.165 *Colum.* XI, 1, 32 (167 desideratur: *consi-*161 *Post vobis π addit*: Theocritus in *Itinere verno* simili figura dixit *πίονι μέτρῳ*, id est pingui mensura, hoc est affatim et copiose.

166 capite primo G-I: cap. 1. χ.

170-171 *Idem* ... est G-I, addit χ.

187 idoneos D-I: in idoneos A-C.

deratur ed. vet.; *quamuis*: *quantumuis* ed. vet.). Wir haben die Edition von Beroaldus aus 1496 (*Opera agricolationum Columellae, Varronis Catonisque necnon Palladii*) herangezogen (cf. fo. 178 recto). Zu den *Columella-Ausgaben*: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 5, p. 223, n.l. 370.

620 His confine est et illud: Κορώνη τὸν σκορπίον, id est *Cornix scorpionum*, subaudi 'rapuit'. Quadrat in hos, qui parant eos laedere, vnde tantundem mali sint vicissim accepturi. Quemadmodum cornix correpto scorpio arcuata illius cauda vulnus accepit letale periitque. [B] Extat super hac re Graecum epigramma Archiae, quod non grauabor adscribere:

625 "Ἐν ποτε παμφαίνοντι μελάντερος αἰθέρι ναίων
 Σκορπίον ἐκ γαίης εἶδε θορόντα κόραξ.
 "Ὀν μάρψας ὠρουσεν· ὁ δ' αἰξάντος ἐπ' οὔδας
 Οὐ βραδὺς εὐκέντρῳ πέζαν ἔτυψε βέλει
 Καὶ ζωῆς μιν ἄμερσεν. "Ἴδ' ὄσσον ἔτευχεν ἐπ' ἄλλῳ,
 630 'Ἐκ κείνου τλήμων αὐτὸς ἔδεκτο μόνον, id est

*Scorpius e terra prorepserat idque vidente
 Cornu qui coelo victitat in liquido.
 Corripuit visum fugitque; sed hic ut humum ales
 Contigerat, telo mox ferit atque necat.
 Ecce tibi, quod in hunc avis insidiosa parabat,
 Inde sibi acciuit ipsa necem misera.*

635

Atque id in rebus humanis frequenter vsu venire solet, vt qui cepisse videatur, ipse captus sit. Quemadmodum et Horatius: *Graecia capta ferum victorem cepit.*

601 Αὐτός B-I: Αὐτὰρ A.
 613 huius C-I: cuius A B.
 614 hi E-I: ii A-D.
 616 itaque C-I: atque ita A, itaque ita B.
 627 Ὀν G-I: ἦν B-D, Ἡν E-F.

629 ἐπ' ἄλλω B E-I: ἐπ' ἄλλο C D.
 631 e terra C-I: a terra B.
 636 acciuit C-I: accinit B.
 637 cepisse D-I: coepisse B C.
 639 cepit D-I: coepit B C.

597-598 *In hos ... opprimantur* Cf. *Adag.* 1277 (Leonis catulum ne alas), LB II, 514 E; *Adag.* 2.xvii, n.l. 60.

56 Cf. *Collect.* 135, 617.

600 *eosdem* Sc. Graeci, cf. *Adag.* 55, n.ll. 579-580. Siehe die Paroemiographen: Diogen. 3, 18 (πιτύαν). Suid. αὐτός 4521; πιτύα 1540. Zenob. Ald. col. 14 (l. 29). Bei Zenob. Ald. findet sich unter dem Titelsprichwort Αἰξ τὴν μάχαιαν (sic) eine ganze Reihe von Sprichwörtern, von denen Er. mehrere benützt: col. 14: Σφηκίαν ἠρέθισας (cf. *Adag.* 60). Αὐτός εὔρε τοῦ κακοῦ τὴν πιτύαν (cf. *Adag.* 56). Ἄτλας τὸν οὐρανόν (cf. *Adag.* 67). Ἐφ' ἑαυτὴν αἰξ τὰ κέρατα (cf. *Adag.* 66). col. 15: Κορώνη τὸν σκορπίον (cf. *Adag.* 58). Ἀνάγυρον κινεῖς (cf. *Adag.* 65). Αἰξ τὴν μάχαιραν (cf. *Adag.* 57). Cf. Bühler IV, p. 235.

601 Αὐτός ... πιτύαν Diogen. und Suid. locc. citt. erwähnen die Alternative πηγῆν. Cf. Apost. 4, 35.

604 Aeschyl. *Pers* 743 (605 ἡρῆσθαι: εὐρῆσθαι codd.).

607 *trochaicus* Sc. ein katalektischer, trochäischer Tetrameter.

57 *Collect.* 720.

610 Zenob. 1, 27 = Ald. col. 15, ll. 9-19 (Ald. θυσίας statt θυσίαν). Diogen. 1, 52. Es fällt auf, dass Er. den Artikel (τὴν) auslässt.

611-616 *Ortum ... mactata est* Die Erläuterung ist Zenob. entnommen. In den *Collec-*

tanea gründete die Erklärung auf Diogen. 1, 52.

616 *Quidam* Cf. Suid. αἰξ 235 und 69 αἰγός (ἡ αἰξ), cf. Bühler IV, p. 244.

617 *quidam* Cf. Suid. εἶος 98. Apost. 12, 48. Dazu: Bühler IV, p. 233 sqq.

58 *Collect.* 263. In *Collect.* 263 kommen drei Sprichwörter zur Sprache: Κορώνη τὸν σκορπίον, Calidum hodie prandium comedisti (= *Adag.* 59) und Leonem pungis (= *Adag.* 61).

620 *illud* Zenob. 4, 60. Ald. col. 15, l. 3. Diogen. 1, 52. Suid. κορώνη 2107. Diogen. (Er.) Quelle für *Collect.* 263) behandelt unter Nummer 1, 52 mehrere Adagien: Αἰξ τὴν μάχαιραν (cf. *Adag.* 57). Κορώνη τὸν σκορπίον (cf. *Adag.* 58). Λέοντα νόσσεις (cf. *Adag.* 61). Εὐ κείμενον κακὸν κινεῖς (cf. *Adag.* 62). Ἀνάγυρον κινεῖς (cf. *Adag.* 65). Dazu: Bühler IV, p. 234.

620-621 *subaudi 'rapuit'* Cf. Zenob. 4, 60.

623-624 *Graecum epigramma* *Anth. Pal.* IX, 339 (625 μέλαν πτερόν Brunck: μελάντερος Ald. nach cod.; νομῶν (νομῶν Ald.); 627 μάρψων ἔρουσεν; μάρψας ἔρουσεν Ald.; 629 "Iδ' ὡς ἐν Scaliger: "Iδ' ὅσσον Ald. nach cod.). In dem *Florilegium diuersorum epigrammatum in septem libros* von Janus Lascaris bei Aldus 1503 herausgegeben (cf. *Adag.* 18, n.l. 669), angeführt in der Gruppe εἰς δίκην des ersten Buches.

638 Hor. *Epist.* II, 1, 156.

640 [A]

CALIDVM PRANDIVM COMEDISTI

59

Huc alludere videtur et Plautinum illud: *Calidum hodie prandium prandidisti*, id est, fecisti quod tibi magno malo sit futurum. Ab his sumptum, qui se noxiis ac letiferis ingurgitant cibis, postea ventris tormina sensuri.

[A]

IRITARE CRABRONES

60

645

Τὰς σφηκιάς ἐρεθίζειν, id est *Iritare crabrones*. Ad hanc sententiam referendum est et illud, quod est apud Plautum in Amphitryone: *Iritabis crabrones*. Id dictum est a poeta in mulierum ingenium, quibus iratis si repugnes, magis prouoces neque sine tuo malo discedas. Est autem crabro insecti genus, [B] affine vespis, [A] pertinacissimum aculeoque pestilentissimo. Siquidem refert

650

Plinius Naturalis historiae lib. xi., cap. xxi. crabronum *ictus haud temere sine febris esse*, additque traditum a quibusdam *ter nouenis* huius animantis *punctis interfici hominem*. [B] Aristoteles libro De partibus animalium nono praeter alia quae de crabronibus commemorat, illud quoque tradit, cum in apum genere quaedam aculeis careant vt fuci et reges, vespae quoque nonnullae sine aculeis inueniantur, nulli crabrones reperiuntur non armati aculeo. Quanquam

655

LB 51

de duce, num aculeatus sit, nonnihil addubitat. | [A] Vtitur hoc adagio diuus Hieronymus in quadam epistola. Eandem sententiam sic idem extulit Plautus mutata allegoria:

Bacchae bacchanti si velis aduersarier,

660

Ex insana insaniorem facies, feriet saepius;

Sin obsequaris, vna te soluas plaga.

Nam mos erat, vti Bacchanalia celebrantes obuios thyrsis ferirent. Aristophanes in Lysistrata, [C] nam hoc titulo inscriptam comperi:

[A] Ἦν μὴ τις ὥσπερ σφηκίαν βλίττη με κάρετίζη, id est

665

Nisi si quis vti vesparium fraudet me stimuletque.

[E] Allusit huc opinor, qui scripsit epitaphium Archilochi poetae maledici:

Ἡρέμα δὴ παράμειψον, ὀδοιπόρε, μήποτε τοῦδε

Κινήσης τύμβω σφήκας ἐφεζομένους, id est

670

Ne fors crabrones qui huic insedere sepulchro

Irites, tacitum carpe, viator, iter.

Xenophon libro iiii. indicat vnde natum sit, nimirum ab his, qui student eximere vespas ab antris suis: 'Ὁρῶ δ' ἔγωγ', ἔφη, καὶ ὁπόσοι σφήκας ἐξαιρεῖν βούλονται, ἐὰν μὲν ἐκθέοντας τοὺς σφήκας πειρῶνται θηρᾶν ὑπὸ πολλῶν τυπτομένους, id est *Et ego, inquit, video etiam eos quicumque crabrones excipere volunt, siquidem euolantes conentur venari, a multis feriri crabronibus.*

675

[A]

LEONEM STIMVLAS

61

Consimilem vim habet, quod a Diogeniano refertur: Τὸν λέοντα νύττεις, id est *Leonem pungis* seu *vellicas*. De his, qui potentem ac ferocem in suum ipsius exitium prouocant atque extimulant. Notior est metaphora quam vt sit explicanda.

680

[A]

MALVM BENE CONDITVM NE MOVERIS

62

Idem pollet et illud: Μὴ κινεῖν κακὸν εὔ κείμενον, id est *Ne moueris malum bene conditum* [B] siue *quiescens*. [A] In eos, qui sua stultitia sibi turbas excitant aut

641 prandidisti D-I: comedisti A-C.

642 se A-C E-I: om. D.

646 Amphitryone C F-I: Amphytrione A B D E.

663 inscriptam E-I: scriptum C D.

664 κ' ἀρετίζη A; κ' ἐρετίζη [ἐρετίζη C] B-I: id est [i. B] B-F: om. A G-I.

665 Nisi si quis ... stimuletque χ G-I: Ne

[Ni A] siquis veluti crabronem extimulet me prouocetque A-D, Nisi si quis veluti crabronum nidum extimulet me prouocetque E F.

672 ab antris F-I: antris E in textu, corr. in Erratis.

678 his E-I: iis A-D.

683 conditum C-I: reconditum A B.

59 Collect. 263.

641 *Plautinum illud* Plaut. *Poen.* 759 (641 calidum prandisti prandium hodie?).60 Collect. 54. Otto 453. Cf. *Moria*, ASD IV, 3, p. 162, l. 578 sqq.

645 Die griechische Fassung Τὰς σφηκιάς ἐρεθίζειν ist wahrscheinlich nach Zenob. Ald. col. 14 Σφηκίαν ἡρέθισας geschrieben. Siehe Walz, p. 432: Σφηκίαν ἡρέθισας.

646 Plaut. *Amph.* 707.649 *affine vespis* Zusatz B nach Aristot. *Hist. an.* IX, 628 b 32 sqq. Cf. n.l. 652.650 Plin. *Nat.* XI, 73 (650 ictus eorum).652 Aristot. *Hist. an.* (nicht *Part. an.*!) IX, 629 a 24-28. Er. bezieht sich auf Aristot. *Hist. an.* loc. cit., aber vielleicht schwebte ihm auch *Part. an.* IV, 683 a 8-9 (Ἐχουσι δὲ τὰ μὲν ἐν ἑαυτοῖς τὰ κέντρα, καθάπερ αἱ μελίτται καὶ οἱ σφήκες) vor.653-656 *cum ... addubitat* Man vergleiche die Übersetzung des Theod. Gaza: "Sed cum in genere apum careant aculeo et fuci et reges, atque etiam vesparum nonnullae inaculeatae sint vt ante dixi, crabrones omnes armari aculeo videntur. Sed de eorum duce considerandum accuratius est an aculeum habeat" (nach der Venediger Ausgabe von 1498, fo. 45 recto).656-657 *Vtitur ... epistola* Als Er. seine *Collect.* verfasste, hat er vermutlich die Belege

für 'irritare crabrones' (*Collect.* 54) und 'cornutam bestiam petere' (*Collect.* 241 A), d.h. Plautus und Hieronymus, verwechselt. (Es handelt sich um zwei sinnverwandte Redensarten). Er. hat 1508 für die *Adagia* die Quellen nicht überprüft, sondern aus den *Collect.* übernommen. Siehe auch *Adag.* 82, n.l. 120.

657 Plaut. *Amph.* 703-705 (661 sin opsequare, vna resoluas).662-663 *Aristophanes* Aristoph. *Lys.* 475 (664 κἀρεθίζη). Cf. Suidas σφηκιά 1732.666 *epitaphium Archilochi* *Anth. Pal.* VII, 71, 5-6. Das betreffende epitaphium wurde Gaetulicus zugeschrieben. Auch in dem genannten *Florilegium* des Janus Lascaris (cf. *Adag.* 58, n.l. 623-624) angeführt (in der Gruppe εἰς ποιητάς des dritten Buches).671 Xen. *Hell.* IV, 2, 12 (672 ἔγωγε).61 *Collect.* 263.677 Nach Diogen. 1, 52 (λέοντα νύσσεις). Cf. *Adag.* 58, n.l. 620.62 *Collect.* 640. Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 45.682 *illud* Diogen. 6, 54. Diogen. erwähnt dieses Proverb auch in der kleinen Sammlung von Sprichwörtern, die er unter Nummer 1, 52 aufzistet. Cf. *Adag.* 58, n.l. 620. Zenob. Ald. col. 119 (Μὴ κίνει κτλ.). Apost. 11, 44 (Μὴ κίνει κτλ.).

685 qui mala iam tempore sepulta resuscitant renouantque. [D] Prouerbum retulisse videtur Theognis hoc versu:

Πολλάκι γὰρ τὸ κακὸν κατακείμενον ἔνδον ἄμεινον, id est
Nam persaepe malum praestat domi habere repositum.

[A] Huic simillimum est illud: *Sopitos suscitāt ignes.*

[A] OCTIPEDEM EXCITAS 63

690 Cratinus in Thrattis apud Suidam: Ὀκτώπων ἀνεγείρεις, id est *Octipedem excitas*, nimirum scorpium, cui pedes sunt octo ac plerunque sub saxis abditus cubat, quem non nisi tuo periculo suscites propter venenum, quod in cauda gestat.

[A] MOVERE CAMARINAM 64

695 Κινεῖν τὴν Καμαρίνην, id est *Mouere Camarinam*, est sibiipsi malum accersere. Lucianus De apophrade: Ὅρας ὡς ἄμεινον ἦν σοι ἀκίνητον τὴν Καμάριναν ἔαν, id est *Vides quanto satius tibi fuerit Camarinam immotam sinere*. Vnde natum sit adagium, Seruius grammaticus explicat Vergilianum illum locum enarrans in tertio Aeneidos: *Et fatis nunquam concessa moueri | apparet Camarina procul.*
 700 *Camarina*, inquit, *palus est iuxta oppidum eiusdem nominis*; quae cum olim *siccata pestilentiam creasset*, consuluerunt oraculum an penitus eam desiccare praestaret. Vetuit deus Camarinam moueri. At illi *exiccarunt* non obtemperantes oraculo et cessauit quidem *pestilentia*, sed *per eam ingressis hostibus poenas dederunt* [C] neglecti oraculi. [A] Eadem ferme commemorat et Suidas illud
 705 insuper addens quibusdam Camarinam esse fruticem, cuius ramos si quis commoueat quatiatque, tetrum quendam odorem aedere. Verum mihi superior sententia magis videtur ad veri similitudinem accedere. Meminit huius adagii Stephanus quoque [B] versu heroico [A] effertque ad hunc modum:

710 Μὴ κινεῖν Καμάριναν, ἀκίνητος γὰρ ἄμεινων, id est
Ne moueas Camarinam, etenim non tangere praestat.

Ait autem Camarinam oppidum et eiusdem nominis paludem esse in Sicilia. [H] Meminit et Silius lib. xiiii. Maronem imitatus:

Et cui non licitum fatis Camarina moueri. |

LB 52 [A] ANAGYRIM COMMOTES 65

715 Superiori neutiquam dissimile videtur illud apud Graecos celebratum: Ἀνάγυρον κινεῖς, id est *Anagyrum commotes*. In eos, qui sibiipsis malorum autores essent quique in suam ipsorum perniciem quempiam iritarent. Vnde ducta sit

720 paroemia, varie narratur ab autoribus. Alii ad fruticis naturam referunt, cuius meminit in tertio libro Dioscorides, quem quidam magyrum, quidam anagyrum appellent, nonnulli acopon, medicamentis quidem efficacem, verum odore maiorem in modum graui, maxime si manu teratur; cuius fructus gustatus vehementem vomitum promouet. Vnde vel ab odoris molestia, quae carpentem consequitur, adagium ductum videri potest, quandoquidem et acopi vocabulum indidem apparet repertum, vel a concitandi vomitus efficacia. [B] Meminit huius et Plinius libro vicesimoseptimo, capite quarto. [A] Sunt qui dicant Anagyrum locum esse in Attica, quae ad tribum pertineat Erechtheidem autore Stephano, vbi frutex quidam grauissimi odoris plurimus

725

688 est F-I: om. A-E.

709 id est C-F: om. A B G-I.

685 Thgn. 423.

688 *illud* Verg. *Aen.* V, 743 und VIII, 410.

63

690 Suid. ὀκτώπων 130. Es handelt sich um Cratinus fr. 77 Kock (I, p. 37) = fr. 80 PCG.

691 *nimirum scorpium* Cf. Suid. loc. cit.: Ἀντί τοῦ σκορπίου. παροιμία γάρ.

691-693 *plerunque ... gestat* Cf. *Adag.* 334.

64 Cf. *Proleg.* I. 411.

695 Κινεῖν τὴν Καμαρίνην Woher diese Fassung des Proverbs (ohne Negation und mit Infinitiv) stammt, ist uns nicht bekannt. Bei den Paroemiographen: Μὴ κίνει Καμαρίναν. Cf. Zenob. 5, 18 = Ald. col. 119 (Καμαρίνοι statt Καμαριναῖοι). Suid. μή 904. Apost. 11, 49. Zu diesem Adagium: Bühler IV, pp. 199-206.

696 Lucian. *Pseudol.* 32.

698 Serv. *Comm. Aen.* III, 701 (700 eiusdem nominis oppidum).

699 *Et ... procul* Verg. *Aen.* III, 701-702.

700-704 *Camarina ... oraculi* Überarbeitet nach Serv. loc. cit. (703 eam partem).

704 Suid. μή 904.

708 Steph. Byz. Καμαρίνα, Meineke, p. 351 (709 Μὴ κίνει).

712 Sil. XIV, 198.

65 *Collect.* 92 und 727. Der Name 'Anagyryus' ist ein Homonym: in *Collect.* 92 spricht Er. von einer Pflanze 'anagyryus' und stützt sich, wie er sagt, auf Hermolaus (*Castigationes Plinianaes* zu Plin. *Nat.* XIX, 180, Pozzi, p. 819), aber in *Collect.* 727 bezeichnet der Name Ἀνάγυρος einen Helden, wie in Diogen. 1, 25, woher dieses Proverb 727 stammt. Dazu: *Zu den Anfängen*, p. 165. In unserem Adagium behandelt Er. die beide Bedeutungen des Namens

722 promouet G-I: prouocet A-F.

727 Erechtheidem F-I: Erechtheidem A-E.

'Anagyryus'.

714 ANAGYRIM Cf. Diosc. III, 150 (Wellmann II, p. 158): Οἱ δὲ ἀνάγυριν ... καλοῦσι. Siehe auch: Pozzi, p. 819 n.

715 *apud Graecos* Diogen. 1, 25 (auch 1, 52, cf. *Adag.* 58, n.l. 620). Zenob. 2, 55: Ἀνάγυρον κινεῖν = Ald. col. 31 (ἄνθρωπος ἤρωσ statt Ἀνάγυρος ἤρωσ). Siehe auch Ald. col. 15 (cf. *Adag.* 56, n.l. 600). Suid. Ἀνάγυρος 1843 (κινεῖς τὸν ἀνάγυρον) und κινεῖς 1638. Apost. 9, 79 Κινεῖς τὸν ἀνάγυρον.

716-717 *In eos ... iritarent* Nach den genannten Paroemiographen.

718 *Alii* Zenob. Suid. Apost. locc. citt.

719 Diosc. III, 150. Zu Diosc.: *Adag.* 22, n.l. 719.

719-720 *quem ... acopon* Der Name *magyrum* ist nicht belegt. Vielleicht wird 'magydaris' gemeint (Plin. *Nat.* XIX, 46. Diosc. III, 80), oder ist es ein Schreibfehler für anagyrum. Zu den Benennungen 'anagyrum' und 'acopon': Plin. *Nat.* XXVII, 30: "Anagyros quam aliqui acopon vocant." Diosc. III, 150: Οἱ δὲ ἀνάγυριν, οἱ δὲ ἄκοπον καλοῦσι.

721 *odore ... graui* Bei Zenob. Suid. Apost. locc. citt. erwähnt.

maxime ... teratur Cf. Suid. κινεῖς 1638:

"Ἔστι δὲ τὸ φυτὸν ὃ ἀνάγυρος δυσώδες τριβόμενον. Apost. 9, 79: Ἄνθος, ὃ τριβόμενον ἕξει.

721-722 *cuius ... promouet* Nach Diosc. III, 150, cf. Plin. *Nat.* XXVII, 30.

725 Plin. loc. cit.

726-731 *Sunt ... Lysistrata* Nach Zenob. 2, 55. Siehe jedoch auch: Suid. Ἀνάγυρος 1843. Apost. Diogen. locc. citt.

726-727 *quae ... Stephano* Steph. Byz. Ἀναγυροῦς, Meineke, p. 91.

730 proueniat, vt anagyrum pro frutice non secus accipiamus quam anticyram pro elleboro. Rursum alii Anagyrum genium quendam existimant, qui propter violatum sacellum suum vicinos omnes funditus euerterit. Atque huius adagii mentionem fieri apud Aristophanem in *Lysistrata*. [E] Et sane apud Aristophanem locus sic habet:

Πόθεν εἶσιν; Ἄναγυρουντόθεν. Νῆ τὸν Δία,
 Ὅ γοῦν ἀνάγυρός μοι κεκινήσθαι δοκεῖ, id est
 735 Vnde aduenit? ab *Anagyro*: ergo per *Iouem*,
Anagyris esse motus apparet mihi.

[A] Suidas huiusmodi ferme commemorat. Anagyrasion quendam genium fuisse (sic a loco quem diximus cognominatum), qui senem vicinum, quod lucum suum incidisset, hunc ad modum vltus sit. Senis concubinae insanum
 740 quendam amorem immisit in illius filium, quae cum adolescentis animum pellicere non posset, eum vltro apud patrem detulit, quod sese de stupro non desineret interpellare. Pater persuasus a muliere filium e tecto praecipitem dedit ac interemit. Deinde facti poenitens semetipsum laqueo praefocauit. Postremo mulier sese in puteum abiecit. Atque huius fabulae citat autorem
 745 Hieronymum, [C] haud scio quem, [A] in opere De tragoediarum scriptoribus.

[A] CAPRA CONTRA SESE CORNUA 66

Ἡ αἰξ καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα, id est *Capra contra semetipsam cornua*. Ad superiorum classem pertinet ab apologo natum. Capra quaeipiam cum esset
 750 iaculo vulnerata, circumspectans vndenam id mali sibi euenisset, arcum contemplans caprinis cornibus compactum dixit ad hunc modum: Καθ' ἑμαυτῆς ἔφουσα τὰ κέρατα, id est *In meam ipsius perniciem produxi cornua*.

[A] ATLAS COELVM 67

Ἄτλας τὸν οὐρανόν, id est *Atlas coelum*, subaudiendum ὑπεδέξατο, id est
 755 *suscepit*. Dici solitum de his, qui sese magnis et molestis inuoluunt negotiis ipsique sibi malum accersunt. Nam hic coelum hospitio excepit. Deprehensus autem quod illi struxisset insidias, praeceps datus est in mare Atlanticum. Porro notior est quam vt hoc loco sit referenda de Atlante fabula coelum humeris et vertice sustinente.

760 [A] DEVS EX IMPROVISO APPARENS 68

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς ἐπιφανείς, id est *Deus ex improviso apparens*. In eos dicitur, quibus in rebus perplexis praeter spem exoritur aliquis, qui salutem adferat negotiisque difficultatem expediat. Sumptum est a consuetudine tragoediarum,

- 765 in quarum plerisque machinis quibusdam deus aliquis ostendebatur, idque non in scena ipsa, sed e sublimi, qui repente commutatis rebus fabulae finem imponeret. Id quod testatur et M. Tullius libro De natura deorum primo, vt cum sic ait: *Quod quia quemadmodum natura efficere sine aliqua mente possit, non videtis, vt tragici poetae cum explicare argumenti exitum non potestis, confugitis ad deum, cuius operam profecto non desideraretis, si immensam et | interminatam in omneis*
 LB 53 *partes magnitudinem regionum videretis.* [G] Nec dubium est, quin Tullius imitatus
 770 hic sit illud ex Platonis Cratylo: Εἰ μὴ ἄρα δὴ ὥσπερ οἱ τραγωδοποιοί, ἐπειδὴν τι ἀπορῶσιν, ἐπὶ τὰς μηχανὰς ἀποφεύγουσι θεοὺς αἴροντες, id est *Nisi sane quemadmodum tragoediarum scriptores, sicubi haeserint, ad machinas confugiunt deos sustollentes.* Quem Platonis locum ob ignoratum prouerbum Latinus interpres perperam aut certe obscure vertit. Nimirum hunc in modum: *Nisi forte,*
 775

730 omnes B-I: omnis A.

743 ac E-I: atque A-D.

750 euenisset G-I: aduenisset A-F.

754 id est pr. E-I: om. A-D; ὑπεδέξατο A-G I: ὑπεδέξατο H.

755 his E-I: iis A-D.

757 Atlanticum A C-I: Athanticum B.

766 vt D-I: om. A-C.

770-777 Nec dubium ... confugiunt G-I, addit χ.

774 locum G-I: om. χ.

728-729 *anticyram pro elleboro* Cf. *Proleg.* n.l. 583.

729 *Rursum alii* Cf. Zenob. loc. cit.: Τινὲς δὲ λέγουσι κτλ.

731 *apud ... Lysistrata* Cf. n.ll. 731-732.

731-732 *Aristophanem* Aristoph. *Lys.* 67-68. Zusatz E, cf. *Adag.* 43, n.l. 382. In margine χ: "Distingue versus."

737 Suid. *Ἀναγυράσιος* 1842. Auch Apost. 9, 79 erzählt diese Geschichte.

745-746 *Hieronymum ... scriptoribus* Dieser Hinweis bei Suid. (und Apost.) betrifft Hieronymus von Rhodos. Cf. Wehrli X, Hieronymus von Rhodos, fr. 32.

66

748 'H ... κέρατα Zenob. Ald. col. 14: 'Εφ' ἑαυτὴν αἰξ τὰ κέρατα (cf. *Adag.* 56, n.l. 600). Siehe Bühler IV, p. 244.

749-752 *Capra ... cornua* Cf. Zenob. Ald. coll. 14-15: Αἰξ γάρ, ὡς φασί, τόξω βληθεῖσα καὶ τὸ τόξον ἰδοῦσα τοῦτο εἰρήκει ὡς καθ' ἑαυτῆς τὰ κέρατα ἔφουσε.

67 Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 11.

754 Bei den Paroemiographen: Diogen. 2, 67 = Apost. 4, 23 (κακοῖς statt κακῶ τινι). Suid. *Ἄτλας* 4368. Zenob. Ald. col. 14 (cf. *Adag.* 56, n.l. 600) und col. 46 (= Suid loc. cit. ohne den Passus ὁ μυθευόμενος ... παροιμία).

ὑπεδέξατο Cf. Suid. loc. cit. = Ald. col. 46: Λεῖπει ὑπεδέξω.

755-756 *Dici ... accersunt* Nach den genannten

Paroemiographen.

756-757 *Nam ... Atlanticum* Nach Zenob. Ald. col. 14.

68 *Collect.* 144.

761 Diogen. 2, 84: Ἀπὸ μηχανῆς θεὸς ἐπιφανείς = Apost. 3, 41.

763-766 *Sumptum ... imponeret* Cf. Suid. ἀπὸ μηχανῆς 3438: Εἰῶθαι θεοὺς εἰσάγειν, οὐκ ἐπ' αὐτῆς τῆς σκηνῆς ὀρωμιένους, ἀλλ' ἐξ ὕψους ὑπὸ τινος μηχανῆς ... καὶ τοῦτο καταστολὴν εἶναι τοῦ δράματος.

766 Cic. *Nat.* I, 53-54.

771 Plat. *Crat.* 425 d (771 βούλει Hermann: δεῖ/δὴ codd.; 772 καταφεύγουσι).

774 *Latinus interpres* Er. meint Marsilio Ficino, dessen Übersetzung er anfangs benützte, aber später, wie in unserem *Adagium*, auch kritisierte. Dazu: M. Cytowska, *Érasme de Rotterdam et Marsile Ficin son maître*, Eos 63 (1975), p. 165 sqq. und Heinemann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 155, n.l. 114; *ASD* II, 5, p. 245, n.ll. 83-84.

775-777 *Nisi forte ... confugiunt* Er. übernimmt die Übersetzung Ficinos wörtlich. Wir beziehen uns auf die von Andreas Asulanus/Andrea Torresani gedruckte Edition (Venedig, 1491). M. Cytowska zitiert unsere Er.-Stelle nicht ganz genau: p. 174, l. 29: εἰ μὴ ἄρα βούλει (Konjektur Hermann) statt: εἰ μὴ ἄρα δὴ und l. 30: καταφεύγουσι statt: ἀποφεύγουσι.

quemadmodum tragici, quoties ambigunt, commentitiis quibusdam machinamentis ad deos confugiunt. [H] Ad eundem lapidem impegisse videtur, qui Lysandri vitam transtulit e Plutarcho. Quum enim Lysander instituisset innouare rempublicam perpenderetque negotium esse difficilius quam vt vulgaribus consiliis
 780 posset expediri, fecit quod poetae solent in tragoediis: fictis oraculis ac deorum religione studuit quod constituerat efficere. Graeca sic habent: "Ὡσπερ ἐν τραγωδίᾳ μηχανὴν αἴρων πρὸς τοὺς πολίτας λόγια πυθόχρηστα καὶ χρησμούς συνετίθει καὶ κατεσκευάζεν, id est *Quemadmodum in tragoedia machinam tollens apud ciues responsa velut a Pythio reddita et oracula componebat apparabatque.* [A]
 785 Idem subobscurus, sed sane quam eleganter indicat Aristoteles libro Τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ primo, 'Αναξαγόρας τε γάρ, inquires, μηχανῆ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιίαν. "Ὅταν γὰρ ἀπορήσῃ διὰ τίνα αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἐστί, τότε ἔλκει αὐτόν. 'Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἰτιᾶται τῶν γινομένων ἢ νοῦν. Quae quidem verba sic licebit vertere: *Nam Anaxagoras mente perinde quasi deo quopiam tragico, qui repente solet ostendi, utitur [B] ad condendum mundum.* [A] *Etenim cum haeret in explicanda causa, quare necessario sit, tum illam adducit. Porro reliquis in rebus, quiduis potius causam facit eorum quae fiunt quam mentem.* Vnde in Graecorum tragoediis illud pene solenne est: Πολλὰ μορφαὶ τῶν δαιμονίων, [B] id est *Multae formae deorum,* etc. [A] Cum inducto numine fabulam explicant,
 795 veluti in Oreste Euripidis Apollo in mediis tumultibus apparens res turbatissimas subito componit. Huius rei exemplum videtur ab Homero ductum, qui quemadmodum Iliados primo Palladem inducit, vt ferocientem Achillem compesceret, ita compluribus aliis locis numen aliquod allegat. Quod quidem Horatius in Arte poetica vetat in comoediis fieri, nisi rerum difficultas maior sit quam vt possit humana ope explicari:
 800

*Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus
 Inciderit.*

Qua ratione Plautus in Amphitryone Iouem induxit eoque tragicocomoediam vocat. Lucianus in Philopseude: Καὶ τὸ τοῦ λόγου θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπεισκλη-
 805 θῆναί μοι τοῦτον ὤμην ἀπὸ τῆς τύχης, id est *Ac iuxta prouerbum arbitrabar hunc mihi perinde quasi deum quempiam repente apparentem a fortuna fuisse adductum.* Allusit eodem in libro De mercede seruientibus: Οἰκεῖοι γὰρ τῆς τοιαύτης τραγωδίας οὗτοί γε, ἢ τιν' ἄλλον ἐκ μηχανῆς θεὸν ἐπὶ τῷ καρχησίῳ καθεζόμενον, id est *Nam hi peculiariter ad huiusmodi tragoediam pertinent; aut alium deum*
 810 *quempiam de repente exortum atque in antennis considentem.* Huc respexit Euripides in Iphigenia Aulidensi: Θεὸς ἐγὼ πέφηνά σοι | μέγιστος, id est *Equidem deus tibi maximus apparui.* Lucianus in Sectis: 'Ἐπιστάς, τὸ τῶν τραγωδῶν τοῦτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείς, id est *Assistens iuxta tragoedorum prouerbum, deus ex improviso ostensus.* [C] Apud Athenaeum libro sexto lurconem quendam querentem facit
 815 poeta nescio quis, quod piscium venditores vix ostensos pisces statim subducerent:

Καὶ θᾶττον ἀποπέμπουσι τοὺς ὠνημένους
 Ἐκ τῆς μηχανῆς πωλοῦντες ὡσπερ οἱ θεοί, id est
Et venditos mox eximunt aspectui
Venduntque tanquam e machina ritu deum.

820

[B] Proinde quoties salus ex insperato ostenditur, id deo solet ascribi. Ita Plinius libro vicesimoquinto: *Quippe etiam in repertis alias inuenit casus, alias, ut vere dixerim, deus.* Idem libro vicesimoseptimo: *Hic ergo casus, hic est ille, qui plurima inuenit in vita deus.*

783 κατεσκευάζεν *scripsimus*: κατεσκευάσεν H I.
 791 quare ... adducit B-I: ibi demum cogitur mentem accersere A.
 795 veluti B-I: velut A.
 796 Huius G-I: Huiusque A-F.
 799 difficultas B-I: perplexitas A.
 801 vindice D-I: iudice A-C.
 802 inciderit G-I: om. A-F.
 803 Amphitryone B C F-I: Amphitrione A D E.
 807 libro [lib. F-I] C-I: libello A B.
 814 quarentem C E-I: quaerentem D.
 818 πωλοῦντες C F-I: πολοῦντες D E.
 820 Venduntque C-F I: Vendunt G H. Post

deum π *verba haec addit*: Plutarchus in vita Themistoclis ὅτε Φλόαρχος (*sic*) ὡσπερ ἐν τραγωδίᾳ τῇ ἱστορίᾳ μονον οὐ μηχανὴν ἄρας καὶ προαγωγῶν Νικόκλεά τινα καὶ Δήμοπιλον υἱοὺς Θεμιστοκλέους, id est Si Phlyarchus quemadmodum solet in tragedia ita in historia sublata machina ac producto Nicocle quodam et Demopilo Themistoclis filiis .. (?) filios ab ipso confectos quo populo iritaret alioquin non inuenturus exitum .. (?) mendacii (?) Vsus est et in vita Lysandri. *A verbis Themistoclis filiis lectio incerta est et nonnulla desunt.*
 823 ergo C-H: erga B, ego I.

777 Ad ... *videtur* Cf. *Adag.* 408.
 777-778 qui ... *Plutarcho* Die Erstausgabe der ins Lateinische übersetzten Plutarchviten erschien 1470 (Rom). Neun Übersetzer arbeiteten an dieser Edition. Cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 21, n.l. 28. Nachdem Er. den griechischen Text der Plutarchviten erworben hat (cf. *Adag.* 2.xi, n.l. 2), übte er Kritik an der Übersetzung.
 778-781 *Quum ... efficere* Er. paraphrasiert den Anfang des 25. Kap. der *Vit. Lys.*
 781 *Graeca sic habent* Plut. *Lys.* 25, 2 (782 ἐπὶ τοὺς πολίτας).
 785 Aristot. *Metaph.* I, 985 a 18-21 (787 καὶ ὅταν ἀπορήσῃ: ὅταν γὰρ ἀπορήσῃ v.l.; διὰ τίν'; παρέλκει; 788 γιγνομένων).
 792-793 in *Graecorum tragoediis* Cf. *Fur. Alc.* 1159; *Bacch.* 1388; *Andr.* 1284; *Hel.* 1688. Auch an Lucian. *Coniuv.* 48 mag Er. gedacht haben: Τοῦτό σοι τέλος, ὃ καλὲ Φίλων, ἐγένετο τοῦ συμποσίου, ἢ ἄμεινον τὸ τραγικὸν ἐκεῖνο ἐπειπεῖν, πολλαὶ μορφαὶ κτλ.
 795-796 *veluti ... componit* Eur. *Or.* 1625 sqq.
 796-798 *Huius ... compesceret* Hom. *Il.* I, 197 sqq.
 799 Hor. *Ars* 191-192.
 803 Plaut. *Amph.* 50-63. Cf. 59: "Faciam vt commixta sit; <sit> tragicocomoedia."

804 Lucian. *Philops.* 29 (804-805 ἐπεισκευληθῆναι; 805 ὑπὸ τῆς τύχης).
 807 *Allusit* Lucian. *De merc. cond.* 1. Dieser Dialog ist von Er. 1506 übersetzt worden. Cf. *ASD* I, 1, p. 553, ll. 22-24. Die Übersetzung von 1506 ähneln der, die an unserer Stelle gegeben ist, sehr.
 810 Eur. *Iph. A.* 973-974.
 811-812 *Equidem ... apparui* Cf. *ASD* I, 1, p. 325, ll. 1338-1339: "Siquidem tibi / ego deus extiti obtigique maximus."
 812 Lucian. *Herm.* 86.
 814 Athen. VI, 226 c (817 ἀποπέμπουσι: ἀποπέμπουσι ed. pr. 1514; ὠνομήνους). Zusatz C.
 815 *poeta ... quis* Es handelt sich um ein Fragment des Dichters Alexis, näml. fr. 126, 18-19, Kock (II, p. 342).
 820 Nach der Übersetzung des Athenaeuszitats setzt Er. in π einen Passus aus Plut. hinzu, cf. app. crit. Es betrifft *Them.* 32 (*ιστορίᾳ*; Φλόαρχος; Νεοκλέα). Dieser Passus wurde nicht an dieser Stelle in den Ausgaben F-I abgedruckt.
 822 Plin. *Nat.* XXV, 16.
 823 *Idem* Plin. *Nat.* XXVII, 8 (824 in vita inuenit: *inuenit in vita* edd. vett. cf. *Adag.* 2.xx, n.l. 75).

825 [A]

HOMO HOMINI DEVS

69

- LB 54 Non admodum hinc abludit et illud: Ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον, id est *Homo homini deus*, quod dici solet de eo, qui subitam atque insperatam attulit salutem aut qui magno quopiam beneficio iuuit. Antiquitas enim nihil aliud existimabat esse deum quam prodesse mortalibus. Vnde frugum, vini, legum
- 830 autores, et quicumque ad vitae commoditatem aliquid attulisset, eos pro diis habebat antiquitas, adeo vt et beluas quasdam pro numinibus coluerit velut apud Aegyptios ciconiam, quod serpentes, qui certo anni tempore ex Arabicis paludibus subuolant, obuiam profecta arcere conficereque credatur; apud Romanos anserem, quod Capitolinam arcem expergefacticis clangore custodi-
- 835 bus ab irruptione Gallorum seruauit. Quod indicat M. Tullius, cum libro De natura deorum primo scribit: *Concludam beluas a barbaris propter beneficium consecratas*. Quin et autore Prodicio Cio corpora quaedam inanima pro diis habita sunt velut sol, luna, aqua, terra, quod ad vitam conducere viderentur quodque horum commoditate mortales maiorem in modum delectarentur.
- 840 Scythae, quemadmodum in Toxaride testatur Lucianus, per ventum et gladium tanquam per deos iurant, propterea quod ille spirandi sit autor, hic mortis. Sed quoniam, vt inquit Cicero, plurima homini ab homine vel commoda vel incommoda solent oriri et dei proprium est vel seruare vel benefacere, idcirco qui in graui periculo succurrit quique ingenti quopiam
- 845 afficit beneficio, quoniam dei quasi vice fungitur ei cui prodest, deus dicitur extitisse. Huic adstipulatur illa solennis apud Homerum atque Hesiodum clausula, Θεοὶ δωτῆρες ἐάντων, id est *Dii bonorum largitores*. Et quod ait Strabo libro decimo: *Recte dictum est mortales tunc maxime deos imitari, cum benefici sunt*.
- 850 [B] Idem libro decimoseptimo tradit Aegyptios quosdam duplicem facere deum: immortalem, qui rerum omnium sit autor, et mortalem ignoti nominis; tum a quibus beneficio sint affecti, eos ferme pro diis colunt. [A] Praeterea vulgo quoque qui in rebus perplexis ac desperatis aut ancipiti periculo seruantur, a deo quopiam aiunt sese seruatos. Horatius: *Sic me seruauit Apollo*. Rursum in Odis, in bello per Mercurium et iterum arboris ictu sese Fauni ope
- 855 seruatum scribit. Eodem allusit Iuuenalis, cum ait:

*Quadráginta tibi si quis deus aut similis diis
Et melior fatis donaret homuncio.*

Item Vergilius in Tityro:

- 860 *O Meliboe, deus nobis haec ocia fecit.
Nanque erit ille mihi semper deus: illius aram
Saepe tener nostris ab ouilibus imbuet agnus.*

Deinde reddit causam, quare sit Caesarem loco numinis habiturus, beneficium subtexens:

- 865 *Ille meas errare boues, vt cernis, et ipsum
Ludere quae vellem calamo permisit agresti.*

Plinius Secundus libro Naturalis historiae secundo manifestus Graecam

- 826 id est E-I: om. A-D.
 830 attulisset G-I: attulissent A-F.
 831 antiquitas B-I: om. A.
 835-836 De natura deorum A-F H I: De natura G.
 837 Cio A-G: Chio H I.
 838 velut G-I: veluti A-F.
 839 quodque C-I: quod A B.
- 69 *Collect.* 91. Otto 517. Er. benützte für *Collect.* 91 Hermolaus' *Castigationes Plinianae* zu Plin. *Nat.* II, 18, Pozzi, p. 39. Dazu: *Zu den Anfängen*, p. 171.
- 826 *illud* Bei den Paroemiographen: Diogen. I, 80. Zenob. I, 91. Suid. Ἀνθρῶπος 2536 = Zenob. Ald. col. 34.
- 831-833 *velut ... credatur* Cf. Cic. *Nat.* I, 101: "Velut ibes maximam vim serpentium conficiunt ... auertunt pestem ab Aegypto, cum volucris anguis ex vastitate Libyae vento Africo inuectas interficiunt atque consumunt." Plin. *Nat.* X, 75: "Inuocant et Aegyptii ibis suas contra serpentium aduentum."
- 833-835 *apud ... seruavit* Die bekannte Geschichte über die Rettung Roms durch das Schnattern der Gänse. Cf. Liv. V, 47 (dazu: Ogilvie, p. 734) und Plin. *Nat.* X, 51.
- 835 Cic. *Nat.* I, 101 (836 *concludam* tamen). Diesen locus aus *De natura deorum* Ciceros zog Hermolaus in seinen *Castigationes* zu Plin. *Nat.* II, 18 (Deus est iuuare mortalem) heran (Pozzi, p. 39). Er. übernimmt diese Angabe in den *Collect.* nicht, sondern führt den betreffenden Hinweis an unserer Stelle der *Chiliades* an.
- 837-839 *Quin ... delectarentur* Hermolaus (Pozzi, p. 39) zitiert Cic. *Nat.* I, 118: "Prodicus - inquit - Chius ea quae prodessent hominum vitae, deorum in numero habita esse dixit." Er. erläutert 'ea, quae prodessent' und scheint sich dabei auf andere Quellen als Cicero zu stützen; vielleicht indirekt auf Sext. Emp. *Adv. Phys.* I, 18: Πρόδικος δὲ ὁ Κεῖος 'ἥλιον', φησί, 'καὶ σελήνην καὶ ποταμούς καὶ κρήνας καὶ καθόλου πάντα τὰ ὠφελοῦντα τὸν βίον ἡμῶν οἱ παλαιοὶ θεοῦς ἐνόμισαν διὰ τὴν ἀπ' αὐτῶν ὠφέλειαν'.
- 840 Lucian. *Tox.* 38. Dieser Dialog wurde von Er. übersetzt (*ASD* I, 1, pp. 425-448). Zu unserer Stelle: p. 438, l. 41-p. 439, l. 7.
- 842 *Cicero* Cf. Mynors *CWE* 31, p. 113, n.l. 22: "The source of this has not been identified." Auch von uns nicht nachgewiesen.
- 846 *apud ... Hesiodum* Cf. Hom. *Od.* VIII, 325. Hes. *Theog.* 46, 111, 633, 664.
- 847 Strab. X, 3, 9, Meineke, p. 657: Εὖ μὲν γὰρ εἴρηται καὶ τοῦτο, τοὺς ἀνθρώπους τότε μάλιστα μμείσθαι τοὺς θεοὺς ὅταν εὐεργετῶσιν. Auch diesen Hinweis mag Er. von Hermolaus (Pozzi, p. 39) übernommen haben. Man vergleiche auch die Übersetzung Guarinos (cf. n.l. 849): "Recte enim illud dictum est: mortales tunc maxime deos imitari quando benefici sint" (fo. XC recto der Pariser Edition von 1512).
- 849 *Idem* Strab. XVII, 2, 3, Meineke, p. 1147. Im Jahre 1517 bestellte Er. "Strabo Graecus" (cf. Ep. 629, ll. 14-15), dessen Erstausgabe 1516 erschien. Er. benützte vorher Strabo handschriftlich und zog (wie an unserer Stelle) einen lateinischen Strabo (möglich die Übersetzung von Guarino: Erstausgabe 1469, neu aufgelegt 1472, 1480 etc.) heran. Strabo spricht von οἱ Αἰθίοπες, nicht von den Ägyptern.
- 850-851 *immortalem ... colunt* Man vergleiche die Übersetzung Guarinos (cf. n.l. 847): "Immortalem quidem eum, qui rerum omnium causa sit. Mortalis vero apud eos incertus est et nomine caret, sed frequentius eos, a quibus beneficium acceperunt, et reges pro deis habent" (fo. CXLIX recto).
- 853 Hor. *Serm.* I, 9, 78.
- 854 *Rursum in Odis* Hor. *Carm.* II, 7, 13-14. *et iterum* Hor. *Carm.* II, 17, 27-30.
- 855 Iuv. 5, 132-133 (856 *quadringenta*; dis).
- 858 Verg. *Ecl.* I, 6-8. Dieser Hinweis findet sich auch bei Hermolaus (Pozzi, p. 39).
- 864-865 Verg. *Ecl.* I, 9-10.
- 866-867 *Plinius ... indicavit* Nicht Plin., sondern Hermolaus zu Plin. *Nat.* II, 18: "Quidam scripserunt 'decus est' et caetera, sed procul dubio legendum est 'deus': sumptum id a Graecis vel prouerbio dicentibus: Ἀνθρῶπος ἀνθρώπου δαιμόνιον, hoc est homini homo deus" (Pozzi, p. 39).

παροιμίων indicavit, sed tam impie sentiens de diis quam paulo post de animarum immortalitate deque corporum resurrectione desipienter. Nam cum et multitudinem deorum irrisisset et vni illi summo, quem aut mundum hunc
 870 aut naturam nescio quam esse putat, prorsus ademisset curam mortalium, *Deus est*, inquit, *mortali iuuare mortalem. Et haec ad aeternam gloriam via. Hac proceres iere Romani, hac nunc coelesti passu cum liberis suis vadit maximus omnis aevi rector Vespasianus Augustus fessis rebus subueniens. Hic est vetustissimus referendi bene merentibus gratiam mos, ut tales numinibus adscribant. Quippe et omnium aliorum*
 875 *nomina deorum, et quae supra syderum retuli, ex hominum nata sunt meritis.* Hactenus Plinius. [I] Ouidius:

*Conueniens homini est hominem seruare voluptas,
 Et melius nulla quaeritur arte fauor.*

[B] Plutarchus in commentario, quem inscripsit Aduersus principem indoc-
 LB 55 tum, negat deos hoc nomine felices | esse, quod quam diutissime viuant, sed
 881 quod virtutis sint principes et autores. Porro Paulus virtutum summam ad
 charitatem refert, charitatem autem in eo sitam, vt de quamplurimis quam-
 optime mereamur. [H] Huc respexit Gregorius Nazianzenus in oratione De cura
 pauperum. *Fias*, inquit, *erummoso Deus misericordiam Dei imitando, nihil enim aequae*
 885 *diuinum habet homo ac beneficentiam.* [A] Quanquam autem apud Christianos dei
 appellatio non est vlli mortalium vel per iocum communicanda, neque
 omnino tam insignis tamque foeda adulatio est in mores nostros recipienda,
 tamen fieri potest, vt huius adagii sit vsus neque improbus neque inconcin-
 890 aut vellet aut posset opitulari, tu vnus mihi praeter spem extitisti tuoque
 beneficio me non seruasti modo periturum alioqui, verumetiam ornatiorum
 aliquanto fecisti quam antea fuerim, vt aut omnino nusquam aut in nobis
 certe duobus locum habeat vetus illud Graecorum adagium, ἄνθρωπος ἀν-
 895 θρώπου δαιμόνιον. Aut hoc modo: 'Literis debeo omnia, etiam vitam, sed ipsas
 tibi debeo literas, qui mihi tua liberalitate suppeditas alisque ocium meum.
 Quid autem est quod Graeci dicunt, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον, si hoc non
 est?'. Aut hoc pacto: 'Qui mediocri beneficio iuuat, sit sane amicus, verum qui
 arte sua singularique cura atque industria vitam iamiam fugientem retinet ac
 900 restituit, id quod vtique facit medicus, quid aliud est quam quod Graeci
 dictitant, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον?'. Aut sic: 'Eum in locum res erat
 deducta, vt ne ipsa quidem Salus posset auxiliari. Ibi tu mihi veluti praesens
 quoddam numen extitisti et mira celeritate depulsis incommodis in pristinum
 locum restituisti nec sperantem nec expectantem, vt intelligerem illud non
 905 temere dictum a Graecis, ἄνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον'. Aut sic: 'In reliquis
 quidem rebus mihi semper amicissimus fuisti, in hac vero causa non amicissi-
 mus modo, verumetiam pene dixerim, quod Graeci dicunt, ἄνθρωπος ἀν-
 θρώπου δαιμόνιον'.

[A]

HOMO HOMINI LVPVS

70

910 "Ἀνθρωπος ἀνθρώπου λύκος, id est *Homo homini lupus*. Superiori quasi diuersum est ac velut hinc effectum videtur, quod vsurpauit Plautus in *Asinaria*, *Homo homini lupus*. Quo monemur, ne quid fidamus homini ignoto, sed perinde atque a lupo caueamus:

Lupus est (inquit) homo homini, non homo, qui qualis sit non nouit.

[A]

COTVRNIX HERCVLEM

71

915 "Ὅρτυξ ἔσωσεν Ἡρακλῆν τὸν καρτερόν, id est
Seruauit Herculem coturnix strenuum.

Senarius est Graecis prouerbii vice celebratus, quem tamen Zenodotus negat apud vllum veterum scriptorum inueniri. Caeterum dici solitum de his, qui in periculo seruati essent ab his, a quibus minime sperarant. Adagionis originem ad huiusmodi fabulam referunt: Coturnicem quandam Herculi in deliciis fuisse, cuius nidore cum viua incenderetur, ille mortuus sit in vitam restitutus. Meminit huius fabulae Athenaeus quoque [C] libro nono [A] scribens: Herculem Iouis et Asteriae filium in Libyam proficiscentem a Typhone fuisse

920

874 numinibus *A B D-I*: nominibus *C*.

898 retinet ac *C-I*: retinet *A*, redimit ac *B*.

909 Superiori χ *G-I*: Huic *A-F*.

910 quod ... *Asinaria* χ *G-I*: Plautinum illud *A-D*, Plautinum illud ex *Asinaria* *E F*.

911 monemur *B-I*: mouemur *A*, corr. *s*.

915 Ἡρακλῆν *s B-I*: Ἡρακλῆ *A*.

919 ab his *s B-I*: ab iis *A*.

923 Asteriae *G-I*: *Astreae A-C*, *Astreae D-F*; *Libyam A C-I*: *Lybiam s B*.

867-870 *sed tam ... mortalium* Cf. *Plin. Nat. II*, 14-17.

871-875 *Deus ... meritis* *Plin. Nat. II*, 18-19 (874 aliorum: *omnium aliorum* edd. vett.; 875 quae supra retuli siderum: *et quae supra siderum retuli* edd. vett., cf. *Adag.* 2.xx, n.l. 75).

876 *Ōv. Pont.* II, 9, 39-40.

879 *Plut. Mor.* 781 a. Er. übersetzte die betreffende Stelle im Jahre 1514: "Non enim foelix est deus vitae spatio, sed eo, quod est princeps virtutis. Nam hoc est numen" (*ASD* IV, 2, p. 219, ll. 72-73).

881 *Paulus* 1. *Cor.* 13.

883 *Greg. Naz. Or.* 14, 26-27, *Migne PG* 35, 892 D.

901 *ipsa ... Salus* Cf. *Ter. Ad.* 761-762: "Ipsa si cupiat Salus / seruare prorsus non potest." Man vergleiche *Plaut. Capt.* 529; *Most.* 351. *Cic. Font.* 10, 21. In *De copia*: "Salute ipsa salubrior" (*ASD* I, 6, p. 104,

l. 932).

70 *Collect.* 63. Otto 990.

909 Ἀνθρωπος ... λύκος Die griechische Fassung dieses Sprichworts ist von Er. selbst in Analogie zu Ἀνθρωπος ἀνθρώπου δαιμόνιον verfertigt worden.

910 *Plaut. Asin.* 495 (913 quom qualis).

71 *Collect.* 445.

915 *Zenob.* 5, 56 = *Ald. col.* 131 (Ἡρακλῆν sic *Gaisford*: Ἡρακλῆ *Leutsch*; τὸν λαόν: Ἴόλαον *Gaisford*; μεταβιώναι sic *Gaisford*: ἀναβιώναι *Leutsch*). Ἡρακλῆ (cf. app. crit.) scheint die bessere Lesart zu sein. *Zenob. Ald.* jedoch hat Ἡρακλῆν, weshalb wir dieser Lesart folgen. Cf. *Diogen.* 7, 10 (Er. Quelle für *Collect.* 445). *Apost.* 13, 1.

917 *Zenodotus* *Zenob.* loc. cit.

920 *referunt* *Zenob.* loc. cit. Es betrifft *Zenobius*' Gewährsmann *Eudoxus* von *Knidos* (cf. *Athen.*, n.l. 922).

922 *Athen.* IX, 392 d e.

925 interemptum, reuocatum autem in vitam odore coturnicis illi ab Iolao admotae, et ob eam causam Phoenices Herculi coturnice sacrificare.

[A]

GENIUS MALVS

72

Ei quod modo retulimus, *Homo homini deus*, contrarium videtur *Genius malus*, quem Graeci dicunt ἀλάστορα. Quo nomine vocamus eos, quibus incommodorum nostrorum maximam partem acceptam ferimus, idque etiam hodie
 930 vulgato sermone. Sunt enim omnino quidam his aut illis ita inauspicati, vt tanquam fatum quoddam malum atque in perniciem illorum nati iure videri possint. Porro prouerbum apparet e priscorum opinione profectum, qui singulis binos genios attribuunt, quos daemones vocant: neque hominibus modo, verumetiam locis atque aedibus, quorum alter perniciem nobis molia-
 LB 56 tur, alter iuuare studeat, | [B] cuius sententiae fuit Empedocles citante
 936 Plutarcho in libello De animi tranquillitate. [A] Quo pertinet illud Bruti, quod in eius vita memorat idem Plutarchus. Nam Bruto cum dies ille fatalis immineret et in Asia nocte ferme intempesta ex more vigilaret in tabernaculo, lucerna iam emoriente, videre visus est personam quandam tragicam et
 940 humana specie maiorem. Atque ille protinus, vt erat animo interrito, percontatus est, quisnam esset aut hominum aut deorum. Cui illa cum murmure: ‘Tuus sum, Brute, genius malus; Philippis me videbis’. Eadem itaque imago rursus apparuit confligenti Philippis, quae quidem illi pugna postrema fuit. Huic consimilem quandam fabulam idem refert de M. Antonio atque
 945 Augusto: videlicet hos reliquis quidem in rebus amanter summaque inter sese concordia agitasse, caeterum in ludis, quos ad aemulationem quandam aedebant, Octauium semper superiorem esse solitum. Eam rem Antonium non mediocriter discruciasse. Fuisse autem in Antoniano comitatu magum quempiam Aegyptium. Is seu quod vere nosset eius fatum, seu quod ad gratiam
 950 Cleopatrae fingeret, eum admonuit vt a Caesare se quantum posset seiungeret, quod ipsius genius, alacer alioqui, genium illius reformidaret quoque propius accessisset, hoc humilior deiectione videretur. Testatur et Plato Socrati peculiarem quandam fuisse genium, de quo scripsit Apuleius [B] et Plutarchus. [A] De genio sensisse videtur Terentius, cum ait in Phormione:

955

*Mihi usu venit; hoc scio;
 Memini relinqui me deo irato meo.*

960 Quin et nostrates theologi veteres illos, opinor, sequuti duos vniciue genios, quos angelos vocant, ab ipso protinus exordio vitae adscribunt: amicum, qui comoda nostra procuret, malum, qui modis omnibus in exitium nostrum immineat. Bonum genium explicat Naeuius in Stalagmonis apud Donatum: *A deo meo propicio meus homo est*. Item Persius: *Diis iratis genioque sinistro*. Postremo prouerbum resipiunt in genere omnia illa: *Iratis diis, Propiciis diis*. Terentius:

965 *Nescio,*
Nisi deos iratos fuisse mihi satis scio, qui auscultauerim ei.

Horatius in Sermonibus:

Immeritusque laborat
Iratis natus paries diis atque poetis.

Idem rursum: *Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis.* Idem in Odis:

970 *Diuis orte bonis, optime Romulae*
Custos gentis, abes.

Homerus Iliados E: Θεός νύ τις ἔστι κοτήεις, id est *Deus quispiam iratus est.* Et Vergilius:

Diis equidem auspibus reor et Iunone secunda.

975 Eodem pertinent et haec: *Solus a diis diligere Antipho et dii nos respiciunt et modo*

937 idem C-I: om. A B.

948 magum B-I: magnum A.

949 quod alt. C-I: om. A B.

952 humilior deiectiorque videretur B-I: humiliorem deiectioremque videri A.

960 exitium B-I: exitum A, corr. s; Naeuius D-I: Neuius A-C.

962 in genere F-I: generatim A-E.

963 Propiciis diis A C-I: om. B.

968 paries A-D F-I: pariter E.

970 orte C-I: oro A B; Romulae F-I: Romule A E, Rhomule B D, Rhomulae C.

971 abes B-I: ades A.

973 Vergilius B-H: Vergi. A, Virgilius I.

72 *Collect.* 256. Cf. Payr, p. 362 sqq. Wir ziehen ihren Kommentar heran.

927 *modo* Cf. *Adag.* 69.

929-930 *idque ... sermone* Weder in Suringar noch in Harrebomée belegt.

935 *Empedocles* Cf. n.l. 936.

936 *Plut. Mor.* 474 b = Diels fr. 31 B 122 (vol. I, p. 360).

937-942 *Nam ... videbis* Nach *Plut. Brut.* 36, 5-7.

942-943 *Eadem ... fuit* *Plut. Brut.* 48, 1.

944 *idem refert* *Plut. Anton.* 33, 1-4.

945-952 *videlicet ... videretur* Nach *Plut.* loc. cit.

947 *Octavianum* Sc. Octavianus, cf. *Adag.* 12, n.l. 565.

952 *Plat. Apol.* 31 c, 40 a; *Euth.* 3 b. Man vergleiche *Diog. Laert.* II, 32: "Ἐλεγε δὲ καὶ προσημαίνειν τὸ δαιμόνιον τὰ μέλλοντα αὐτῶ. Zu dem δαιμόνιον von Socrates: J. Burnet, *Plato's Euthyphro, Apology of Socrates and Crito*, Oxford, 1924, p. 16 sq.

953 *Apul. De deo Socr.* (ed. Raffaello Del Re,

Roma, 1966).

953-954 *Plutarchus* *Plut. Mor.* Περὶ τοῦ Σωκράτους δαιμονίου 575 b-598 f.

954 *Ter. Phorm.* 73-74 (955 vsus: vsu codd.).

961 *Don.* in *Ter. Phorm.* 74, Wessner II, p. 370 (960 *Stalagmo nisa deo: Stalagmonisadeo* codd.).

A deo ... est Naeuius fr. 70 Ribbeck CRF, p. 21.

Pers. 4, 27.

963 *Ter. Andr.* 663-664 (965 *Nisi mihi deos satis scio fuisse iratos qui auscultauerim*).

966 *Hor. Serm.* II, 3, 7-8.

969 *Idem rursum* *Hor. Serm.* II, 7, 14. Cf. *Proleg.* n.ll. 637-638.

Idem in Odis *Hor. Carm.* IV, 5, 1-2.

972 *Hom. Il.* V, 191.

973 *Verg. Aen.* IV, 45 (974 dis).

975 *Solus ... Antipho* *Ter. Phorm.* 854 (975 ab dis solus diligere).

dii ... respiciunt *Ter. Phorm.* 817.

975-976 *modo ... adsit* *Verg. Aen.* III, 116.

Iuppiter adsit et siquem | numina laeva sinunt et dexter adsit Apollo atque id genus sexcenta passim apud poetas obuia. Erit autem venustius, si ad speciem descenderis vt: 'Hic scribit carmina Musis, quotquot sunt, iratis'. 'Canit irato Apolline'. 'Eam causam egit ineptissime planeque irata Suadela'. 'Marte sinistro pugnauimus'. 'Neptuno propicio nauigauimus'. 'Mercurio, opinor, irato cum hoc veteratore sum pactus'. 'Irata Venere dat operam liberis', de eo qui deformes filios progeneret. *Inuita Minerva*, qui parum feliciter artem exerceat.

[A] DEXTRO HERCVLE AVT AMICO HERCVLE 73

Eiusdem est generis, sed obscurius, quod apud Horatium legitur: *Dives amico* / *Hercule* et item apud Persium: |

LB 57 O si
Sub rastris crepet argenti mihi seria dextro
Hercule!

Quod quidem in eos competit, qui in accumulandis opibus sunt bene fortunati. Idque inde natum existimant, quod Hercules moriturus dixerit eos opulentos futuros, qui sibi decimam bonorum suorum partem consecrassent. Proinde locupletes plerosque ita facere solitos. Tametsi Plutarchus in Problematis huius consuetudinis aliam adfert causam, puta quod ipse quondam Hercules boum, quos Geryoni abstulerat, in Palatino decimam partem immolarit, vel quod Romanos ab Hetruscis decimari solitos liberarit.

[A] DIIS HOMINIBVSQVE PLAUDENTIBVS 74

Prouerbialis est et illa hyperbole *Diis hominibusque plaudentibus*, pro eo, quod est: feliciter atque auspicato. Cicero ad Q. fratrem: *Vatinium, a quo palam oppugnabatur, arbitrato nostro concidimus diis hominibusque plaudentibus*. [E] Idem libro Epistolarum familiarium primo: *Neque solum dixi, sed etiam sic facio diis hominibusque approbantibus*. Rursus ad Q. fratrem libro iii. in diuersam sententiam vertit prouerbium. *Nisi noster, inquit, Pompeius diis hominibusque inuitis negocium inuerterit*. [A] Quanquam hoc ipsum per se, deos hominesque, prouerbiale nimirum est ob figuram atque apud poetas pene solenne: *Deum atque hominum fidem! Diis atque hominibus inuisus. Neque deos neque homines metuit*.
Homerus:

'Αθάνατοι τε θεοὶ θνητοὶ τ' ἄνθρωποι, [B] id est
Numina nescia mortis, mortalesque homines.

[A] Rursum:

10 Πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, [B] id est
Parens hominumque deumque.

[A]

BONIS AVIBVS, MALIS AVIBVS

75

Ad hoc genus pertinet et illud: *Bonis* aut *malis auibus*, cum rem feliciter aut secus cedere significamus. Ab augurum obseruatione sumptum. Horatius in Odis:

15

*Mala soluta nauis exit alite
Ferens olentem Menium.*

Et rursum:

20

*Mala ducis aui domum,
Quam multo repetet Graecia milite.*

Atque iterum alibi:

*Scriberis Vario fortis et hostium
Victor, Maeonii carminis alite.*

Homerus Iliados ω:

25

Μηδέ μοι αὐτῆ / ὄρνις ἐνὶ μεγάροισι κακὸς πέλευ, id est
Neue auis hic infausta mihi perrexeris esse.

989 quidem B-I: om. A.

999 concidimus B-I: concidimus A.

8 Numina nescia mortis C-I: Immortalesque dii B.

976 *siquem ... sinunt* Verg. *Georg.* IV, 6-7.*dexter ... Apollo* Nach Prop. III, 2, 9: "Et Apolline dextro."982 *Inuita Minerva* Cf. *Adag.* 42.73 *Collect.* 257.984 Hor. *Serm.* II, 6, 12-13.

985 Pers. 2, 10-12 (987 rastro).

992-993 *Plutarchus in Problematis* Plut. *Mor.* 267 e f: *Quaestiones Romanae* 18: Διὰ τί τῶ Ἡρακλεῖ πολλοὶ τῶν πλουσίων ἐδεκάτευον τὰς οὐσίας;

74 Otto 511.

998 Cic. *Ad Q. fr.* II, 4, 1.999 *Idem* Cic. *Fam.* I, 9, 19 (1000 etiam saepe facio).1 *Rursus* Cic. *Ad Q. fr.* III, 2, 1 (3 euerterit).4-5 *Deum ... fidem* Plaut. *Epid.* 580: "Pro deum atque hominum fidem"; *Men.* 1053: "Tu clamabas deum fidem atque hominum omnium." Siehe auch Cic. *Q. Rosc.* 23: "Pro deum hominumque fidem"; *Tusc.* V, 48: "Etenim pro deorum atque hominum fidem."5 *Diis ... inuisus* Cf. Cic. *Phil.* VIII, 10: "Promissa ... scelerata, dis hominibusque inuisa." *Neque ... metuit* Vielleicht nach *Lc.* 18, 4:11 *Parens hominumque C-I: Pater virumque B.*23 *Maeonii I: Moeonii A-H.*

"Etsi Deum non timeo, nec hominem reuereor."

6 Hom. *Od.* XXIV, 64.9 *Rursum* Hom. *Il.* XVI, 458; XX, 56. Die Übersetzung von Er. umfasst, wie der Halbvers Homers, den Teil nach der Zäsur κατὰ τὸν τρίτον τροχαῖον.75 *Collect.* 236.13 *Bonis auibus* Cf. Ov. *Met.* XV, 640.*malis auibus* Cf. l. 19.14 Hor. *Epod.* 10, 1-2.18 *rursum* Hor. *Carm.* I, 15, 5-6. Er. führt Hor. *Carm.* I, 15, 5; I, 6, 2 (cf. n.l. 21) und das Homerzitat von l. 25 auch in *Adag.* 1620 (*Meliores nancisci aues*) an. Cf. *ASD* II, 4, p. 100, ll. 328-331.21 *Atque iterum* Hor. *Carm.* I, 6, 1-2. Cf. *ASD* II, 4, p. 101, n.l. 329: "*Alite* bedeutet hier jedoch 'Künder'; gemeint ist der Dichter Varius."24 Hom. *Il.* XXIV, 218-219. Er. übersetzt zwei Halbverse Homers als einen vollständigen Hexameter. Die Übersetzung ähnelt der Übertragung dieser Verse in *Adag.* 1620 (cf. n.l. 18) nicht.

Verba sunt Priami ad vxorem dehortantem, ne solus in castra Achillis proficisceretur Hectoris cadauer auro redempturus, ac multa tristia, ita vt assolent mulieres, ominantem. [I] *Auersa aui* dixit Latinus quispiam tragoediarum scriptor, qui de Agamemnone contra auspicia soluente ita loquitur:

Soluere imperat secundo rumore auersaque aui.

Refertur a M. Tullio libro De diuinatione primo. [A] Ad hanc formam referenda sunt et illa: fausto omine, bene ominata, bonis auspiciis, inauspicato, felicibus auguriis atque id genus alia, quae ab augurum arte sumpta in communem sermonem abierunt.

[A]

NOCTVA VOLAT

76

Ex eadem superstitione manauit et illud Graecanicum: Γλαύξ ἕπτται, [G] siue ἕπτται, [C] id est [A] *Noctua volat*, [C] siue *volauit*. [A] Nam priscis Atheniensibus noctuae volatus victoriae symbolum existimabatur, propterea quod auis haec Mineruae sacra crederetur, quae quidem dicta est etiam male consulta Atheniensium bene fortunare. [C] Qua de re copiosius aliquanto dicemus in prouerbio *Atheniensium inconsulta temeritas*. [A] Inde rebus feliciter atque ex animi sententia succedentibus dici consuevit *Noctua volat*. Autores Zenodotus et Suidas. [G] Non illepide dicitur volasse noctua, quoties res non viribus, sed pecuniarum interuentu confecta creditur, quod Atheniensium nomisma noctuam haberet insculptam. Vnde et illud *Laurioticae noctuae*, quod alibi recensetur. [F] Plutarchus in vita Periclis tradit illi e superiore naui tabulato concionanti noctuam ad dextram aduolasse ac malo insedissee; quod omen effectit, vt omnes irent in illius sententiam.

[A]

QVARTA LVNA NATI

77

Ἐν τετράδι γεννηθῆναι, id est *Quarta luna nati*, dicuntur qui parum feliciter nati sunt, vt autor est Eustathius in librum Iliados secundum, propterea quod Hercules hac luna natus feratur, cuius omnis vita voluptatum omnium expers ac laborum plena fuit. Dicitur et in eos, qui laboribus sibi nequitiam frugiferis fatigantur, Herculis videlicet exemplo, qui iuuandis aliis sudauit sibi inutilis. [H] Pyrrhus apud Lucium Florum dicebat se sibi videri Herculis sydere natum, quod quo pluribus victoriis Romanos concideret, hoc acriores in ipsum coorirentur. Id quod Horatius eleganter transtulit ad Annibalem:

Vt hydra secto corpore firmior

Vinci dolentem creuit in Herculem.

[A]

ALBAE GALLINAE FILIUS

78

Contra, feliciter natum *albae gallinae filium* dicimus. Iuuenalis: *Quia tu gallinae*

filius albae. Vel quod laeta atque auspicata Latini alba vocant, vel quod prouerbium alludit ad fatalem illam gallinam, de qua meminit Suetonius
 65 Tranquillus in Galba his quidem verbis: *Liuiæ olim statim post Augusti nuptias Veientanum suum reuisenti praeteruolans aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem demisit in gremium. Cumque nutriri alitem ac pangi ramulum placuisset, tanta pullorum soboles prouenit, vt hodie quoque ea villa 'Ad gallinas' vocetur. Tale vero lauretum, vt triumphaturi Caesares inde laureas decerperent; fuitque mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pangere. Et obseruatum est sub cuiusque obitum arborem
 70 ab ipso institutam elanguisse. Ergo nouissimo Neronis anno et sylua omnis exaruit radicitus et quicquid ibi gallinarum erat, interijt. Conueniet igitur adagium in eos, qui rara et fatali quadam felicitate successuque rerum vtuntur. Huic diuersum est illud apud eundem Iuuenalem: *Nati infelicibus ouis*. [E] Non abhorret huic*

33 referenda A C-I: referende B; et illa B-I: om. A.

37-38 siue ἔπατο G-I, addit χ.

40 Mineruae B-I: Minerua A, corr. s.

43 Zenodotus A C-I: Senodotus B.

29-30 *Latinus ... scriptor* Ribbeck TRF, p. 286, Ex incertis incertorum fabulis XLVI.

32 Cic. *Div.* I, 29.

76 *Collect.* 310. Cf. *Adag.* 111, n.l. 232.

37 *illud Graecanicum* Zenob. 2, 89 = Ald. col.

62. Suid. γλαύξ 282. Cf. Diogen. 3, 72 (Er.' Quelle für *Collect.* 310).

37-38 *siue ... volauit* Er. setzte 1517/1518 *volauit* als Übersetzung der Verbalform ἔπαται hinzu. Später fügte er die Aorist-Form ἔπατο an, denn *volauit* soll nicht ἔπαται, sondern ἔπατο wiedergeben.

42 *prouerbio* Cf. *Adag.* 744 (Atheniensium inconsulta temeritas), LB II, 314 B.

43-44 *Zenodotus et Suidas* Cf. n.l. 37.

45-46 *quod ... insculptam* Cf. Suid. γλαύξ 282 (ἑτέρα παροιμία).

46 *alibi* Cf. *Adag.* 1731 (Noctuae Lauriticae), ASD II, 4, p. 168.

47 *Plut. Them.* 12, 1 (Nicht Pericles).

77 *Collect.* 496. Als Er. seine *Collect.* verfasste, entnahm er dieses Sprichwort Polizians *Miscell.* I, cap. 80: "Ne quarta omnino luna (sicuti prouerbium fertur) nati credamur, vt aliis tantummodo ad Hercules exemplum laboremus" (wir zitieren nach der Badius-Edition von 1519, cf. fo. CLIII verso). Cf. *Zu den Anfängen*, p. 176.

51 Ἐν τετράδι γεννηθῆναι Diese Form des Sprichworts findet sich bei den Paroemiographen nicht (dort τετράδι γέγονας, cf. Zenob 6, 7 = Ald. col. 157. Apost. 16, 34 = Suid. τετράδι 388), sondern ist nach Eust. (cf. n.l. 52) verfasst.

44-47 Non ... recensetur G-I, addit χ.

47-49 Plutarchus ... sententiam F-I, addit π.

51 γεννηθῆναι *scripsimus*: γεγεννηθῆναι A-I.

72-73 Conueniet ... vtuntur A C-I: om. B.

52 Eust. p. 302, 35 zu *Il.* II, 612-614: Ὅ δὴ καὶ Ἡρακλῆς ἔπασχευ, ἐξ οὗ καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν ἄλλοις μοχλοῦντων τὸ ἔν τετράδι γεννηθῆναι, κατὰ τὸν Ἡρακλέα δηλαδὴ, ὃς ἐν μηνὸς τετάρτη γεννηθεὶς ἄλλοις ἦθλει. Siehe auch Eust. p. 1353, 5 zu *Il.* XXIV, 336 und p. 1534, 33 zu *Od.* V, 262.

54-56 *Dici ... inutilis* Cf. *Adag.* 2001 (Herculei labores), ASD II, 5, p. 24, ll. 14-16: "Partim Herculei labores dicuntur, qui sunt eiusmodi, vt aliis quidem maximas adferant commoditates, caeterum auctori suo nihil ferme fructus adducant." Er. empfand seine eigene Arbeit als 'Herculeus labor'.

56 *Flor.* I, 13, 19.

56-57 *Herculis sydere natum* Cf. *Flor.* loc. cit. (in der heutigen Ausgabe von Henrica Malcovati, Roma, 1972, p. 39): "Plane procreatum Hercules semine." Er. hat *sidere* (v.l.) statt 'semine' gelesen.

58 *Hor. Carm.* IV, 4, 61-62 (59 Non hydra). Er. führt *Carm.* IV, 4, 61 des Horaz auch in *Adag.* 909 (Hydrum secas), LB II, 370 E und *Adag.* 204, l. 344 an. Es fällt auf, dass er in den genannten Adagien der geläufigen Lesart 'Non hydra' folgt.

78 *Collect.* 817. Otto 749.

62 *Iuv.* 13, 141.

64 *Suet. Galb.* 1 (65 post Augusti statim nuptias; 67 ita vt rapuerat demisit; alitem pangi; 68 vt hodieque ea villa). Diese Geschichte findet sich auch bei *Plin. Nat.* XV, 136.

74 *Iuv.* 13, 142.

75 quod scribit M. Tullius libro Epistolarum familiarium septimo ad Curionem: *Quum enim salutationi nos dedimus amicorum, quae fit ex hoc etiam frequentius quam solebat, quod quasi auem albam videntur bene sentientem ciuem videre, abdo me in bibliothecam.* [G] Veteres enim quod inauspicatum haberi volebant, atrum aut nigrum vocabant, quod felix, album. Vnde apud Senecam Asinius Pollio
80 Albutii sententias, quod inaffectedatae essent et apertae, solitus est albas appellare. Quin et Graecis λευκότερον εἰπεῖν dicitur, qui clarius rem explicat.

[A]

LAVREVM BACVLVM GESTO

79

Δαφνίνην φορῶ βακτηρίαν, id est *Laureum porto baculum*. Suidas tradit ita solere loqui eos, qui essent ab aliquibus insidiis appetiti feliciterque periculum
85 effugissent, propterea quod laurus credita est aduersus venena remedium habere. [B] Plinius libro decimoquinto demonstrat laurum lustrationibus adhiberi solitam. Videtur et aduersus fulmen huius vis tueri, quandoquidem arborum vna non icitur fulmine. [C] Id adeo verum credidit Caesar Tiberius, vt nunquam non gestaret capite coronam lauream, vt in ipsius vita prodidit
90 Suetonius.

[A]

GRAVIOIRA SAMBICO PATITVR

80

LB 59 Δεινότερα Σαμβίκου πάσχει, id est *Atraciora Sambico patitur*. In eos, qui cruciatibus exquisitis torquentur aut quibus insignia mala accidunt. Prouer-
bium Plutarchus refert in Problematis Graecanicis atque huiusmodi quandam
95 adfert causam. Sambicus quispiam Eleus vna cum sociis aliquot non paucas apud Olympia aereas statuas concidit vendiditque. Deinde maiora etiam ausus Dianae praesidis templum diripuit. Est enim illius in Elide templum, quod Aristarcheum nominant. At ille mox comprehensus, dum socios prodere recusat, annum perpetuum exquisitis cruciatibus dilaceratus est, inter quos
100 etiam animam efflauit. Atque hinc vulgo nata paroemia.

[A]

FOENVM HABET IN CORNV

81

In homines maledicos ac feroces dicitur: *Foenum habet in cornu*. Horatius in Sermonibus: *Foenum habet in cornu, longe fuge*. Inde translaturum, vt Acroni placet, quod antiquitus bubus cornipetis foenum pro signo in cornu appende-
105 retur, quo sibi cauerent, qui forte occurrissent. Idque ideo fieri solitum Plutarchus in Problematis autumat, quod copiosiore pabulo non modo boues, sed et equi et asini insolentiores ac ferociores reddantur. Vnde extat et Sophoclis dictum in tumidum quempiam ac praeferocem. *Tu, inquit, ferues, quasi pullus pabuli copia*. Huic adstipulatur illud Solonis dictum apud Laertium:
110 Τὸν μὲν κόρον ὑπὸ τοῦ πλοῦτου γενναῖσθαι, τὴν δὲ ὕβριν ὑπὸ τοῦ κόρου, hoc est *Satietatem nasci ex opulentia, ex satietate ferociam*. Dictum est autem aliquando,

vt idem testatur Plutarchus, in M. Crassum, quod in cornu foenum haberet, propterea quod haudquaquam impune lacesseretur, homo praediues ac potens et simultatum persequentissimus. At postea Caesar dictus est ei foenum detraxisse, quod omnibus illum vt cornipetam taurum fugientibus ac formidantibus ipse primus ausus fuerit illi resistere. Vsurpat adagium hoc etiam diuus Hieronymus in epistola quadam minitans his, a quibus forte esset lacessendus.

[A]

CORNVTAM BESTIAM PETIS

82

120 Consimilem ferme sensum habet Plautinum illud: *Cornutam bestiam petis*, de eo

78-81 Veteres ... explicat G-I, addit χ.
83 Δαφνίνην A-H: Δαφνίνη I.
96 concidit A-E H I: concidit F G.
104 bubus B-I: bobus A.
111 ferociam F-I: ferocitatem A-E, feroci-

tam π.
112 Plutarchus F-I: om. A-E, addit π.
114 postea Caesar H I: rursus Caesar postea A-F, rursus postea Caesar G.
117 his E-I: iis A-D.

75 Cic. *Fam.* VII, 28, 2 (76 ex om.).
78-79 *Veteres ... album* Siehe Diog. Laert. VIII, 35 (34): Καὶ τὸ μὲν λευκὸν τῆς τάγα-
θοῦ φύσεως, τὸ δὲ μέλαν τοῦ κακοῦ.
79 Sen. *Contr.* VII, pr. 2: "Sententiae, quas optime Pollio Asinius albas vocabat, simplices, apertae, nihil occultum, nihil insperatum adferentes, sed vocales et splendidae."
80 *Albutii* Sc. C. Albucius Silus, aus Novaria in Oberitalien, der Deklamator, cf. Schanz-Hosius II, p. 348 sq.
81 λευκότερον εἰπεῖν Cf. *Adag.* 3700 (Candidus sermo), LB II, 1122 E: "Vnde λευκότερον εἰπεῖν dicuntur, qui clarius efferunt, quod sentiunt, hoc est σαφέστερον."

79

83 Suid. δαφνίνην 100 (= Zenob. 3, 12 = Ald. col. 67. Diogen. 4, 14).
84-86 eos ... habere Genau nach Suid. loc. cit.
86 Plin. *Nat.* XV, 134-135.
88-90 *Id ... Suetonius* Zusatz C. Suet. *Tib.* 69: "Tonitrua tamen praeter modum expauescebat et turbatiore caelo numquam non coronam lauream capite gestauit, quod fulmine afflati negetur id genus frondis." Siehe auch Plin. *Nat.* XV, 135: "Tiberium principem tonante caelo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus."

80 *Collect.* 825. Strömberg, p. 68.

92 Δεινότερα Σαμβίχου πάσχει Nach Plut. *Mor.* 302 b c: Διὰ τί ... παροιμιῶδες ἔστι τὸ 'δεινότερα Σαμβίχου παθεῖν';

94 Plut. *Mor.* loc. cit.
81 *Collect.* 241 A. Cf. *Adag.* 82. Otto 438.
102 Hor. *Serm.* I, 4, 34.
103 *Aeroni* Schol. Pseudacron. zu Hor. loc. cit.: "Fuge istum poetam satyricum, qui foenum habet in cornu. Μεταφορικῶς autem dixit, quia, quando ferunt boues, horum in cornibus ligatur foenum" (Keller II, p. 54).
106 Plut. *Mor.* 280 f.
108 *Sophoclis dictum* Soph. fr. 764 N. = fr. 848 Radt bei Plut. *Mor.* 280 f: Σὺ δὲ σφαδᾶζεις πᾶλος ὡς εὐφορβία / γαστήρ τε γάρ σου καὶ γνάθος πλήρης.
109 *apud Laertium* Diog. Laert. I, 59.
112 Plut. *Mor.* 280 f-281 a.
117 Hier. *Epist.* 50, 5, 2.: "De nobis quoque dici potest: faenum habet in cornu, longe fuge."

82 *Collect.* 241 A. Otto 439.

120 *Plautinum illud* Cf. Hier. *Adv. Ruf.* I, 31: "Hoc vnum denuntio et repetens iterum iterumque monebo: cornutam bestiam petis." Es handelt sich hier um eine Verwechslung der Belegstellen: Plautus statt Hieronymus. Dazu: *Adag.* 60, n.l. 656-657. Man vergleiche *Adag.* 2212, ASD II, 5, p. 196: "Vnde et comicus cornutam bestiam vocat hominem paratum se defendere: *Cornutam bestiam petis*" (ll. 818-819). Dazu: p. 197, n.l. 818.

qui lacessit eum, qui paratus sit retaliare iniuriam quemque non nisi tuo malo prouoces. Huc spectauit Horatius in Odis: *Parata tollo cornua.*

[A]

DIONYSIVS CORINTHI

83

Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, id est *Dionysius Corinthi*. Prouerbialis allegoria, qua
 125 significamus aliquem e summa dignitate atque imperio ad priuatam humil-
 lemque redactum fortunam, quemadmodum Dionysius Syracusarum tyrannus
 expulsus imperio Corinthi pueros literas ac musicam mercede docuit. Cicero
 Epistolarum ad Atticum libro 9.: *De optimatibus sit sane ita ut vis. Sed nosti illud*
 Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Quintilianus Institutionum oratoriarum libro 8.: *Est in*
 130 *exemplis allegoria, si non praedicta ratione ponantur. Nam ut Dionysium Corinthi esse,*
quo Graeci omnes utuntur, ita plura similia dici possunt. Hic Cicero cum ait, *nost*
illud, et Quintilianus, *quo Graeci omnes utuntur*, nimirum vterque vulgo iactatum
 fuisse significat. Caeterum vnde natum sit adagium, Plutarchus aperuit in
 135 libello, cui titulus Περὶ τῆς ἀδολοσχίας, id est *De futili loquacitate*. Laudans
 enim breuiter et grauiter dicta commemorat et illud a Lacedaemonibus
 responsum regi Philippo bellum minanti ferocientique: Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ.
 Quibus vbi rex rescripsisset, siquando in Laconicam duxisset exercitum,
 euersurum se Lacedaemonios, verbo duntaxat responderunt: Αἴχα, [B] id est
Si. [H] Plato ter nauigauit in Siciliam non sine sinistri rumoris aspergine.
 140 Vnde Molon, qui inimicum in Platonem gerebat animum, dicebat *non esse*
mirum, si Dionysius esset Corinthi, sed si Plato in Sicilia. Regem enim
 vorgebat necessitas, Platonem sollicitabat ambitio.

[A]

IN ME HAEC CVDETVR FABA

84

Terentius in Eunucho: *At enim isthaec in me cudetur faba*, hoc est Donato
 146 interprete: *in me malum hoc | recidet, in me haec vindicabitur culpa.* Translatum vel
 a faba, quae cum siliquis exuitur ac batuitur aut fustibus intertunditur, ita ut
 fit in areis more rusticorum, non ipsa perinde laborat, sed id demum in quo
 cuditur. Alii malunt ad male coctam fabam referre, quae si quando non
 maduerit, sed dura permanserit, ab iratis heris supra coqui caput saxo
 150 nonnunquam comminui consueuit, tanquam fabam vlciscentibus non
 coquum, cum vniuersum interim malum ad coquum perueniat.

[A]

TVTE HOC INTRISTI, OMNE TIBI EXEDVNDVM EST

85

Non diuersum superiori Donatus admonuit illud, quod apud eundem poetam
 legitur in Phormione: *Tute hoc intristi, tibi omne exedendum est.* Verba sunt
 155 Phormionis parasiti, qui quoniam fuerat autor consilii de ducenda puella,
 aequum esse putat, ut suo periculo rem item expediat. Translatum putant ab
 alliato rusticorum mortario. Quae quidem sententia vel hodie quoque vulgo

nostrati in ore est. Et altera huic simillima: *Colo quod aptasti, ipsi tibi nendum est*, id est: tu incipiundi autor extitisti, nunc idem explices oportet.

160 [A] FABER COMPEDES QVAS FECIT, IPSE GESTET 86

Ausonius in Trochaicis suis Terentiano prouerbio confine quoddam subnectit et poetae metaphoram altera quadam interpretatur metaphora:

165 *Tu molestus flagitator lege molesta carmina,
Tibi quod intristi, exedundum est: sic vetus verbum iubet,
Compedes, quas ipse fecit, ipsus ut gestet faber.*

Competit in eos, qui sibiipsis autores sunt malorum. Videtur autem e Theognide poeta sumptum, qui ait:

Ὅστις ἀνὴρ, φίλε Κύρνε, πέδας χαλκεύεται αὐτῶ, id est
Vincula nemo sibi cudit, charissime Cyrne.

122 in Odis *H I*: cum ait in Odis *A-G*.
161 Trochaicis *E-I*: Trimeteris *A-D*.

167 ait *D-I*: sic ait *A-C*.

122 Hor. *Epod.* 6, 12.

83 *Collect.* 737. Otto 559.

124 Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ Die griechische Fassung dieses Adagiums findet sich u.a. bei Cic. und Plut. (cf. n.l. 127 und 133).

127 Cic. *Att.* IX, 9, 1.

129 Quint. *Inst.* VIII, 6, 52.

133 Plut. *Mor.* 511 a. Man vergleiche auch: *Adag.* 1949 (Laconismus), *ASD* II, 4, p. 306.

140-141 *Vnde ... Sicilia* Nach Diog. Laert. III, 34. In der Übersetzung von Ambrogio Traversari (cf. *Adag.* 22, n.l. 726): "At vero Molon hostili aduersus illum animo non id ait esse mirandum si Dionysius Corinthi, sed si Plato esset in Sicilia" (p. 106, Ed. Basil., 1524).

84 *Collect.* 532. Otto 621.

144 Ter. *Eun.* 381.

Donato Don. zu Ter. loc. cit., Wessner I, p. 353 (145 hoc malum).

145-151 *Translatum ... perueniat* Ex. paraphrasiert Don. loc. cit. und übernimmt dabei die Ausdrücke und Wendungen des Donatus: "Batuitur faba, cum siliquis exiit tunsa fustibus, vt in areis more rusticorum fit. Vel quod quidam male coctam fabam et quae non maduerit sed dura permanserit supra caput coqui < cudent. ... tum vniuersum malum et omnis dolor ad coquum peruenit" (Wessner I, p. 353). Otto ad loc.: "Schon die Alten mühten sich, wie die Anmerkung Donats z. d. St.

zeigt, vergeblich um die Deutung des Wortes ab." Er. fügt der Erklärung Donats nichts Neues hinzu.

85 *Collect.* 533. Otto 869. Cf. *Collect.* 814.

152 Ter. *Phorm.* 318 (152 tibi omne est exedundum). Die Form 'exedundum' (sic *A-I*) fällt auf: sie ist von uns sonstwo nicht belegt.

153 Donatus führt ad Ter. *Eun.* 381 (cf. *Adag.* 84, l. 144) die Verszeile *Phorm.* 318 an (nach seiner Erläuterung zu der 'faba'): "Simile et alibi a pulmento prouerbium est 'tute hoc intristi, tibi hoc est exedundum, accingere'."

154 in *Phormione* Cf. n.l. 152.

156-157 *Translatum ... mortario* Don. zu Ter. *Phorm.* 318, Wessner II, p. 427: "Tute hoc intristi ... hoc autem inter rusticos de aleato mortario dici solet."

157 *vel bodie* Suringar 230, p. 433 sqq.: "Gij hebt het erin gebrokt, en zult het ook zelf eten" (aus Harrebomée III, p. 15).

158-159 *Colo ... nendum est* Suringar loc. cit. (cf. n.l. 157): "Dattu hebt an den spijnrocken gehangen dat moestu selver spinnen" (Murmellius, p. 56). Die beiden Sprichwörter sind bei Suringar reich belegt.

86 *Collect.* 758. Otto 623.

161 Auson. *Bissula* praef. 4-6, Prete, p. 123 = Evelyn White I, p. 218.

167 Thgn. 539 (168 οὔτος: οὔτις Ald. 1495).

170 Huic simile quiddam, humiliter quidem, sed tamen aptum vulgo dicitur:
Flagellum ipse parauit, quo vapularet. Idque sumptum a pueris [C] aut
 seruis, [A] qui coguntur aliquoties ipsi parere virgas quibus vapulent.

[A]

IPSI TESTVDINES EDITE, QVI CEPISTIS

87

His confine prouerbium refertur a Graecis scriptoribus:

175 Ἀὐτοὶ χελώνας ἐσθίειθ' ὅπερ εἴλετε, id est
Qui prendidistis, iidem edite testudines.

In eos iacitur, qui posteaquam inconsulte quippiam adorti sunt, aliorum
 implorant auxilium, quos suo negotio admisceant. Paroemiam ex huiusmodi
 quodam apologo natam existimant. Piscatores aliquot iacto reti testudines
 180 eduxerunt. Eas cum essent inter se partiti neque sufficerent omnibus com-
 edendis, Mercurium forte accedentem inuitarunt ad conuiuium. At is intelli-
 gens se nequaquam humanitatis gratia vocari, sed vt eos fastidito cibo
 subleuaret, recusauit iussitque vt ipsi suas testudines ederent, quas cepissent.
 Sunt autem [C] autore Plinio [A] in Carmania populi, qui testudinum
 185 carnibus victitent, vnde et nomen illis attributum χελωνοφάγοις. Apud quos
 affirmant inueniri testudines tanta magnitudine, vt earum testis casas integant.

[A]

ADERIT TEMESSAEVS GENIVS

88

Strabo libro Geographiae sexto refert Temessam ab Lao primam urbem esse
 Brutiae [G] ipsius aetate dictam Tempsam, [A] quam ab Ausoniis conditam
 190 Thoantis comites Aetoli deinde tenuerint atque his expulsis Brutii, demum
 Hannibal et Romani funditus euerterint. Iuxta hanc sacellum fuisse oleastris
 circumseptum Politae cuidam ex Vlyssis comitibus sacrum. Hunc, quod esset
 a barbaris violatus, graueis iras in eos exercuisse, adeo vt in prouerbium
 abierit dicerentque cauendum, ne Temessaeus genius immineret. Deinde
 195 Locrensibus Epizephyreis vrbe potitis Euthymum quendam, vt inquit Aelia-
 nus, ex Italia illuc venisse pugilem inclitum et insigni robore, qui et lapidem
 ingenti magnitudine gestauerit, qui Locris ostendi soleat. Hunc cum Polite
 LB 61 congressum ac victorem e certamine discessisse atque ita finitimos huius
 opera liberatos a tributo, quod ille consueuerat extorquere. Quin et compu-
 200 lisse illum, vt quod per vim abstulerat, redderet etiam cum foenore. Atque
 hinc prouerbium natum putant *iis, qui sordidos et iniustos quaestus faciunt, adfore
 Temessaeum genium*; quo significabant aliquando dependenda cum foenore,
 quae praeter ius et fraude seu vi rapuissent. Pausanias in Eliacis paulo
 diuersius rem narrat: nempe, comitem quendam Vlyssis ob virginem constu-
 205 pratam occisum fuisse atque ob id laruas eius, nisi quotannis oblata virgine
 placarentur, grassari solitas ac perniciem adferre omni sexui atque aetati.
 Atque hunc quidem eius loci genium vulgo fuisse creditum, quem Euthymus

- 171 ipse parauit *s B-I*: parauit ipse *A*.
 173 cepistis *A E-I*: coepistis *B C*, cepestis *D*.
 175 ἐσθιέθ' *B-G*: ἐσθιτερ' *A*, ἐσθιέσθ' *H I*.
 180 se *G-I*: sese *A-F*.
 182 nequaquam *C-I*: neutiquam *A B*.
 183 cepissent *A D-I*: coepissent *B C*.
 184 Carmania *C-I*: Carnania *A B*.
- 171 *Flagellum ... vapularet* Suringar 75, p. 128 sqq. Schon in den *Prouerbia communia* belegt: "Menich maect een roede tot sijn selfs eers" (Nr. 504).
 87 *Collect.* 814.
- 174 *prouerbium* Diogen. 1, 36 (Er.' Quelle für *Collect.* 814). Cf. Zenob. 2, 29 und Zenob. Ald. col. 48 = Apost. 4, 45.
- 175 ἐσθιέθ' Er. war im unsicheren was die Verbalform ἐσθιέθ' betrifft: cf. app. crit. Bei Diogen. Zenob. und Apost. locc. citt.: ἐσθιτε (sic *A*), von Schneidewin (Zenob. 2, 29) und Leutsch (Diogen. 1, 36) emendiert (?): ἐσθεθ'. Die Abänderung ἐσθιτε in ἐσθιέθ' (sic *B-G*) liegt im iambischen Vers (vor dem Wort ὀπρερ) auf der Hand und mag richtig sein.
- 177–178 *In eos ... admisceant* Nach Diogen. loc. cit.
- 179–183 *Piscatores ... cepissent* Nach den genannten Paroemiographen.
- 184 Plin. *Nat.* VI, 109.
 88 *Collect.* 366. In den *Collect.* folgte Er. Hermolaus, der zu Plin. VII, 152 (Pozzi, p. 557 sq.) die Geschichte des Olympioniken Euthymus (cf. I. 195) nach Pausanias VI, 6, 4–11 und Aelianus *Variae historiae* 8, 18 erzählt, ohne Hermolaus als seine Quelle zu erwähnen. Cf. *Zu den Anfängen*, p. 172 und n. 68.
- 188 Strab. VI, 1, 5, Meineke, p. 350. Er. benützte 'Strabo Latinus' cf. *Adag.* 69, n.l. 849 und Zusatz G, l. 209 sqq. (n.l. 209–216). Polydorus Vergilius, der wie Er. Hermolaus heranzog, fügte den Verweis auf Strabo hinzu: "Affore Temesseum Genium de quo Strabo etiam lib. VI. geogra. meminit" (Adagium 18 nach der Edition Froben 1521). Vielleicht übernimmt Er. den betreffenden Verweis von Polydor. Strabo loc. cit. war, nebenbei bemerkt, die Quelle aus der Eust. p. 1409, 11 sqq. zu Hom. *Od.* I, 185 schöpfte.
- 188–195 *Temessam ... Euthymum* Nach Strabo loc. cit. In der Übersetzung Guarinos (cf. *Adag.* 69, n.l. 849): "Ab Lao sane prima vrbs Brutiae extat Temesa, quam Ausonii condiderunt. Nostrae autem aetatis homines Tempsam eam vocitant. Post illos eam habuerunt Thoantis comites Etoli, quos eiecere Brutii. Brutius dehinc et Annibal et Romani funditus extinxere. Prope Temesam sacellus est oleastris circumseptum, Polyte, Vlyxis socio, dicatum. Quem barbarorum fraude trucidatum graues excitate iras tradunt. Ad eosque extare prouerbium 'heroem Temese ingruere sibi dicat nemo'. Locrensibus autem Epyzephiriis ipsa vrbe potitis Euthymum fabulantur pugilem ..." (nach der Pariser Edition von 1512, fo. LI).
- 195–202 *Euthymum ... genium* Ael. *Var. Hist.* VIII, 18. Man vergleiche Hermolaus (Pozzi, p. 557): "Aelianus *Variae Historiae* octauo libro: 'Euthymus' – inquit – 'Locrus ex Italia pyctes inclitus et robore insigni fuit; lapidem gestabat ingenti magnitudine qui Locris ostenditur et Temesaeum heroa quod cuique per vim abstulerat reddere coegit etiam cum foenore, vt inde natum sit adagium iis, qui sordidos et iniustos quaestus faciunt, affore Temesaeum genium."
 197 *Polite* Weder Aelianus noch Hermolaus locc. citt. nennt den Namen des Temesäischen Genius. Er. entlehnt den Namen 'Polites' vermutlich aus dem Straboreferat.
- 203 Paus. VI, 6, 7–11. Er. entlehnt diesen Pausaniasbericht aus Hermolaus loc. cit. und man kann sich des Eindrucks nicht erwehren, dass Er. den griechischen Pausaniastext, obwohl der ihm in Venedig handschriftlich zur Verfügung stand, zu unserer Stelle überhaupt nicht eingesehen hat. Vergleiche Hermolaus (Pozzi, p. 557): "Genium loci, quem Vlyxis comitem fuisse ab oppidanisque quia virginem constuprasset interemptum ferebant, ob id vagari laruas eius et nisi placarentur quotannis oblata virgine crassari solitas et perniciem afferre omni aetate ac sexui, compescuit, liberata quam deuouerant puella in matrimoniumque ducta, vixisse perquam diu" etc.

pugil Temessam reuersus compescuerit virgine, quam deuouerant, liberata atque in matrimonium accepta. [G] Apud Strabonem mihi locus in codice Graeco videtur non vacare menda. Sic enim legimus in aeditione Aldina: 210 "Ὡστε τοὺς περιοίκους δασμολογεῖν αὐτῷ κατὰ τὸ λόγιον καὶ παροιμίαν εἶναι πρὸς αὐτούς, μηδ' εἰς τὸν ἥρωα τῶν ἐν Τεμέσῃ λεγόντων ἐπικεῖσθαι αὐτοῖς. Fortasse tolerabilior erit lectio, si tollas coniunctionem δέ et pro λεγόντων reponas λεγόμενον. Caeterum quum Strabo recenseat prouerbum priusquam referat 215 cohibitum heroem, indicat potius in eos dici solitum, qui potentioorem se lacessunt. Etiamsi nihil vetat prouerbum ad varios vsus accommodari.

[A]

TERMERIA MALA

89

Τερμέρια κακά, id est *Termeria mala*, veteri prouerbio dicuntur ingentia maxime, quoties mala quae quis in alios impegit, aliquando in ipsius caput 220 retaliantur. Huius adagii meminit Plutarchus in vita Thesei, qui cum Herculis exemplo terras obiret, nocentes, quos superasset, eadem poena solitus est afficere, quam illi per saeuitiam in alios exercuissent. Nam Hercules Damas- cum de rupe aeditissima praecipitem dedit, Busyridem parentauit, Antaeum palaestra superatum occidit, Cygnum gladiatorum more confecit. Denique 225 Termerum humana capita confringentem verberibus itidem contudit. Vnde in eos, in quos sua malefacta retorquentur, prouerbio dicitur *Termerium malum*. [H] In hanc ferme sententiam Plutarchus in vita Thesei. [A] Est autem supplicii genus vel in primis fauorabile, cum poena sceleri respondet, quemad- modum de Thurino, fumi venditore, fumo necato legimus, et Perillo, quem 230 Phalaris aeneo impositum tauro suo ipsius inuento perdidit. Illud perquam festiuum, quod in vita Gallieni imperatoris refertur. Cum quidam vitreas gemmas pro veris imperatrici vendidisset atque ea re deprehensa vindicari flagitaret, ille venditorem rapi iussit tanquam leonibus obiiciendum; deinde caponem emittit ac cunctis rem tam ridiculam admirantibus per praeconem 235 denunciari iussit: *Imposturam fecit et passus est*, atque ita negociatorem dimisit. Sed de Termeriis malis Suidas multo aliam adfert interpretationem: nempe locum quendam esse in Caria, cui nomen Termerio, quo tyranni quandoque pro carcere soleant uti. Situm autem esse inter Melum et Halicarnassum. Ex hoc cum postea praedarentur latrones neque depelli possent, quod esset locus 240 admodum munitus, abiisse in prouerbum. Quanquam Stephanus Termeram vrbem in Lycia ponit, quam ait a Termero sortitam vocabulum. Postremo *Termeria mala* dicta videri possunt, quasi extrema mala. Nam τέρμα Graece finem significat et τερμερίαν ἡμέραν *extremum vi|tae diem* vocant. Porro Latini, quod summum videri volunt ac maximum, id extremum appellant vt extrema 245 dementia, extrema insania. Neque secus Graeci ἔσχατον κακόν, *extremum malum* pro maximo dicunt et ἔσχατων ἔσχατα, *extremorum extrema* quasi plus quam maxima.

[A]

NEOPTOLEMI VINDICTA

90

250 Νεοπτολέμειος τίσις, id est *Neoptolemica vindicta*. Superiori simillimum est, vbi
 quis eadem patitur, cuiusmodi patrauit in alios. Id Pausanias in Messeniis
 refert et exponit his verbis: Περιῆλθε μέντοι καὶ αὐτοὺς Λακεδαιμονίους ἀνά
 255 χρόνον ἢ Νεοπτολέμειος καλουμένη τίσις. Νεοπτολέμῳ γὰρ τῷ Ἀχιλλέως ἀπο-
 κτείναντι Πρίαμον ἐπὶ ἐσχάρα τοῦ ἑρκίου συνέπεσε καὶ αὐτὸν ἐν Δελφοῖς πρὸς τῷ
 βωμῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀποσφαγῆναι· καὶ ἀπὸ τούτου τὸ παθεῖν ὁποῖόν τις καὶ
 ἔδρασε, Νεοπτολέμειον τίσιν ὀνομάζουσιν, id est *Sane persuasit Lacedaemonios
 progressu temporis Neoptolemea, sicut vocant, vindicta. Siquidem Neoptolemo Achilles
 filio, qui Priamum in ipsis palatii focus occiderat, vicissim euenit, vt et ipse apud
 Delphos ad Apollinis aram occideretur; atque hinc ortum vt vbi quis idem patitur, quod*

209-216 Apud ... accommodari G-I, addit χ.
 213 lectio G-I: lectyo χ; tollas χ G H: tolles I.
 215 se G-I: in se χ.
 222-223 Damascus I: Domascum A-H.
 229 Thurino I: Thuryno A-H.
 230 Phalaris A-D F-I: Phaltris E in textu,
 corr. in Erratis.
 231 festium B-I: festinum A, corr. s; Gal-
 lienii imperatoris C-I: Galeni [Galieni s]
 imperatoris A s, Galeni B.
 236 Suidas A-F: Suida G-I.

238 Halicarnassum C-I: Halicarnasum A B.
 239 possent A-C E-I: posset D.
 242 τέρμα D-I: terma A-C.
 251-252 ἀνά χρόνον E-I: ἀνά χρόνον A-D.
 253 ἑρκίου E-I: ἑρκείου A-D.
 254 Ἀπόλλωνος A E-I: Ἀπόλλωνος B-D.
 255-256 persuasit Lacedaemonios progressu
 temporis E-I: persuasit vndequaue Lace-
 daemonios A C, persuasit vndequaue
 Lacedaemonios B D.
 256 sicut E-I: sicuti A-D.

209-216 Apud ... accommodari Zusatz G,
 nachdem Er. den griechischen Strabotext
 erworben hatte. Cf. n.l. 188.
 211-212 Ὡστε ... αὐτοῖς (211 τι λόγιον; 211-
 212 πρὸς τοὺς ἀηδεῖς, τὸν ἥρωα τὸν).
 212-214 Fortasse ... λεγόμενον Bisher ist der
 Strabotext nicht geheilt. Auch Er. hat das
 Problem nicht einer Lösung zugeführt.

89

218 Τερμέρια κακά Bei den Paroemiogra-
 phen: Apost. 16, 28. Suid. Τερμέρια 348.
 Das Adagium wird nahezu ohne Erklä-
 rung von Zenob. 6, 6 = Ald. col. 157
 (παροιμία statt ἢ παροιμία) und Diogen. 8,
 24 erwähnt.
 220 Plut. Thes. 11.
 220-226 qui ... malum Nach Plut. loc. cit.
 222-223 Nam ... dedit Damascus/Domascus
 (cf. app. crit.) muss Damastes = Procrus-
 tus, den Herakles zwar tötete, aber nicht
 von den Felsen stürzte (wie hier gesagt),
 sein.
 229 de Thurino ... legimus Cf. Adag. 241
 (Fumos vendere), ll. 274-295. Helius Lam-
 pridius erzählt in seinem Leben des Alexan-
 der Seuerus die Geschichte des Verconius
 Thurinus (Hist. Aug. XVIII, 35,5-36,3).

229-230 Perillo ... perdidit Cf. Adag. 51, n.l.
 532.
 231 in vita ... imperatoris Cf. Hist. Aug.
 XXIII, 12, 5.
 231-235 Cum ... dimisit Genau nach Hist.
 Aug. loc. cit.
 236 Suid. Τερμέρια 348.
 236-240 nempe ... prouerbiu Genau nach
 Suid. loc. cit.
 240 Steph. Byz. Τερμέρα (Meineke, p. 617).
 241-243 Postremo ... vocant Nach Apost. 16,
 28, der zu Unrecht aufgrund Suid. Τερ-
 μέρια 348 und τερμία 350, τέρμα und τερ-
 μέρια miteinander in Zusammenhang bringt:
 Τερμέρια κακά: τὰ μεγάλα· τερμία γὰρ ἡ
 ἡμέρα, ἐφ' ἧς μέλλει τὸ τέρμα τοῦ βίου
 εὐρῆσει.
 90
 250 Paus. IV, 17, 4 (253 τῇ ἐσχάρα; Ἐρκείου;
 255 ὀνομάζουσι).
 251-252 ἀνά χρόνον Anfangs las Er. ἀνά χρόνον
 (A-D) und übersetzte 'undequaue' (A-
 D). Cf. app. crit.
 257 palatii Τὸ ἑρκίον = die Umzäunung. In
 den heutigen Ausgaben τοῦ Ἐρκείου sc.
 des Zeus Herkeios (cf. n.l. 250). Siehe auch
 app. crit. ad loc.

260 *in alios fecit, Neoptolemeam vindictam appellant.* Euripides in Oreste sub persona Apollinis de Neoptolemo:

Θανεῖν γὰρ αὐτῷ μοῖρα Δελφικῷ ξίφει, id est
In fato enim illi est Delphico gladio mori.

[A]

SERVIRE SCENAE

91

265 M. Tullius *Servire scenae* dixit pro eo, quod est: servire tempori et rebus praesentibus sese accommodare. Translata ab histrionibus fabularum metaphora, qui non suoapte iudicio agunt, sed hoc vnum spectant, vt quouis modo populi oculis placeant alioqui explodendi exhibilandique. Sic enim scribit ad Brutum: *Tibi nunc populo et scenae, vt dicitur, seruiendum est. Nam in te non solum exercitus tui, sed omnium ciuium ac pene gentium coniecti sunt oculi.* Quadrabit et in
 270 eos, qui negotium aliquod susceperunt illustre, vnde necesse sit aut cum summa laude aut summa cum infamia discedere propter plurimorum expectationem. Porro tempori seruiendum esse viro sapienti, monuit et Phocylides:

Καιρῷ λατρεύειν, μήτ' ἀντιπνέειν ἀνέμοισιν, id est
Temporibus semper cautus seruire memento,
 275 *Nec refrare velis aduersum flamina venti.*

Porro metaphora haec ducta est a nauigantibus, quos necesse est semel ingressos mare ventorum atque aestus arbitrio ferri frustra conaturos, si velint aduersus ista pugnare.

[A]

VTI FORO

92

280 Huic affine est [H] Τῇ ἀγορᾷ χρῆσθαι, [A] *Vti foro*, pro eo, quod est: praesentem rerum statum boni consulere et, vtcunq; sese obtulerit fortuna, ita animum applicare. Terentius in Phormione: *Scisti vti foro.* Donatus vulgare prouerbum admonet esse ductamque metaphoram a mercatoribus, *qui non ante locum commercii praescribunt quanti vendant, quae aduehunt, sed secundum annonam*
 285 *fori, quam deprehenderit, consilium de non vendendis aut vendendis mercibus sumunt.* Seneca: *Vtamur foro, et quod fors feret aequo feramus animo.* [H] Idem epistola 72. *sub manu nasci* dixit pro ex tempore. *Ergo consilium*, inquit, *sub die nasci debet, et hoc quoque tardum est nimis; sub manu, quod aiunt, nascatur.*

[A]

POLYPI MENTEM OBTINE

93

290 Extat apud Graecos adagium in hunc ordinem referendum: Πολύποδος νόον ἴσχε, id est *Polypi mentem obtine.* Quo iubemur pro tempore alios atque alios mores, alium atque alium vultum sumere. Quod in Vlysse videtur Homerus laudare, qui eum πολύτροπον appellat, id est *moribus versatilibus.* Adagium

- LB 63 natum est a | piscis huius ingenio, de quo meminit Plinius libro nono, capite
295 vigesimonono, praeterea Lucianus in sermone Menelai ac Protei, scribuntque
colorem mutare maxime in metu. Nam persequentibus piscatoribus, petris
affigit sese, et cuicumque petrae adhaeserit, eius colorem corpore imitatur,
videlicet ne queat deprehendi. [G] Quin vt refert Basilius Magnus, pisces
300 [A] Porro prouerbium sumptum est ex Theognide, cuius hoc distichon est de
polypo. Citaturque a Plutarcho [B] in libello [A] Περὶ πολυφιλίας:
- 259 Neoptolemeam B-I: Neoptolemam A,
corr. s.
262 In fato B-I: Decretum A.
- 259 Eur. Or. 1656.
91 Otto 1599.
264 *Seruire scenae* Nach Cic. *Ad Brut.* XVII, 2
(= I, 9, 2).
268 Cic. loc. cit. (268 nam cum in; 269
coniecti oculi sint).
272 *Phocylides* Ps. Phocyl. 121, Douglas Young,
Theognis, Ps. Pythagoras, Ps. Phocylides etc.
post Ernestum Diehl, Leipzig, 1971, p. 105
= Bergk, *PLG* II, p. 467 (μηδ' sic Ald.).
In der Theokrit-Aldina von 1495 ist die
Sammlung der Phocylides zugeschriebenen
Sprichwörter abgedruckt.
92 *Collect.* 187. Otto 710. Auch in seiner
Edition der *Disticha Catonis* (Löwen, 1515,
cf. *Adag.* 190, n.l. 957) führt Er. diesen
Ausdruck an: "Foro te para ... Legi in
quibusdam codicibus: foro pare, id est
accommoda te rebus praesentibus quemad-
modum dicimus 'vti foro'."
280 Τῆ ἀγορᾶ χρῆσθαι Zusatz H. Zu dieser
griechischen Formulierung: Otto, p. 146,
Anm. zu 710.
282 Ter. *Phorm.* 79.
Donatus Don. zu Ter. loc. cit. Wessner II,
p. 371 (283-284 ante locum commercii non
praescribunt; 284 quanto; 285 de vendun-
dis aut non vendundis: non vendundis aut
vendundis codd.).
286 *Seneca* Ps. Sen. *Epist. ad Paul.* XII, Haase,
p. 78. Die editio princeps des apokryphen
Briefwechsels zwischen Paulus und Seneca
war 1515 bei Froben von Er. in den *Lucu-
brationes omnes Senecae* besorgt worden.
(Dazu: Reinhart Herzog, *Handbuch der
lateinischen Literatur der Antike*, V, p. 404
sqq. und Herding, *ASD* IV, 1, p. 98). Cf.
fo. 363 dieser Edition: "Sed feramus
aequo animo et vtamur foro, quod fors
concessit, donec inuicta felicitas finem
malis imponat."
Idem Sen. *Epist.* 71, 1, nicht 72, (287 nasci
sub diem debet; 288 et hoc quoque nimis
tardum est).
93 *Collect.* 255. Cf. *Adag.* 2555, *ASD* II,
6, p. 372, ll. 554-555: "Accommodare sese
polypumque piscem imitari non minima
prudentialia pars est."
290 *apud Graecos* Cf. Theognis 215 bei Plut.
(l. 302), Diogen. 1, 23: Πολύποδος πολυ-
χρόου νόον ἴσχε, und Apost. 2, 39: Πολύ-
ποδος πολυχρόου νόον ἴσχε.
293 πολύτροπον Cf. Hom. *Od.* I, 1; X, 330.
294 *piscis huius* Er. bezeichnet den Polypen
als 'piscis'. Er. braucht das Wort 'piscis'
mehrmals als Oberbegriff für alle Wasser-
tiere, wie Plin. *Nat.* IX, 83. Dazu: Heini-
mann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 251, n.l. 761.
Plinius Plin. *Nat.* IX, 87: "Colorem mutat
ad similitudinem loci et maxime in metu."
295 Lucian. *Dial. mar.* IV, 3.
296-298 *Nam ... deprehendi* Nach Lukian loc.
cit.
298 Basil. *Hom. in Hexaëmeron* 7, 3 (Migne,
PG 29, 153 C = S. Giet, *Basile de Césaré,*
Homélie sur l' Hexaëméron, SC 26, Paris,
1949, p. 406).
300 Thgn. 215-216: Πουλύπου ὄργην ἴσχε
πολυπλόκου, δς ποτὶ πέτρῃ / τῆ προσομι-
λήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη. Dazu: B.A. van
Groningen, *Theognis le premier livre, édité
avec un commentaire*, Amsterdam, 1966, pp.
82-84. Diese Verse findet man auch in der
Theokrit-Aldina von 1495 (nur προσομι-
λίσει statt προσομιλήσῃ).
301 Plut. *Mor.* 96 f. Siehe auch *Mor.* 916 c
und 978 e (302 πολυχρόου: πολυπλόκου in
den mss. des Thgn.; 303 τῆ προσομιλήσῃ
sic 916 c: τῆ περ ὁμιλήσῃ 96 f, 978 e).

Πουλύποδος νόον ἴσχε πολυπλόκου, δε ποτὶ πέτρῃ
 Τῆ προσομιλίζει, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη, id est
 305 *Mentem habeas vafri polyphi, qui protinus illa*
Se quibus admorit, saxa colore refert.

Clearchus in prouerbiis teste Athenaeo citat hoc distichon, tacito autoris nomine:

Πουλύποδός μοι, τέκνον, ἔχων νόον, Ἄμφιλοχ' ἦρωας,
 Τοῖσιν ἐφαρμόζων, ὧν καὶ πρὸς δῆμον ἔκησε, id est
 310 *Pulyphi ingenio mihi sis, nate Amphiloche heros,*
Vt temet populo, quemcumque accesseris, aptes.

Citat idem carmen Plutarchus ex Pindaro. Vnde et versus ille prouerbialis celebratur:

Ἄλλοτε δ' ἄλλοῖον τελέθειν καὶ χώρα ἔπεσθαι, id est
 315 *Proque loco nunc hunc fieri, nunc expedit illum.*

Qui nos admonet, vti nos ad omnem vitae rationem accommodemus ac Proteum quendam agentes, prout res postulabit, in quamlibet formam transfiguremus. Plutarchus item ἄλλοῖος γένομαι dixit, pro eo quod est, *in diuersam eo sententiam*. Quod quidem notat et Aristophanes in Pluto, qui monet viuendum esse τρόποις ἐπιχωρίοις, id est *moribus regionis ac vernaculis*. Eodem pertinet et illud, Νόμος καὶ χώρα, id est *Lex etiam ipsa regio*. Quo significatum est vniciuique regioni quaedam peculiaria esse instituta, quae hospites non damnare, sed pro virili nostra imitari atque exprimere debeamus. Neque quisquam existimet hoc adagio doceri foedam adulationem, qua quidam
 325 omnibus omnia assentantur aut vitiosam morum inaequalitatem, quam Horatius eleganter taxat in Sermonibus quamque historici notant in Catilina atque in Anedio Cassio imperatore; denique literae diuinae in quouis improbo, cum aiunt stultum perinde atque lunam immutari, cum sapiens solis exemplo sui semper sit similis. [B] Nam in Alcibiade dubites vitione an laudi danda sit;
 330 certe felicissima quaedam et admiranda fuit morum et ingenii dexteritas, qui sic polypum agebat, vt Athenis diceris et salibus luderet, equos aleret, comiter et eleganter viueret. Idem apud Lacedaemonios radebatur, pallium gestabat, frigida lauabat. Apud Thraces belligerabatur ac potabat. Vbi vero peruenisset ad Tisaphernem, deliciis, mollicie fastuque iuxta gentis morem est vsus. [A] Sed est quaedam difficilis ac prae fracta morosaque simplicitas imperitorum, qua postulant, vt omnes vbique ipsorum duntaxat moribus
 335 viuant, et quicquid aliis placet, id damnant. Rursum est honesta quaedam ratio, qua boni viri nonnunquam alienis moribus obsecundant, ne vel odiosi sint vel prodesse non possint, aut vt e magnis periculis semet aut suos
 340 eximant. Quemadmodum fecit Vlysses apud Polyphemum multa simulans, apud procos mendicum agens. Item Brutus ad simulata stoliditate, Dauid

etiam simulata insania. Quin et diuus Paulus apostolus sancta quadam iactantia gloriatur hac pia vafricie sese vsum esse, atque omnia factum omnibus, vt omnes Christo lucrifaceret. Quanquam nihil vetat in notandis vitiis vsum adagii latius trahere, nempe in homines versatili quodam ingenio natos, qui talem vbique personam induunt, quales sunt ii, cum quibus contigit agere. Quod genus eleganter descripsit Plautus in Bacchidibus,

310 Pulypi χ G-I: Polyphi A-F.

314 χῶρα *scripsimus*: χῶρου A-I: α ω [ω *erasum?*] addit χ in margine.

333 belligerabatur C-I: belligerebatur B.

334 Tisaphernem C-I: Tisaphernam B; mol-

licie C-I: molliciae B.

336 ipsorum F-I: suis A-E.

346 natos B-I: natas A, *corr. s.*

347 Bacchidibus C-I: Bachidibus A B

306 Athen. VII, 317 a b = Klearchos fr. 75 Wehrli III. Er. zog 1508 Athenaeus handschriftlich heran (309 τῶν κεν κατὰ δῆμον ἔκρηαι: ὧν καὶ δῆμον ἔκρηαι ed. 1514).

312 *Citat* ... *Pindaro* Er. irrt sich. Plut. führt die betreffenden Verse sowohl in *Mor.* 916 b c als auch 978 e nach einem Pindarusfragment an. Dies mag Er. veranlasst haben die Theognisverse Pindarus zuzuschreiben, zumal die Verse der beiden Dichter sich inhaltlich ähneln (cf. ll. 357-358 wo diese Verse angeführt sind). Pindar scheint übrigens durch die Theognisverse beeinflusst zu sein. Dazu: L.R. Farnell, *The Works of Pindar*, 3 Bde., London 1930-1932, Neudruck 1961, vol. II, p. 454 (Kommentar zu Pind. fr. 43 Schroeder).

versus ille prouerbialis Diogen. 1, 23. Apost. 2, 39. Zenob. 1, 24 = Ald. col. 25 (ἐν οἷς ἂν τόποις γένοιτο statt ἐν οἷς ἂν καὶ γένηται τόποις).

317 *Proteum* ... *agentes* Cf. *Proleg.* n.l. 638.

318 Siehe z.B. Plut. *Brut.* 40, 8 (318 γίνομαι). γένομαι Handelt es sich hier um einen Schreibfehler (γένομαι statt γίνομαι)? Vielleicht meint Er. γένομαι. Siehe aber auch: E. Schwytzer, *Griechische Grammatik* I, München, 1953, p. 780 (γένομαι ist ein sog. hyperattisches Futurum).

319 Aristoph. *Plut.* 47: Ἄσχεϊν τὸν υἱὸν τὸν ἐπιχώριον τρόπον.

321 Νῆμος καὶ χώρα Cf. *Adag.* 2555 (Lex et regio), *ASD* II, 6, p. 370. Nach Zenob. 5, 25.

325-326 *Horatius* Cf. *Hor. Serm.* II, 7, 6 sqq. bes., 10: "Vixit inaequalis."

326 *historici* Cf. *Sall. Cat.* 5: "Animus audax, subdolos, varius, cuius rei lubet simulator et dissimulator."

327 in *Aedio Cassio* Sc. Auidius Cassius, cf.

Hist. Aug. VI, 3, 4-5: "Fuit his moribus, vt nonnumquam trux et asper videretur, aliquando mitis et lenis, saepe religiosus, alias contemptor sacrorum, auidus vini item abstinens ... Nec defuerunt qui illum Catilinam vocarent."

litterae diuinae *Sir.* 27, 12: "Homo sanctus in sapientia manet sicut sol, nam stultus sicut luna inmutatur."

329-335 *Nam* ... *vsus* Zusatz B aus Plut. *Mor.* 52 e, welchen Passus Er. in den *Opuscula* von 1514 (näml. *Quo pacto possis adulatorem ab inimico dignoscere*) folgendermassen übersetzte: "Is Athenis dicteris ludebat, alebat equos comemque quandam et festiuam agebat vitam. Idem apud Lacedaemonios ad cutem vsque radebatur, gestabat pallium, frigida lauabat. Rursus in Thracia belligerabatur ac potabat. Porro quum peruenisset ad Tissaphernem, delitiis, mollicie fastiue se deditit" (*ASD* IV, 2, p. 128, ll. 186-190).

340 *Quemadmodum* ... *simulans* Cf. *Hom. Od.* IX, 252 sqq.

341 *apud* ... *agens* Cf. *Hom. Od.* XVI, 270 sqq.; XVII, 336 sqq.; XVIII, 10 sqq.

Item ... *stoliditate* Cf. *Liv.* I, 56, 8: "Ergo ex industria factus ad imitationem stultitiae, cum se suaque praedae esse regi sineret."

341-342 *David* ... *insania* I. *Sm.* 21, 13-15.

342 *Paulus apostolus* I. *Cor.* 9, 19-22.

347 Plaut. *Bacch.* 654-662. Diese Plautusverse sind einigermassen lückenhaft überliefert. Wir ziehen den Text, der von A. Ernout herausgegeben worden ist (Paris, 1964), heran (350 *Improbis cum improbus: Improbis cum improbis* nach Ernout eine Konjektur von Hermann (sic); cum furibus Hermann; 352 quoi).

Nullus, inquiens, frugi esse potest homo,
 Nisi qui et bene et male facere tenet.
 350 Improbus cum improbis sit, harpaget, furibus furetur quod queat.
 Versipellem frugi conuenit esse hominem,
 Pectus cui sapit: bonus sit bonis, malus sit malis.
 Vt cunque res sit, ita animum habeat.

Eupolis apud Athenaeum: |

LB 64 Ἄνθρωπος πολίτης πωλύπους ἐς τὸν τρόπον, id est
 356 *Urbanus homo, qui moribus sit polyypus.*

[B] Plutarchus in Causis naturalibus citat ex Pindaro versus hos: Ποντίου
 θηρὸς χρωτὶ μάλιστα τὸν νόον προσφέρων ταῖς πάσαις πολίεσσιν ὁμιλεῖ, id est
 360 *Marinae beluae colori maxime mentem accommodans cum omnibus ciuitatibus consuetu-*
dinem habet. Atque eodem in loco causam reddit, cur id huic accidat pisci. [A]
 Similem quandam metaphoram Aristoteles a chamaeleonte duxit primo Mora-
 lium libro. Ait enim, si quis a fortuna pendeat, cum illa subinde mutetur,
 futurum, vt veluti chamaeleon quispiam identidem varietur, nunc felix, nunc
 365 miser; vtcunque fors alio atque alio vultu respexerit, ita hunc quoque vultum
 atque animum mutare. De chamaeleonte meminit Plinius libro vigesimo-
 octauo, capite octauo scribens hoc animal magnitudine ferme par esse crocodilo,
 caeterum *spinæ acutiore curuatura et caudæ amplitudine distare.* Nullum, inquit,
 370 *animal pauidius existimatur; et ideo versicoloris esse demutationis.* Plutarchus in
 commentario De adulatione scribit chamaeleontem quemuis imitari colorem
 praeterquam candidum. Idem in Symposiacis conatur causam reddere de
 polypo, quamobrem non tantum mutet colorem, quod et hominibus accidit in
 metu, verumetiam sese ad saxi, quodcunque id fuerit, colorem accommodet.
 Sunt et aues quaedam, quae colorem pariter et vocem mutant pro temporibus
 375 anni, vt autor est idem Plinius libro x., cap. xxix. et Aristoteles libro De
 natura animantium nono. In voce mutanda principatum obtinet luscinia.
 Vnde et apud Euripidem Hecuba Polyxenam imitari lusciniam iubet seseque
 in omnem vocem vertere, si quo modo queat Vlyssi persuadere, ne perimatur.

[A]

COTHVRNO VERSATILIOR

94

380 Εὐμεταβολώτερος κοθόρνου, id est *Versatilior cothurno*, dictum est in hominem
 parum constantem lubricaque fide, quiue incertae et ancipitis esset factionis,
 similitudine ducta a calciamento, quod Graeci κόθορνον, Latini mutata literula
cothurnum vocant, quo mos erat vti tragoediarum actoribus. Erat autem
 τετράγωνον καὶ ἀμφοτεροδέξιον, hoc est *quadrangulum et vtrilibet conueniens pedi*,
 quodque vel dextro vel sinistro pedi poterat accommodari. Suidas addit
 385 eiusmodi fuisse, vt viris pariter ac mulieribus congrueret. Quod idem testatur
 illud Maronis: *Alte suras vincere cothurno.* Prouerbiū autem duobus effertur

modis: per comparationem, εὐμεταβολώτερος κόθορνου et per denominationem, vt hominem ipsum, qui se diuersis applicat partibus, κόθορνον appellemus. Sic enim vocatus est Theramenes rhetor Atheniensis, Prodicii Cii discipulus, propterea quod quasi duabus sederet sellis, idem et populi et triginta virum partibus studens et nunc huius, nunc illius factionis esse videretur vel potius vtriusque. [B] Plutarchus in Praeceptis ciuilibus: 'Ἄλλ' ἐνταῦθα δεῖ μάλιστα τὸν Θηραμένους κόθορνον ὑποδοῦμενον ἀμφοτέροις ὀμιλεῖν καὶ μηδετέροις προστίθεσθαι, id est *Sed hic oportet maxime Theramenis cothurnum induentem cum vtriusque versari et neutris accedere.* [A] Lucianus in Amoribus: 'Ὡς

349 et bene A-F; bene G-I.

352 bonus sit bonis B-I; bonis sit bonus A, corr. s; malus sit malis A-D; malis sit malus E-I.

364 vtcunque E-I; et vtcunque A-D.

367 caeterum B-I; coeterum A, corr. s.

372 ad saxi A-D F-I; saxi E in textu, corr. in Erratis.

374 cap. [ca. A] xxix. [29 G H] A G-I; cap. 19 [decimonono B-E] B-F.

389 Theramenes A E-I; om. B-D; Cii A-G; Chii H I.

354 Athen. VII, 316 c, Eupolis fr. 101 Kock (I, p. 284) = fr. 117 PCG (355 πολύπους ἐς τοὺς τρόπους). Er. zitiert nach einem Manuskript; in der Erstausgabe (1514): πολύπους ἐς τοὺς τρόπους.

357 Plut. Mor. 916 b c = Mor. 978 e. (358 τὸν om.; ταῖς om.). Cf. n.l. 312. Es handelt sich um Pind. fr. 43 Schroeder = fr. 235 Bowra.

360 *Atque ... pisci* Cf. Plut. Mor. 916 b *Quaestiones naturales* 19: Διὰ τί τὴν χρῶαν ὁ πολύπους ἐξαλλάττει;

361 Aristot. Eth. Nic. I, 1100 b 5-7. a *chamaeleonte* Cf. Adag. 2301 (Chamaeleonte mutabilior), ASD II, 5, p. 241 sq. In diesem Adagium gibt Er. denselben Verweis auf Aristot. (beachte jedoch Zusatz H). Siehe loc. cit. p. 243, n.l. 24.

365 Plin. Nat. XXVIII, 112 (367 spinac tantum; distans; 368 mutationis: demutationis ed. 1483).

368 Plut. Mor. 53 d. In der n.l. 329-335 genannten Übersetzung der Abhandlung *Quomodo possis...*: "Verum adulatori prorsus id accidit, quod solet chamaeleonti, siquidem et ille colorum omnium exprimit similitudinem praeterquam albi" (ASD IV, 2, p. 130, ll. 229-230).

370 *Idem* Plut. Mor. 916 b, sc. *Quaestiones naturales* nicht *Quaestiones coniuales* (= *Symposiaca*). Siehe l. 360 *Atque ... pisci* (Zusatz B). Er. hat nicht erkannt, dass es sich um denselben Verweis handelte.

373-374 *Sunt ... anni* Plin. Nat. X, 80: "Alia admiratio circa oscines. Fere mutant colo-

rem vocemque tempore anni ac repente fiunt aliae."

374 Aristot. Hist. an. IX, 632 b 15-16: Τῶν δ' ὀρνέων πολλὰ μεταβάλλουσι κατὰ τὰς ὥρας καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὴν φωνήν.

376 Eur. Hec. 334-341.

94 *Collect.* 353.

379 Εὐμεταβολώτερος κόθορνου Bei den Paroemiographen: Diogen. 4, 72 (Er.' Quelle für *Collect.* 353; siehe auch Adag. 95, 96). Zenob. 3, 93 = Ald. col. 89. Suid. εὐμεταβολώτερος 3582.

383 ἀμφοτεροδέξιον Das Wort findet sich bei Suid. κόθορνος 1909; Κόθορνος: ὑπόδημα ἀμφοτεροδέξιον.

384 *quodque ... accommodari* Cf. Zenob. 3, 93. Suid. κόθορνος 1909, aber auch Suid. δεξιός 234.

386 *illud Maronis* Verg. Aen. I, 337.

386-388 *Proverbium ... denominationem* Vergleiche *Proleg.* ll. 589-590: "(Hyperbole) Effertur variis modis vel per denominationem vel per comparationem" etc.

389-392 *Sic ... vtriusque* Sowohl von Zenob. (3, 93) als auch von Suidas (δεξιός 234; εὐμεταβολώτερος 3582; κόθορνος 1909) wird auf Theramenes verwiesen, aber nur Suid. erwähnt zur Stelle κόθορνος 1909, dass Theramenes Schüler des Prodicus war.

390 *duabus ... sellis* Cf. Adag. 602 (Duabus sedere sellis), LB II, 262 F und *Proleg.* ll. 167-168.

392 Plut. Mor. 824 b.

395 Lucian. Am. 50 (395-396 ὥστ' ἔγωγε; 397 ἴν' ἄμφω; ἐξ ἴσου).

καὶ ἔγωγ' ἂν εὐξαίμην, εἴπερ ἦν ἐν δυνατῶ, γενέσθαι Θηραμένης ἐκεῖνος ὁ
 κόθορνος, ἵνα ἄμφω νενικηκότες ἕξισοι βαδίζοιτε, id est *Itaque optarim sane, si*
modo fieri possit, Theramenes ille fieri, qui cothurnus est dictus, ut ambo ex aequo
 400 *victores discederetis.* Idem in Pseudologista: Καὶ ὁ μὲν κόθορνον τινα εἶπεν,
 εἰκάσας αὐτοῦ τὸν βίον ἀμφίβολον ὄντα τοῖς τοιοῦτοις ὑποδήμασιν, id est *Et alius*
ei cothurni nomen imposuit, nimirum mores hominis inconstantes et ancipites id genus
 405 *calciamentis conferens.* [H] Plutarchus indicat et Niciae duci ob morum vafriem
 LB 65 *cothurni cognomen fuisse vulgo tributum.* [A] Male audiit hoc nomine
 Marcus etiam Tullius. Homerus Martem, ni fallor, subinde mutantem parteis
 nouo verbo ἄλλοπρόσαλλον appellat. Nihil autem vetat, quominus adagium in
 bonam trahatur partem, vt si quis hominem facilibus moribus et quadam
 ingenii dexteritate cum quouis hominum genere congruentem κόθορνον appel-
 let; quam ob causam Homerus Vlysem πολύτροπον dixit, quod quamuis
 personam apte gereret, ducis, mendici, patrisfamilias.

410 [A] MAGIS VARIUS QVAM HYDRA 95

Ποικιλώτερος ὕδρας, id est *Magis varius quam hydra.* De callidis ac dolosis, quod
 hydra serpens sit versicoloribus notulis distincta. Apte dicetur in vafros ac
 versipelles aut etiam parum sibi constantes. [C] Refertur senarius hic apud
 Athenaeum libro Dipnosophistôn tertio:

415 Ἐποίησατ' αὐτὸν ποικιλώτερον ταῶ, id est
Fecistis hunc rauonibus varium magis.

[H] His affine est, quod Mnaseae Colophonio poetae Salpae cognomen
 populari ioco fuit inditum, eo quod in carmine varius esset; nam is piscis mire
 picturatus est aureis rubentibusque lineis a ceruice ad caudam vsque per
 420 argentea latera certis interuallis deductis, quum alioqui sit illaudati saporis.

[A] GYGIS ANVLVS 96

Γύγου δακτύλιος, id est *Gygis anulus.* Quadrat vel in homines inconstantibus
 moribus vel in fortunatos, qui veluti virgula diuina quicquid optant, id suo
 arbitrio consequuntur. Huius adagii mentionem facit Lucianus in Votis, vbi
 425 quispiam optat sibi complures anulos eiusmodi, quales habebat Gyges, alium
 quo ditesceret, alium quo gratus et amabilis redderetur, alium per quem
 liceret volare quocunque lubitum esset. Nam priscorum superstitio plurimum
 tribuit anulorum efficaciae, ita vt venditarentur incantamentis varie efficaces:
 alii contra morsus ferarum, alii aduersus calumniam, alii ad alia vel depellenda
 430 incommoda vel commoda concilianda [F] iis, qui gestarent. [A] Vnde apud
 Aristophanem in Pluto Dicaeus sycophantae minanti iudicium:

Οὐδὲν προτιμῶ σου, φορῶ γὰρ πριάμενος
 Τὸν δακτύλιον τόνδε παρ' Εὐδάμου δραχμῆς, id est

435 *Non facio te huius, quando gesto hunc anulum
Pretio drachmae mercatus ipsum ab Eudama.*

Et rursum in eadem fabula:

'Αλλ' οὐκ ἔνεστι συκοφάντου δῆγματος, id est
Attamen ad ictum sycophantae non inest.

Subauditur 'remedium'. De anulo loquitur alludens ad ferarum morsus.

440 Natum est autem prouerbum ex huiusmodi quadam fabula, quam non
grauatus est referre Plato libro De republica secundo. Neque nos item pigebit
hoc loco recensere. Gyges quidam, Lydi pater, pastor quispiam erat mercenari-
445 us eius regis, qui per id temporis imperabat Lydorum populo. Cum autem
esset aliquando saeuissima tempestas coorta, imbrium maxima vis accidit,
fulgura denique, terrae etiam quassatio, ita vt in ea regione, in qua tum Gyges
forte pascebat armenta, terra ingenti hiatu sese diduceret. Quod cum ille
animaduertisset, solus (nam caeteri pastores territi diffugerant) in hiatum
450 descendit atque ibi tum alia quaedam dictu mira conspexit, tum equum
quendam aeneum ingentem ac cauum. Inerat fenestra in equi latere; per eam
vidit in eius aluo cadauer hominis, maius humana specie. Huic nihil aderat

396 Θηραμένης F-I: Θεραμένης A-D, Θερ-
μένης E.

398 aequo C-I: equo A B.

404 Martem, ni fallor C-I: hoc genus homi-
nem A B.

405 ἀλλοπρόσαλλον A-C E-I: ἄλλοτρόςαλλον
D.

427 quocunque A C-I: quodcunque B.

431 sycophantae B-I: syncophantae A, corr.

399 *Idem* Lucian. *Pseudol.* 16.

402 Plut. *Nic.* 2, 1.

404 Hom. *Il.* V, 831. Man vergleiche Eust.
p. 612, 2-11 zu Hom. loc. cit.: "Ὅτι τὸν
θεῶρον Ἄρην προῖων ὁ Ζεὺς ἀλλοπρόσαλλον
καλέσει κτλ. und *Adag.* 602 (Duabus sedere
sellis), *LB* II, 262 F: "Quo verbo noue-
composito Ἄλλοπρόσαλλον Homerus appel-
lat Martem, id est nunc his, nunc illis
partibus fauentem."

408 πολύτροπον Cf. *Adag.* 93, n.l. 293 und
Adag. 1779 (Vlysseum commentum), *ASD*
II, 4, p. 200, l. 111.

95 Cf. *Proleg.* I. 624.

411 Ποικιλώτερος ὕδρας Diogen. 4, 72 und 7,
69 (= Apost. 14, 49). Cf. *Adag.* 94, n.l.
379 (Diogen. 4, 72 nennt unsere Adagien
Nr. 94, 95 und 96).

413 *senarius hic* Athen. III, 107 c (415 ἐποίησά
τ' αὐτὸ: ἐποίησατ' αὐτὸν ed. pr.). Es han-
delt sich um Alexis fr. 110 Kock (II, p.
335).

434-435 Non ... Eudama {*nonnullis verbis era-
sis* Nil curo te facio (?) χ} G-I: Nihil te
curo nam anulum hunc gesto ab Eudama
emptum drachma A-F.

438-439 Attamen ... remedium χ G-I: At
non inest aduersus calumniatoris morsum
remedium A-F.

417-420 *His ... saporis* Cf. Athen. VII, 321 e
f. Zu der 'salpa': Thompson, D'Arcy W.,
pp. 224-225.

96 *Collect.* 341. Cf. *Adag.* 1974 (Orci
galea), *ASD* II, 4, p. 322, ll. 902-906.

422 Γύγου δακτύλιος Diogen. 4, 72 (cf. *Adag.*
95, n.l. 411).

423 *virgula diuina* Cf. *Adag.* 97.

424 Lucian. *Nauig.* 42.

425-427 *complures ... esset* Nicht genau nach
Lucian. loc. cit.

431 Aristoph. *Plut.* 883-884 (433 τὸνδὲ sic ed.
pr. 1498).

436 *Et rursum* Aristoph. *Plut.* 885. Dieser
Vers wird von den heutigen Herausgebern
gestrichen.

441 Plat. *Rep.* II, 359 d-360 b.

442-464 *Gyges ... beneficio* Nach Plat. loc. cit.

442 *Gyges ... pater* In den heutigen Plato-
Ausgaben: τῶ [Γύγου] τοῦ Λυδοῦ προγόνῳ
(359 b), in der Aldina von 1513 τῶ Γύγου
κτλ.

vestium aut gestaminum praeter aureum anulum digito impositum. Eum vbi sustulisset, regressus e specu paucis post diebus ad pastorum coetum rediit, in quo legatus de peculiorum rationibus ad regem in menses singulos referendis creandus erat. Hic cum apud alios assedisset, animaduertit, vt si quando forte
 455 gemmam anulo inclusam introrsum verteret, repente fieret, vt a nemine conspiceretur ac, perinde quasi non adesset, ita de eo reliqui fabularentur. Quod quidem factum admiratus rursum anuli palam extrorsum conuertit moxque pastoribus conspicuus esse coepit. Eius rei cum ille diligentius et saepius fecisset periculum iamque sat exploratum haberet hanc inesse vim
 LB 66 anulo, vt versa ad se gemma inconspicuus es|set, versa ad alios conspicuus,
 461 effecit vt pastorum nomine legatus ad regem mitteretur. Profectus et vxorem regiam stuprauit et de rege trucidando cum ea consilium iniit. Denique confecto illo ipse regina in matrimonium ducta e pastore repente factus est rex, idque anuli fatalis beneficio. [I] Meminit eiusdem lib. De republica x. [B] Refert et M. Tullius libro De officiis tertio. [G] Porro Herodotus libro primo rem multo aliter narrat nec vllam anuli facit mentionem. [A] Huic simillimum illud, "Αἰδοῦ κωνῆ, id est *Orci galerus*, quod alio reddemus loco.

[A]

VIRGVLA DIVINA

97

Ab hoc non admodum dissidet *Virgula diuina*, quoties quicquid optamus id
 470 citra humanam operam quasi diuinitus nobis significamus contingere. Propterea quod antiquitas, quemadmodum in anulis, ita et in virgis ferendis existimauit aliquam fatalem ac ceu magicam inesse virtutem. M. Cicero libro De officiis primo: *Quodsi nobis omnia, quae ad victum cultumque pertinent, virgula, vt aiunt, diuina suppeditarentur.* Citatur aliquoties et apud Nonium Marcellum
 475 *Varro in Virgula diuina*, vt appareat hunc fuisse titulum alicuius ex Menippeis, qui nimirum et ipsi plerique feruntur prouerbiales. Adagium natum videri potest potissimum ab illa virga Homericam, quam ille Palladi tribuit, adeo celebri, vt de ea Antisthenes, Cynicae sectae conditor, librum conscripserit eam cum suo, vt coniicio, baculo conferens. Huius locis compluribus meminit
 480 Homerus, quum Vlysem e sene squalido repente in iuuenem vertit nitidumque facit ac formosulum, *Odysseae N*:

"Ως ἄρα μιν φαμένη ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνη, id est
Sic effata virum virga demulsit Athena.

Eundem rursus ex iuvene vertens in senem, *Odysseae Π*:

485 Ἄγχι παρισταμένη Λαερτιάδην Ὀδυσῆα
 ῥάβδῳ ἐπιπληγυῖα πάλιν ποίησε γέροντα, id est
*Cominus assistens Ithacensem Pallas Vlysem
 Restituit senio diuinae verbere virgae.*

Rursum in eodem libro, cum eum iuuentuti reddit ac robur adauget:

490 Ἦ καὶ χρυσεὶν ῥάβδῳ ἐπεμάσσατ' Ἀθήνῃ, id est
Dixit et aureola virga demulsit Athene.

Eundem ad modum Mercurio quoque, vt incantatori, virgam monstrificam tribuit, quam caduceum vocant, Odysseae ω:

495 Ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν
Καλήν, χρυσεὶν. Τῆδ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει
Ἦν ἐθέλει, τοὺς δ' αὐτε καὶ ὑπνῶντας ἐγείρει, id est
Tum manibus virgam capit aureolam atque decoram,
Hac quibus est visum, demulcet lumina somno
Atque aliis rursus dissoluit lumina somno.

500 Eadem ferme repetit [B] Odysseae E et [A] Iliados Ω:

[B] Αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,
Ἀμβρόσια, χρύσεια, τὰ μιν φέρον ἡμὲν ἐφ' ὑγρῆν
Ἦδ' ἐπ' ἀπειρονα γαῖαν ἅμα πνοιῆς ἀνέμοιοι.
Εἶλετο δὲ ῥάβδον, τῆ ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
505 Ἦν ἐθέλει, τοὺς δ' αὐτε καὶ ὑπνῶντας ἐγείρει, [G] id est
Mox vbi iam pedibus talaria subdidit aurea
Pulchraque et ambrosiam spirantia, quae simul illum

458 moxque C-I: rursusque A B; diligentius G-I: et diligentius A-F.

465-466 Porro ... mentionem G-I, addit χ.

471 ferendis B-I: ferendis A.

480-481 quum ... formosulum ante Odysseae N G-I: cum ... formosulum post Athena, l.

483, A-F, in χ hic locus signo delegandi addito

erasus est: in Odysseae N. Ὡς ἄρα ...

demulsit Athena, cum Vlysem e sene

squalido repente in iuuenem vertit niti-

dumque facit ac formosulum. Eundem rursus e iuene vertens in senem.

481 Odysseae G-I: in Odysseae A-F.

482 id est B-F: om. A G-I.

484 rursus ex G-I: rursus e A-F.

490 ἐπεμάσσατ' A C-I: ἐπεμάσσατ' B.

500 Odysseae E-I: Odysseae B-D.

501 πέδιλα E-I: πέδηλα B-D.

505 τοὺς F-I: τῶν B-E.

505-511 id est ... eadem G-I, addit χ.

464 Meminit ... De republica x. Plat. Rep. X, 612 b. Plato erwähnt zu dieser Stelle sowohl den Ring des Gyges als auch den Helm des Orcus, cf. l. 467.

465 M. Tullius Cic. Off. III, 38.

Herodotus Hdt. I, 8 sqq.

467 alio ... loco Cf. Adag. 1974.

97 Otto 1907. Cf. Payr, p. 366 sqq. Wir ziehen ihren Kommentar heran.

472 Cic. Off. I, 158 (473 omnia nobis; 473-474 quasi virgula diuina, vt aiunt).

474 Non. p. 7 M, 12 (Lindsay p. 11); p. 264 M, 27 (p. 404); p. 332 M, 15 (p. 522); p. 336 M, 27 (p. 531); p. 529 M, 7 (p. 849); p. 538 M, 29 (p. 864).

475 titulum ... Menippeis Cf. Varro Men., fr. 565-574 Bücheler.

476 qui ... prouerbiales Cf. Proleg. n.ll. 227-

228.

478 Antisthenes ... conscripserit Cf. Diog. Laert. VI, 17: Τόμος ἕνατος ἐν ᾧ Περὶ Ὀδυσσεύος. Περὶ τῆς ῥάβδου. Ἀθηνᾶ ἡ περὶ Τηλεμάχου κτλ.

480 Hom. Od. XIII, 429.

484 rursus Hom. Od. XVI, 455-456 (486 πεπληγυῖα).

489 Rursus Hom. Od. XVI, 172.

492 Eundem ad modum Hom. Od. XXIV, 2-4 (494 χερσὶ; 495 τῆ τ').

500 Eadem Hom. Od. V, 44-48 = Il. XXIV, 340-344 (504 τῆ τ'). Die Verse 501-503 werden von Er. in Adag. 142 angeführt (Il. 36-38) und die Verse 504-505 in Adag. 2883 (Munerum corruptela), ASD II, 6, p. 544, l. 717 sq., wo zu Recht τῆ τ' ἀνδρῶν geschrieben ist.

*Aera per liquidum, simul ampla per aequora vastae
Telluris venti flatu comitante ferebant;
510 Tum virgam capit, hac demulcet lumina somno
Quorumcunque velit, somnum quoque pellit eadem.*

[A] Hunc imitatus Maro sic eiusdem caduceum describit Aeneidos quarto:

*Tum virgam capit: hac animas ille euocat Orco
Pallenteis, alias sub tristia Tartara mittit.
515 Dat somnos adimitque et lumina morte resignat,
Illa fretus agit ventos et turbida tranat
Nubila.*

Neque Circae ad sua monstra peragenda virga defuit in transformandis sociis
Vlyssis, Odysseae K:

520 Ῥάβδῳ πεπληγυῖα κατὰ συφεοῖσιν ἔεργυ.
Οἶδε συῶν μὲν ἔχον κεφαλάς, id est
*Compulit in numerum porcorum verberare virgae
Percussos, et erant illis capita ecce suilla.*

Rursum paulo inferius: |

LB 67 Ὅπποτε κεν Κίρκη σ' ἐλάσει περιμήκει Ῥάβδῳ, id est
526 *Circe ubi te feriet praelongae verberare virgae.*

Aliquanto post Vlysses solus epoto Circes poculo non transformatus in pecudem:

530 Αὐτὰρ ἐπεὶ δῶκέν τε καὶ ἔκπιον, οὐδέ μ' ἔθελεξεν
Ῥάβδῳ πεπληγυῖα, id est
*Verum ubi porrectum poculum ebiberam, neque virga
Ictum me demulsit.*

Denique cum ad gratiam Vlyssis socios pristinae restituit figurae, virgae ministerium adhibuit. Quinetiam in literis Hebraeorum Moyses in edendis
535 prodigiis virga vtitur. Hanc in anguem vertit, hanc in pristinam formam restituit, hac fluminis aquam vertit in sanguinem extinctis piscibus, hac exciuit cynipes, hac diduxit vndas Rubri maris, hac e silice percussa fontem elicuit. Fortassis huc pertinet, quod regibus etiam virga tribuebatur, quam sceptrum vocant. Vnde apud Homerum aliquoties: Σκηπτοῦχοι βασιλῆες, [C] id est
540 *Sceptrigeri reges.* [A] Eodem respicit, quod alibi retulimus, *Laureum porto baculum.*

[A] STVLTVS STVLTA LOQVITVR

98

Euripides in Bacchis, Μῶρα γὰρ μῶρος λέγει, [B] id est *Nam stulta stulti oratio est.* [A] Totidem verbis propheta noster Esaias eam sententiam extulit. Seneca

545 ad Lucilium *Apud Graecos*, inquit, in *proverbium cessit: Talis hominibus fuit oratio, qualis vita*. Hoc cuiusmodi fuerit parum liquet, nisi quod tale quoddam carmen extat Graecis celebratum:

Ἄνδρὸς χαρακτήρ ἐκ λόγου γνωρίζεται, id est
Hominis figura oratione agnoscitur.

550 Democritus philosophus apud Laertium orationem εἰδῶλον τοῦ βίου, id est *vitae simulacrum*, quandamque velut vmbra esse dicebat. Qua quidem sententia nihil dici poterat verius. Nam nullo in speculo melius expressiusque relucet figura corporis quam in oratione pectoris imago repraesentatur. Neque secius homines ex sermone quam aerea vasa tinnitu dignoscuntur.

518 Circae *scriptissimus cum s*: Circe *A-I*.

531 poclum *A C-I*: poculum *B*.

534 Hebraeorum *B-I*: Haebreorum *A*

537 cynipes *H I*: cyniphes *A-G*.

542 *Hoc adagium in A post adagium* Diomedis

et Glauci permutatio *legitur vicemque adagii 99 obtinet.*

544 Esaias *C-I: om. A B.*

545 Lucilium *C G-I*: Lucillium *A B D-F.*

512 *Maro* Verg. *Aen.* IV, 242–246.

519 *Odysseae* K Hom. *Od.* X, 238–239.

524 *Rursum* Hom. *Od.* X, 293 (525 σ' ἐλάσῃ).

527 *Aliquanto post* Hom. *Od.* X, 318–319 (529 μ' ἔθελε).

533–534 *Denique ... adhibuit* Hom. *Od.* X, 389 sqq.

534 *in literis Hebraeorum* Nach der profanen Literatur kommt jetzt die Bibel aufs Tapet.

535 *Hanc ... vertit* Ex. 4, 2–3.

535–536 *hanc ... restituit* Ex. 4, 4.

536 *hac ... piscibus* Ex. 7, 20–21.

536–537 *hac ... cynipes* Ex. 8, 16–17.

537 *hac ... maris* Ex. 14, 16.

hac ... elicit Ex. 17, 5.

539 Cf. Hom. *Il.* II, 86; *Od.* IV, 63–64; VIII, 41 etc.

540 *alibi* Cf. *Adag.* 79.

98 Otto 1299. Cf. *Adag.* 1810 (Effoeminatorum etiam oratio effoeminata), *ASD* II, 4, p. 224, l. 205 und *Adag.* 2429 (Inanium inania consilia), *ASD* II, 5, p. 312, ll. 577–578. Man vergleiche auch: *Paracl.*: “Tales enim ferme sumus, quales sunt cotidianae nostrae confabulationes” (*LB* V, 140 C).

543 Eur. *Bacch.* 369.

544 *Is.* 32, 6: “Stultus enim fatua loquetur.” *Seneca* Sen. *Epist.* 114, 1. Diesen Passus aus Seneca zitiert Er. auch in *Adag.* 550 (Qualis vir, talis oratio), *LB* II, 242 E. Cf. A.D. Leeman, *Orationis ratio*, Amsterdam, 1963, p. 272, anlässlich unseres Passus des 114. Briefes von Seneca: “An old proverb of

Greek origin, which was to have a long future even after Seneca.”

545 *Apud Graecos* Siehe *Adag.* 550, *LB* II, 242 E: “Graecum id proverbium exstat apud Aristidem in secunda Rhetorices aduersus Platonem defensione: Οὐκ ἀποστατεῖ δὲ ἡ παροιμία τούτων ἢ λέγουσα ‘οἶος ὁ τρόπος τοιοῦτον εἶναι καὶ τὸν λόγον.’” Cf. Ael. Arist. II (Πρὸς Πλάτωνα, ὑπὲρ ῥητορικῆς), Lenz-Behr I, p. 269 (δὲ οὐδὲ ἦ).

546–547 *quoddam carmen* Menandr. *Monost.* 27 Jäkel, in der Gruppe εἰς φρονήσιν der Theokrit-Aldina angeführt.

550 *apud Laertium* Der Verweis auf Diog. Laert. ist nicht ganz klar. Vielleicht meint Er. Diog. Laert. IX, 37: Τοῦτου (sc. Demokrit) ἐστὶ καὶ τὸ ‘λόγος ἔργου σκιή’, cf. l. 551: *quandamque velut vmbra*. In *Adag.* 550 jedoch verweist Er. auf eine Aussage Solons bei Diog. Laert. I, 58: “Ἐλεγε δὲ τὸν μὲν λόγον εἰδῶλον εἶναι τῶν ἔργων. Auch diese Aussage mag Er. vorschweben.

552–553 *Nam ... repraesentatur* Enthält diese Bemerkung einen Hinweis auf Isocrates III (Nicoles), 7: Καὶ λόγος ἀληθῆς καὶ νόμιμος καὶ δίκαιος ψυχῆς ἀγαθῆς καὶ πιστῆς εἰδῶλόν ἐστιν?

553–554 *Neque ... dignoscuntur* Cf. *Adag.* 550 (*LB* II, 242 F): “Nimirum innuens haud aliter animum hominis ex oratione spectari quam vasa dignoscuntur crepitu, quem reddunt digito pulsata.”

555 [A]

SCINDERE PENULAM

99

Hodieque vulgo tritissimum est *Scindere penulam* pro eo, quod est: impensius retinere hospitem atque inuitare prolixius, quod qui faciunt manu in penulam iniecta quasi vi conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit vt alia complura. Cicero ad Atticum libro decimotertio de Varrone loquens *Venit,*
 560 *inquit, ad me et quidem id temporis vt retinendus esset. At ego ita egi vt non scinderem penulam. Memini enim tui, et multa erant nosque imparati. Quid refert? Paulopost C. Capito cum T. Carinate. Horum ego vix attigi penulam; tamen remanserunt.*

[A]

OCVLIS MAGIS HABENDA FIDES QVAM AVRIBVS

100

᾽Ωτιῶν πιστότεροι ὀφθαλμοί, id est *Oculis credendum potius quam auribus.* Quae cernuntur certiora sunt quam quae audiuntur. Item Horatius:

565

Nec retinent patulae commissa fidelius aures.

[E] Idem in Arte poetica:

Segnius iritant animos demissa per aurem

[A] *Quam quae sunt oculis subiecta [E] fidelibus, et quae*

570

Ipse sibi tradit spectator.

[B] Quanquam id quidem paulo alienius. Propius huc pertinet quod Plautus manus lenae vocat oculatas, non auritas, vt quae id demum crederent, quod viderent. Rursum, quod historia quam gestarum rerum esse volunt, dicta sit *παρὰ τὸ ἱστορεῖν*, quod est videre. Postremo figmentum illud Vergilianum de
 575 duabus apud inferos portis: eburna, qua significant ea quae per os exeunt ob dentium eburnum candorem, et cornea, qua quae conspiciuntur oculis, volunt intelligi ob pupularum nigrorem. In summa ad cognitionem magis faciunt aures, ad fidem faciendam certiores sunt oculi. Vnde et vulgo, si quis fabulam narret parum verisimilem, rogare consueuimus, num ea conspexerit. Quod si
 580 neget, verum audisse modo, ridetur. Prouerbum refertur in [E] epistola Iuliani ad Leontium: Ὁ λόγος ποῖος ὁ Θούριος ὄντα εἶπεν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα, [G] id est *Sermo quidam Thurius dixit aures hominibus minus esse fideles quam oculos.* Thurius appellauit indicans Herodotum dicti autorem vel ob impetum diuinum, vel quod is scriptor apud Thurius vixit et mortuus est.
 585 [E] Sumptum est autem ex Clione: ᾽Ωτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἔόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν, id est *Nam aures hominibus minus fideles sunt quam oculi.*

555 *Hoc adagium in A vicem adagii 100 obtinet.*

559 libro decimotertio E-I: libro xiii. [decimotertio D] epistola prima [i. A B] A-D.

563 *Hoc adagium in A vicem adagii 3259 obtinet.*

565 quae A C-I: que B.

572 vt quae C-I: quod B.

578 faciendam C-I: faciendum B.

580-582 epistola Iuliani ... ἀπιστότερα E-I:

collectaneis Apostolii Byzantii [Byzantii B] B-D.

582-583 id est ... oculos G-I: id est Sermo quidam diuinitus proditus dixit ... oculos λ.

585 Sumptum E-G: Sumptus H I; Clione G-I: Herodoti Clione E-F.

- 99 Otto 1321.
- 556 *Hodieque vulgo* Suringar 203, p. 382 sqq.
Cf. Sartorius, *Adagia in Batanicum sermonem conuersa*, p. 164: "Een sijn kleederen scheuren" und "Iemand zijne kleederen scheuren" (aus Harrebomée I, p. 412).
- 559 Cic. *Att.* XIII, 33 a, 1 (559 venit enim; 560 Sed ego; 561 tuum: *tui* v.l.; multi).
- 100 Otto 1272. Siehe *Apophth.* VIII, 18, LB IV, 365 C (Aussage des Thales von Milete).
- 564 Apost. 18, 71. In den Editionen nach *D* (1520) wird Apost. als Quelle dieses Adagiums überhaupt nicht mehr erwähnt. Cf. app. crit. ll. 580-582. Man vergleiche *Adag.* 3897 (Oculis ac manibus), LB II, 1163 E: "Oculis magis creditur quam auribus, quidam porro adeo sunt δυσπειθεῖς, vt nisi manibus contrectent, non credant."
- 565 Hor. *Epist.* I, 18, 70 (566 fideliter).
- 567 *Idem* Hor. *Ars* 180-182.
- 571 Plaut. *Asin.* 202 Die Kupplerin Cleareta sagt: "Semper oculatae manus sunt nostrae, credunt quod vident."
- 573-574 *Rursum ... videre* Cf. Isid. *Orig.* I, 41, 1: "Dicta autem Graece historia ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, id est a videre vel cognoscere."
- 574 *illud Vergilianum* Verg. *Aen.* VI, 893-896.
- 574-577 *Postremo ... nigrorem* Siehe *Apophth.* loc. cit.: "Eodem pertinet Homericum figmentum de somniis, quorum quae subuolant per portam corneam, vera sint; quae per eburneam, vana. Corneae portae inuolucro designans oculos ob coloris similitudinem; eburneae os ob candorem dentium." Cf. Hom. *Od.* XIX, 562-569.
- 581 Iul. *Epist.* 21, Hertlein, p. 502 = Bidez-Cumont 152 = Weis 50 (B.K. Weis, *Iulian-Briefe, Tusculum*, München, 1973). Die Lesart ὁ λόγος ποῖος (statt λογοποιός) machte Er. Probleme. Er. übersetzt *sermo quidam Thurius*, was nicht ganz klar ist.
- 583-584 *Thurium ... mortuus est* Er. sucht zwei Erklärungen für 'Thurius'. *Ob impetum diuinum* vielleicht nach dem Adjektiv θεῦρος (?). Die zweite Erklärung ist richtig.
- 585 *ex Clione* Hdt. I, 8 (585 ἀνθρώποισι).

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA II

[A]

DIOMEDIS ET GLAUCI PERMVTATIO

101

Quae refertur apud Homerum Diomedis et Glauci permutatio in prouerbium
 abiit, quoties inaequalem commutationem significamus, hoc est: deteriora pro
 5 melioribus reddita, χρύσεα χαλκείων, id est *aurea pro aereis*. Nam libro Iliados
 sexto poeta Glaucum quempiam inducit, Hippolochi filium, Lyciorum ducem,
 iactantiusculum et ostentatorem magis quam pugnacem; contra Diomedem
 vafrum callidumque. Hi duo congregiuntur μονομαχησόμενοι, id est *singulari*
 10 *certamine inter se dimicaturi*. At Glaucus rogatus a Diomede, quisnam hominum
 aut deorum esset, longa oratione natalium suorum seriem exposuit, patriam
 Lyciam, ciuitatem Ephyram indicauit. Mox Diomedes, vtpote Graecus, homi-
 nis barbari stuporem ex orationis arrogantia intelligens illudendum magis
 ratus quam occidendum respondit suis maioribus cum illius progenitoribus
 15 vetus hospitium ac necessitudinem intercessisse muneraque hospitalia, quae
 xenia vocant, inter ipsos vltro citroque data. Iamque defixa humi lancea coepit
 hortari, vt ommissa pugna maiorum suorum amicitiam inter ipsos renouarent
 alterque alteri in Lycia, alter in Argo hospitem praestaret, simulatque incolu-
 mes in patriam redissent. Interim si quando forte fortuna occurrissent, armis
 inuicem abstinerent inter se duntaxat religionem hospitii custodientes, in

2 *Adagium 101 in A vicem adagii 98 obtinet.*

5 *aurea pro aereis C-I: aurea aeris A B.*

8 *congregiuntur B-I: congregiebantur A.*

16 *inter ipsos F-I: inter sese A-E.*

18 *occurrissent H I: concurrissent A-G.*

101 *Collect. 784. Otto 384. Die Quellenangaben in Collect. 784 (Diomedis et Glauci permutatio) gründen auf Beroaldus' Annotationes (cf. Zu den Anfängen, p. 168 und n. 53). In unserem Adagium setzte Er. den schon in Collect. 784 angeführten Quellen neue Zitate hinzu (Plat. cf. l. 34; Plut. cf. l. 41; Cic. cf. l. 45). Cf. Strömberg, p. 58.*

3 *prouerbium Cf. n.l. 5.*

5 *χρύσεα χαλκείων Cf. Hom. Il. VI, 236. Plat.*

*Symp. 219 a. Aristot. Eth. Nic. V, 1136 b
 10. Cic. Att. VI, 1, 22.*

6 *poeta Cf. Hom. Il. VI, 119 sqq.*

8 *μονομαχησόμενοι* Dieser Ausdruck wurde nicht von Hom. verwendet, sondern findet sich u.a. bei Eur. (*Phoen.* 1220), Hdt. (IX, 26) und Plat. (*Crat.* 391 e).

9-20 *At ... usuri* Er. fasst Hom. Il. VI, 123-229 zusammen.

15 *vltro citroque Cf. Adag. 284.*

20 reliquos nihilominus iure belli vsuri. Tum ‘ne id videamur’, inquit, ‘proditione magis quam hospitii obseruantia facere, *arma inter nos permutemus, quo reliquus exercitus intelligat nos maiorum necessitudine deuinctos esse*’. *Quibus dictis vterque ex equo desiliit datis dextris ac fide pacta*, veluti foedus quoddam hospitii sanxerunt permutatis armis, sed admodum inaequalibus:

25 “Ἐνθ’ αὖτε Γλαύκῳ, [B] inquit Homerus, [A] Κρονίδης φρένας ἐξέλετο
Ζεύς,

“Ὅς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε’ ἄμειβε,
Χρύσεια χαλκείων, ἑκατόμβοι’ ἔνεαβοίων, id est
Iupiter hic stupidum spoliavit pectore Glaucum,
30 *Qui cum Tydide mutarit protinus arma et*
Aurea donarit sibi reddenti aerea, centum
Bibus emenda daret demens, pro vilibus atque
Quae vix esse nouem dicas redimenda iuuenis.

Vsurpatum est adagium passim a laudatissimis autoribus. [G] Plato in
35 Phaedro faciens Socratem Alcibiadi suo more respondentem, quod luci cupidus formam corporis forma mentis meliore commutare vellet, *Καὶ τῷ ὄντι χρύσεια χαλκείων διαμείβεσθαι νοεῖς*, id est *Et cum his, quae vere aurea sunt, aereis commutare cogitas*. Quanquam interpret pro aereis vertit aurichalcum. Item [A] Aristoteles quinto Moralium libro de iustitia: *Qui vero dat sua, quemadmodum*
40 *Diomedis arma sua dedit Glaucus, vt dicit Homerus, χρύσεια χαλκείων* et reliqua. [B] Plutarchus aduersus Stoicos scribens eleganter huc torquet, vt dicat non admodum iniquam fuisse permutationem Glauci, propterea quod arma ferrea non minus vsui sint pugnaturis quam aurea, sed qui corporis valetudinem anteponit honesto aut virtutem relinquit ob bonam corporis valetudinem, is
45 vere permutat χρύσεια χαλκείων. [A] Cicero in Epistolis ad Atticum libro
LB 69 sexto: | *Habes ad omnia non vt postulasti, χρύσεια χαλκείων, sed paria paribus respondimus*. Vtrunque prouerbium esse significat Cicero: *par pari*, de aequali pensatione; χρύσεια χαλκείων, de inaequali commutatione. Plinius iunior in epistola ad Flaccum: *Recipies epistolas steriles et simpliciter ingratas ac ne illam*
50 *quidem solertiam Diomedis in permutando munere imitantes*. Martialis in Epigrammatis:

Tam stupidus nunquam nec tu, puto, Glauce, fuisti,
Χρύσεια donanti χάλκεα qui dederas.

A. Gellius Noctium Atticarum libro secundo Caecilianam translationem cum
55 ipso Menandro, quem verterat, componens atque expendens ostendensque quantum a Graecanica venustate degeneret, *Diomedis, inquit, hercle arma et Glauci non dispari magis pretio aestimata sunt*. Fit huius adagii mentio etiam in prooemio Pandectarum iuris Caesarei his quidem verbis: *Nostris temporibus talis legum inuenta est permutatio, qualem apud Homerum, patrem omnis virtutis,*
60 *Glaucus et Diomedes inter se faciunt dissimilia permutantes*. Hactenus Iustinianus,

65 homo, vt ingenue dicam, nimium φιλαυτος sibi que plus aequo placens, qui centones illos suos et inaequales legum rapsodias tot eruditissimorum virorum integris voluminibus praetulerit. Iam vero nihil quidem admiror, sed maximo-
 65 mirum, si hoc ignoratum est ab iis, qui semel vniuersam contemnunt antiquitatem? Caeterum pudenda est vel ipsi iuris professioni plus quam scurrilis impudentia in eo, qui iuris interpretem profiteatur non vereri in re

22-23 ex equo B-I: ex aequo A, corr. s.

23 datis E-I: datisque A-D.

27 Τυδείδην G-I: Τυτίδην A-F.

30 Tydide scripsimus cum LB: Tytide A-I.

34-38 Plato ... Item G-I, addit χ, in χ post formam verbum cupidus iteratum et erasum est.

41 scribens C-I: om. B.

47 post par pari A i., s corr. id est, addit.

21-23 arma ... pacta Wörtliche Übertragung des Passus II. VI, 230-233.

25-28 Hom. II. VI, 234-236.

34-35 Plato in Phaedro Er. irrt sich. Es handelt sich um *Symp.* 218 e-219 a.

38 *interpres* Marsilio Ficino wurde von Er. in den *Adagia* selten mit Namen genannt (wohl in *Adag.* 2349 (Res indicabit) ASD II, 5, p. 264, l. 559). Siehe M. Cytowska, (cf. *Adag.* 68, n.l. 774), pp. 173-174.

aurichalcum "Nam pro opinione veritatem pulchrorum lucrari conaris et aurum pro auricalco recipere" (fo. 157 verso der schon genannten Edition von 1491, cf. *Adag.* 68, n.l. 775-777).

39 Aristot. *Eth. Nic.* V, 1136 b 9-10: 'Ο δὲ τὰ αὐτοῦ διδούς, ὡσπερ 'Ομηροῦ φησι δοῦναι τὸν Γλαῦκον τῷ Διομήδει χρύσεια χαλκείων κτλ. Den Hinweis auf Aristot. verdankt Er. Beroaldus (er war jedoch nicht in den *Collect.* übernommen). Man vergleiche Beroaldus: "Aristoteles in quinto Ethicorum. Qui sua (inquit) donat vt Homerus de Glauco scripsit dedisse eum arma aurea pro ferreis, centeni pretii pro nouenis" (Gruter, *Lampas* I, p. 220, cf. n.l. 58-60).

41 Plut. *Mor.* 1063 e-1064 a.

45 Cic. *Att.* VI, 1, 22.

47 *par pari* Cf. *Adag.* 35, in dem Er. übrigens diese Stelle Ciceros nicht erwähnt.

48 Plin. *Epist.* V, 2, 2 (49 recipies ergo). Dieser Textausschnitt folgt dem in *Adag.* 35, l. 136 sq. angeführten Passus (Plin. *Epist.* V, 2, 1). Die Stelle Plin. *Ep.* V, 2, 2 veranlasste Beroaldus zu seiner *Annotatio* bezüglich unseres Sprichworts.

50 Martial. IX, 94, 3-4 (53 γάλλεα donanti

49 Recipies D-I: Accipies A-C; steriles D-I: serulas A-C.

52 nunquam A B D-I: unquam s C.

54 A. Gellius I: Aulus Gellius A-H; Caecilianam D-I: Cecilianam A-C.

56 Diomedis A-D F-I: Diomedes E.

58 prooemio C-I: prohemia A B.

61 nimium B-I: nimirum A.

66 professioni F-I: facultati A-E.

χρύσεια).

54 Gell. II, 23, 7 (57 existimata: aestimata sic Beroaldus).

58 *prooemio* Sc. die sogenannte *Constitutio Omnem*, die den Digesten vorangeht (cf. § 11): "Quia vestris temporibus ... dissimilia permutantes: χρύσεια χαλκείων, εκατόνβοια ἐννεαβόλων" (Mommsen, p. 12).

58-60 *Nostris* ... *permutantes* Er. mag das betreffende Zitat Beroaldus' *Annotationes* entnommen haben. Wir führen Beroaldus' *Annotationes* nach Gruter (J. Gruter, *Lampas sive fax artium liberalium*, Francofurti, 1602-1607, 6 voll.) an. Cf. vol. I, p. 220 sq.: "Hoc exemplum ... vsurpant Latini scriptores adeo vt iurisconsulti in prooemio digestorum concinniter et eleganter hoc vsi sint sic scribentes: 'Nostris temporibus' etc.

60 *Iustinianus* Er. gibt Iustinian die Schuld am Untergang der älteren Jurisprudenz, cf. Heinemann-Kienzle, ASD II, 5, p. 31, n.l. 192-193.

61 φιλαυτος Cf. *Adag.* 292.

63-76 *Iam vero* ... *egebat* Der Kommentator Accursius hat nach Beroaldus unser *Adagium* nicht verstanden: "In cuius loci interpretatione meras nugae blactit Accursius" (Beroaldus loc. cit., cf. n.l. 58-60). Auch Polizian übt Kritik an den Kommentatoren (unter denen Accursius), die die praefatio Iustinians zu erläutern versuchen: *Miscell.* I, 93 (*Vindicta Iustiniiani principis praefatio quaequam a vitiiis mendisque aliquot*).

64 *haud scio* ... *commenti* Cf. n.l. 74-76.

prorsus ignota fabulam insulsissimam non ex autoribus, sed e somniis adferre. Maxime autem et pudet et miror inueniri doctores, qui nugamentum, non
 70 dicam tam indoctum, sed tam absurdum in publicis scholis perinde quasi praeclarum inuentum serio doceant nec vel illud animaduertant figmentum minime conuenire cum verbis Iustiniani. Nam ille significat pro relictis inutilibus ac fastidiendis voluminibus, recepta tum meliora tum breuiora hoc est permutationem factam vehementer inaequalem. Iste quisquis fuit, fabulam
 75 commentus est aequalia permutantium, nimirum utroque donante, quod supererat, recipiente cuius egebat. [B] Ergo conueniet uti, quoties officium aut munus longe impari munere pensatur aut contra; aut quoties aliquis rem pecuniariam auxit, sed dispendio famae; magistratum assecutus est, sed iactura bonae mentis; lautam fortunam repperit, sed amisit animi tranquillita-
 80 tem. Admissus est in amicitiam principis, sed excidit ab amicitia Christi.

[A]

MVLTAE REGVM AVRES ATQVE OCULI

102

Ἔτρα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέων πολλοί, id est *Aures atque oculi regum multi*, [G] quod per exploratores obseruent, quid quisque dicat faciatue. [A] Idem refertur a Luciano in libello, cui titulus De mercede seruientibus, ac rursus
 85 Aduersus ineruditum. Eiusdem meminit et Aristoteles in tertio Politicorum. [B] Hoc genus homines Graeci vocant ὠτακουστάς, quos primus Darius minor adhibuit sibi diffisus. Dionysius Syracusanus addidit προσαγωγίδας, id est *exploratores*, autore Plutarcho. [A] Allegoria inde ducta est, quod regibus quamplures vbique sunt exploratores atque ob id oculi regum dicuntur,
 90 complures auscultatores, quibus velut auribus vtuntur. Neque desunt manus et pedes quamplurimi, fortassis ne ventres quidem. Vide cuiusmodi portentum sit tyrannus et quam formidandum, tot oculis iisque emissitiis, tot auribus iisque tam asininis ac longis, tot manibus, tot pedibus, tot ventribus, ne reliqua parum honesta commemorem, instructum. Aristophanes in Achar-
 95 nensibus Pseudartabam regis oculum appellat, quod per eum cognosceret quid ageretur. Aliter autem Andromache apud Euripidem filium vitae oculum vocat:

Εἷς παῖς ὅδ' ἦν μοι λοιπὸς ὀφθαλμὸς βίου, id est

Erat relictus gnatus hic mihi vnicus

100 *Vitae oculus,* |

LB 70 propterea quod vnicum esset in vita oblectamentum. Nam oculo nihil charius. Vnde, quos adamamus, oculos vocamus.

[A]

LONGAE REGVM MANVS

103

Quod ab Ouidio scriptum est:

105 *An nescis longas regibus esse manus?*

etiam vulgo in ore est: *A regibus cauendum, quod eis praelonga sint brachia.* Nimirum, quod per suos, quibus brachiorum vice vtuntur, possint etiam procul dissitos affligere. Potest et ad tempus referri, quod reges etiam si diutius dissimulent, soleant tamen aliquando poenam sumere de iis, quibus infensi fuerint vel Homero teste, apud quem Iliados A Calchas ad hunc loquitur modum:

72 minime C-I; neutiquam A B.

76 supererat A-C; superaret D-I.

79 reperit B-H; reperit I.

81 *Adagium 102 in A vicem adagii 101 obtinet; 103 in A vicem adagii 102; 104 in A vicem 103 etc.; regum A-G I: regnum H.*

82 Ὠτα C-I: Ab hoc non valde dissonat illud ὦτα A B; βασιλέων F-I: βασιλέως A-

72 *ille* Sc. Iustinianus.

74-76 *Iste ... egebat* Er. mag auf den Kommentar von Accursius, in dem der unsere Stelle erläutert, anspielen: "Diomedes enim, cum rediret per mare a Troiana victoria indigebat vino et inuenit Glaucum iuxta mare abundantem vino et carentem equis. At ipse multos habebat equos, quos in praelio habuerat, et ita dedit eis de equis sibi inutilibus pro vino necessario et vtili sibi; et Glaucus dedit ei vinum superfluum et accepit equos necessarios. Sic et nos fecimus permutationem de inutili modo legendi ad vtilem." Wir haben die Ausgabe: *Digestum vetus seu Pandectarum Iuris ciuilis tomus primus, commentarii Accursii ... illustratus*, Antuerpiae, 1575, col. 52 herangezogen.

76-80 *Ergo ... Christi* Zusatz B. Er. wendet das Proverb auf die Aktualität seiner Zeit an, wie er öfters tut in den Zusätzen B (cf. *Adag.* 201).

102 Siehe *Adag.* 119, ll. 575-576 und *Adag.* 267, ll. 795-796.

82 Ὠτα ... πολλοί Nach Lukian, cf. n.l. 84.

84 Lucian. *De merc. cond.* 29: Ὠτα γὰρ καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πολλοί.

ac rursus Lucian. *Adv. indoct.* 23: Οὐκ οἶσθα ὡς ὦτα καὶ ὀφθαλμοὶ πολλοὶ βασιλέως; Cf. Strömberg, p. 55.

85 Aristot. *Pol.* III, 1287 b 29-30.

86-88 *Hoc genus ... Plutarcho* Plut. *Mor.* 522 f-523 a (cf. *Adag.* 267, l. 797). In der erst 1525 erschienenen Übersetzung der Abhandlung *De curiositate* (dazu: Koster, *ASD* IV, 2, p. 108) lautet unsere Stelle: "Primus itaque Darius minor quosdam habebat auscultatores, quos ὠτακουστάς vocant, sibi ipsi diffidens nullosque non suspectos habens ac metuens" (*ASD* IV,

E.

83 quod per ... faciatur G-I, addit χ.

89 quamplures G-I: complures A-F.

94-95 Acharnensibus F-I: Acarnibus A, Acarnanibus B C, Acharnanibus D-E.

101 oblectamentum E-I: oblectamen A-D.

103 Longae A E-I: Longe B-D.

110 Calchas F-I: Chalcas A-E.

2, p. 302, ll. 378-380). Siehe auch Aristot. *Pol.* V 1313 b 12-14.

88-90 *Allegoria ... vtuntur* Man vergleiche Ioh. Bapt. Pius *Emendationes et annotationes eiusdem Pii in Marci Tulli ad Hortensium opus* (in der von uns benützten Edition, Bononiae, 1505, zwischen cap. CL und cap. CLI eingeschoben): "Reges illi barbari tyarati habebant carissimos satrapas, quos oculos suos vocabant, quoniam scilicet per eos multa viderent, praestabantque illis officium oculorum. Nonnullos aures suas dicitabant quippe cum vterentur opera illorum ad audienda subditorum desideria, noua rumores et id genus reliqua. Reges solitos tales aures appellare legi apud Plutarchum."

92 *oculis ... emissitiis* Zu diesem Ausdruck Plaut. *Aul.* 41: "Circumspectatrix cum oculis emissitiis."

93 *auribus ... longis* Cf. *Adag.* 267, l. 795: "Tyrannos, quibus cum aures sint asininarum instar longae" etc.

94 Aristoph. *Ach.* 91-92: Ψευδαρτάβαν / τὸν βασιλέως ὀφθαλμόν.

96 Eur. *Andr.* 406.

101 *oculo nihil charius* Cf. *Proleg.* n.l. 615.

103 Otto 1037. Man vergleiche Apost. 11, 7 a: Μακροὶ τυράννων χεῖρες.

104 Ov. *Her.* 17 (16), 166.

106 *vulgo* Cf. Suringar 107, p. 193 sqq. "Men sall sich vor herren und konige hoeden, want sie hebben lange arme" (Tappius *Germanicor. Adagior.* VII, p. 91, bei Suringar, p. 194. Dazu: Harrebomée III, p. CXXXIX sq.). Siehe auch Harrebomée I, p. 19: "Groote heeren (of: Koningen) hebben lange handen (of: armen)" (nicht von Suringar erwähnt).

110 Hom. *Il.* I, 80-82 (114 ἀλλά τε).

Κρείσσων γὰρ βασιλεύς, ὅτε χώσεται ἀνδρὶ χέρηϊ.
 Εἶ περ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψη,
 'Ἀλλὰ γε καὶ μετόπισθεν ἔχει κότον, ὄφρα τελέσση, id est
 115 *Rex deus est, quoties succensuit inferiori.*
Quanquam etenim in praesens feruentem concoquit iram,
Post odit tamen, usque odium dum expleuerit ultus.

[A]

CLAVVM CLAVO PELLERE

104

"Ἦλω τὸν ἦλον ἐκκρούειν, id est *Clauum clauo pellere*. Καὶ πάτταλον παττάλω
 120 ἐξέκρουσας, id est *Paxillum paxillo pepulisti*, id est malum alio malo depulisti.
 Lucianus in Philopseude: Καὶ ἦλω, φασίν, ἐκκρούεις τὸν ἦλον, id est *Et clauo,*
quod aiunt, extundis clauum. Idem in Apologia: Δέδοικα μὴ πρὸς τῇ ἐπιφερομένῃ
 κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν προσλαβὼν κᾶτα εὐρίσκωμαι ἦλω, φασίν, ἐκκρούων
 τὸν ἦλον, τῷ μείζονι τὸν σμικρότερον, id est *Vereor ne, si ad intentatum crimen*
 125 *etiam adulationis accusationem adiunxero, clauum, quod aiunt, clauo pellere videar,*
maiore minorem. Aristoteles libro Politicorum quinto, [H] capite penultimo
 [A] scribit tyrannis amicos esse viros improbos et adulatores. Nam hos
 demum illis vtilis esse, quippe malos ad mala: [H] Καὶ χρήσιμοι οἱ πονηροὶ εἰς
 τὰ πονηρά· ἦλω γὰρ ὁ ἦλος, ὥσπερ ἡ παροιμία, id est [A] *Clauus enim clauo,*
 130 *subaudi 'truditur', [H] ut habet prouerbium*. [A] Synesius ad Olympium:
 Λυποῦσι τὴν ἐκκλησίαν ἀλλότριοι πονηροὶ· διάβηθι κατ' αὐτῶν. Οἱ πάτταλοι γὰρ
 παττάλους ἐκκρούονται, id est *Ecclesiam vexant externi improbi; illos inuade. Nam*
paxilli paxillos excutiunt. Diuus Hieronymus ad Rusticum monachum *Philos-*
sophi seculi, inquit, *solent amorem veterem amore nouo quasi clauum clauo pellere*. [E]
 135 M. Tullius Tusculanarum quaestionum libro quarto: *Loci denique mutatione*
tanquam aegroti non conualescentes saepe curandus est; etiam nouo quodam amore
veterem amorem tanquam clauum clauo eiiciendum putant. [A] Iulius Pollux in nono
 libro scribit adagium esse natum a lusu quodam, qui κυνδαλισμός vocetur, quo
 140 paxillum argillosae terrae infixum altero impacto paxillo excutiebant, citatque
 senarium hunc prouerbialem:

"Ἦλω τὸν ἦλον, παττάλω τὸν πάτταλον, [B] id est
Clauumque clauo, perticamque pertica.

[A] Locus igitur adagio, non modo cum vitium vitio, malum malo, dolum
 dolo, vim vi, audaciam audacia, maledicentiam maledicentia retundimus,
 145 verumetiam quoties rem vtcunque molestam diuersa molestia profligamus; vt
 cum libidinum incitamenta laboribus obruimus, curam amoris aliis maioribus
 curis domamus. Eusebius In Hieroclem: Δαίμονας γὰρ ἀπελάυνει ἄλλον ἄλλω, ἦ
 φασί, δαίμονι, id est *Daemones enim abigit alium alio, quemadmodum aiunt, daemone,*
 mirum ni alludens ad hoc prouerbium. [B] Nec abhorret his ille Publii mimus:

150 *Nunquam periculum sine periculo vincitur.*

[A]

MALO NODO MALVS QVAERENDVS CVNEVS

105

Ad hanc sententiam alludit et illud: *Malo nodo malus est quaerendus cuneus*. [B] Ita diuus Hieronymus ad Oceanum: *Interim iuxta vulgare prouerbum, malo arboris nodo malus cuneus requirendus est*. Eo licebit vti, [A] quoties malum simili malitia

LB 71
155
retundimus. Sumptum a sectoribus roborum, qui siquando durior in ligno nodus inciderit, nolunt in eo periclitari securim, verum cuneum quempiam durum magis quam bonum inserunt. [B] Congruit huic illud Sophoclis apud Plutarchum [E] ἐν τῷ Περὶ τῆς εὐθυμίας:

[B] Πικρὰν χολὴν κλύσουσι φαρμάκῳ πικρῷ, id est
160 *Remedio amaro bilem amaram diluunt.*

- 124 τὸν σμικρότερον G-I: τὸ σμικρότερον A-F.
126 minorem B-I: minus A.
129 enim H I: enim inquit A-G.
130 Olympium G-I: Olympum A-F.
131 οἱ πάτταλοι A-G: πάτταλοι H I.
132 improbi A-D F-I: probi E.
138 κυνδαλισμός *scripsimus*: κινδαλισμός A-I.
142 Clauumque ... pertica χ G-I: Clauo clauum, paxillo paxillum B-F.
147 ἡ *scripsimus cum* LB: ἡ A-I.

- 148 Daemones B-I: Daemonas A.
149 ni alludens B-I: inalludens A, corr. s.; his C-I: om. B.
150 periculum C-I: periculum B; periclo C-I: periculo B.
152 alludit G-I: accedit A-F; illud B-I: illud quod apud eundem Hieronymum refertur A; est B-I: om. A.
158 Plutarchum E-I: Menandrum B-D.
159 id est D-I: om. B C.

104 *Collect.* 50. Otto 396.

- 119 "Ἰλω ... ἐκκρούειν Nach Suid. ἧλω 259 oder Lucian. *Philops.* 9 (cf. n.l. 121). Cf. Apost. 8, 52. Der Ausdruck ἧλω ... ἐκκρούειν fehlt in *Collect.* 50, da Er.' Diogeniantext (näml. entweder der Codex Bodleianus Grabianus 30 oder eine Kopie davon, cf. *Proleg.* n.ll. 206-207) dieses Sprichwort nicht enthielt. Siehe app. crit. Leutsches zu Diogen. 5, 16.
119-120 Καὶ ... ἐξέκρουσας Diogen. 5, 16. Cf. *Adag.* 120, n.ll. 584-585. Fr. übersetzt Καὶ nicht (dazu Leutsch in app. crit.).
120 id est ... *depulisti* Cf. *Adag.* 106.
121 Lucian. *Philops.* 9.
122 *Idem* Lucian. *Apol.* 9 (124 καὶ μεῖζονί γε).
126 Aristot. *Pol.* V, 1314 a 4-5. Die Zusätze H (ll. 126; 128-129) ergeben sich aus Er.' Beschäftigung mit der Aristotelesedition, die 1531 mit einer Vorrede von Er. (= Ep. 2432) bei Bebel erschien. Cf. *ASD* II,

4, p. 271, n.l. 113.

- 130 Synes. *Epist.* 44, Antonius Garzya, *Synesii Cyrenensis Epistolae*, Romae, 1979, p. 83 = *Epist.* 45 Hercher (132 παττάλοισ).
133 Hier. *Epist.* 125, 14 (134 expellere, sic ed. 1516).
135 Cic. *Tusc.* IV, 74-75 (136 quidam; 137 clauo clauum).
137 Poll. IX, 120.
147 Eus. In *Hieroclem* 30 (147 ἄλλω ἄλλον) cf. M. Forrat, *É. des Places, Eusèbe de Césarée contre Hiéroclès, SC* 333, Paris, 1986, p. 162.
149 ille *Publii mimus* Publil. Syr. 383 / N 7 Meyer (= Friedrich), angeführt von Gell. XVII, 14, 4 und Macr. *Sat.* II, 7, 11.
105 *Collect.* 51. Otto 480.
153 Hier. *Epist.* 69, 5.
158 Plut. *Mor.* 468 b (159 κλύσουσι). Es handelt sich um Soph. fr. 770 N. = fr. 854 Radt.

[A]

MALVM MALO MEDICARI

106

Τὸ κακὸν κακῶ θεραπεύειν, id est *Malum malo medicari*. Est malum aliud alio malo tollere. Sophocles in Aiace Mastigophoro:

165 Εὐφημα φώνει· μὴ κακὸν κακῶ διδούς
 Ἄκος πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τίθει, id est
*Bene ominata loquere, ne malum malo
 Medicans et hancce noxam adaugeas tibi.*

Dehortatur Aiace Tecmessa, ne malo insaniae addat alterum maius malum, spontaneam caedem sui. [B] Et Herodotus in Thalia: Μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰῶ, id est *Ne malo medearis malo*.

170

[A]

MORBVM MORBO ADDERE

107

Morbum morbo addere, id est conduplicare malum. Euripides in Alceste:

Μὴ νοσοῦντί μοι νόσον
 Προσθῆς· ἄλις γὰρ συμφορᾶ βαρύνομαι, id est
 175 *Ne tu mihi morbo laboranti alterum
 Appone morbum; nam sat hoc premor malo.*

Eiusdem figurae est Homericum illud Iliados ξ:

Μὴ πού τις ἐφ' ἔλκει ἔλκος ἄρηται id est
Vulneri uti ne quis vulnus tibi forsitan addat.

180 Sophocles item:

Δευτέραν ἔπαισας ἐπὶ νόσῳ νόσον, id est
Morbo quidem morbum addidisti tu alterum.

[H] Non alienum est ab hac forma, quod est apud Homerum Iliados Η, αἰνόθεν αἰνώς, quum indicamus acerbis addi acerbiora. Sic enim ibi loquitur

185 Menelaus:

Ἦ μὲν δὴ λῶβη τάδε γ' ἔσσειται αἰνόθεν αἰνώς, id est
Dedecori res ista profecto dedecus addit.

[A]

IGNEM IGNI NE ADDAS

108

Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ, id est *Ne incendium incendio addas*. Vsurpatur a Platone. Sensus liquet. Ne calamitatem adiungas calamitati, ne commotum magis etiam commoueas. Diogenianus putat a carbonario quodam esse natum, qui inualescente incendio conflagrarit clamans interim: μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ. Plato libro De legibus secundo vetat, ne pueri ad annum vsque duodeuigesimum vinum bibant, ne, si vini calor accesserit ad feruorem aetatis, ignem igni suggerere videantur. Item Plutarchus in Praeceptis coniugalibus: Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ

195

γένηται, id est *Ne ignis ad ignem accedat*. Vtitur idem cum aliis aliquot locis tum in Praeceptis de valetudine: "Ἴνα οὖν μὴ πῦρ ἐπὶ πυρὶ, ὡς φασι, πλησμονή τις ἐπὶ πλησμονῇ καὶ ἄκρατος ἐπὶ ἀκράτῳ γένηται, id est *Vt ne igitur ignis ad ignem, [F] quemadmodum proverbio dicitur, [A] expletio ad expletionem, merum ad merum addatur*."

200

[A]

OLEVM CAMINO ADDERE

109

Affinem huic habet sententiam *Oleum camino addere* pro eo, quod est: malo fomentum ac velut alimoniam suppeditare, quo magis ac magis augetur. Horatius in Satyris:

205 *Adde poemata nunc, hoc est, oleum adde camino,*

id est adde maioris insaniae materiam. Vsurpat hoc diuus Hieronymus ad Eustochium: *Vinum et adolescentia duplex est incendium voluptatis. Quid oleum flammae adiicimus?*

167 hancce F-I: hancce A, hanc B-E.

168 Aliacem G-I: om. A-F.

173 νοσοῦντί A-D F-I: νοσοῦν τι E.

175 Ne A C-I: Me B.

182 Morbo ... alterum χ G-I: Alterum accumulasti morbo morbum A-F.

195 coniugalibus E-I: coniugalibus A-D.

197 ἐπὶ πυρὶ A-D: ἐπὶ πῦρ E-I.

199 expletio ad expletionem C-I: impletio ad impletionem A B.

206 Hieronymus B-I: Hieronimus A, corr. s.

106 Cf. *Adag.* 104, l. 120. Harrebomée I, p. 461: "Men moet het kwaad met kwaad verdrijven."

162 Τὸ ... θεραπεύειν Er. scheint die griechische Fassung dieses Sprichworts nach Apost. 14, 1 verfertigt zu haben: "Ὅταν τὸ κακὸν ὑπὸ κακοῦ θεραπεύεται. Cf. Strömberg, p. 15 und 48.

163 Soph. *Ai.* 362-363. Dazu: Jebb, *Sophocles, The Plays and Fragments, vol. VII, The Ajax*, p. 64, n.l. 362. Siehe auch Otto 1024.

169 Hdt. III, 53: μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ. Siehe auch Stob. III, 23, 12, p. 598 Hense.

107

171 *Morbum ... addere* Die lateinische Fassung dieses Adagiums ist von uns in der antiken Literatur nicht nachgewiesen.

172 Eur. *Alc.* 1047-1048.

177 *Homericum illud* Hom. *Il.* XIV, 130. Er. übersetzt den Halbvers Homers als einen vollständigen Hexameter.

180 Soph. *Oed. Col.* 544. Der teilweise angeführte iambische Trimeter des Sophocles wird in einen vollständigen iambischen Vers umgesetzt.

183 Hom. *Il.* VII, 97.108 *Collect.* 646. Otto 844.

189 Μὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ Diogen. 6, 71.

Vsurpatur a Platone Den Hinweis auf Plato (*Leg.* II, 666 a: Διδάσκοντες ὡς οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν.) mag Er. Zenob. 5, 69 = Ald. col. 146 (Πῦρ ἐπὶ πῦρ) oder Suid. πῦρ 3211 (Πῦρ ἐπὶ πυρὶ) entnommen haben.

191 Diogen. 6, 71. Cf. *Collect.* 646: "A carbonario quodam exusto natum gerunt."

192 Plat. loc. cit.

195 Plut. *Mor.* 143 f.

196 *idem* Plut. *Mor.* 123 e (197 ἔν' οὖν; 198 ἐπ' ἀκράτῳ).

198-200 *Vt ne ... addatur* Man vergleiche Er.' Übersetzung in den *Opuscula (De tuenda sanitate praecepta)*: "Itaque ne ignis addatur igni, quemadmodum proverbio dicitur, hoc est, ne ingurgitatio ingurgitationi, intemperantia intemperantiae" (*ASD* IV, 2, p. 192, ll. 90-91).

109 *Collect.* 294. Otto 1283. Cf. Payr, p. 372.

204 Hor. *Serm.* II, 3, 321.

206 Hier. *Epist.* 22, 8, 2 (207 duplex: duplex est codd.). In der Edition von 1516 (tom. primus, fo. 63 B): duplex. Er. führt dieselben Zitate *Collect.* 294 an. Obwohl es mehrere Belegstellen für dieses Adagium gibt (cf. Otto loc. cit.), setzt Er. keine in den *Adagia* hinzu.

[A]

OLEO INCENDIVM RESTINGVERE

110

210 Ἐλαίῳ πῦρ σβεννύεις, id est *Oleo restinguis incendium*, dici solitum, vbi quis ea admouet remedia, quae malum magis ac magis exacerbent. Veluti si quis animi tristitiam foedis voluptatibus obruere conetur. Aut si quis offensum iurgiis et conuiciis velit placare. Quod si dicatur εἰρωνικῶς, nihil differet a proximo. Huc respexit Lucianus in Timone, cum ait, si quem aspe|xerit incendio conflagrantem, pice atque oleo se velle restinguere.

LB 72
215

[A]

VLVLAS ATHENAS

111

Γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, id est *Vlulas Athenas*, subaudiendum ‘portas’ aut ‘mittis’. Conueniet in stultos negociatores, qui merces eo comportant, vbi per se magis abundant, *vt si quis in Aegyptum frumentum, in Ciliciam crocum inuectet*. Venustius fiet, si metaphora ad res animi transferatur, vt si quis doceat doctiorem, carmina mittit poetae, consilium det homini consultissimo. Cicero ad Torquatum: *Sed rursus γλαῦκας εἰς Ἀθήνας, qui haec ad te*. Idem ad fratrem: *Et tibi versus, quos rogas, hoc est Athenas noctuam mittam*. Aristophanes ἐν Ὀρνισιν:

220

Τί φῆς; τίς γλαῦκ' Ἀθήναζ' ἤγαγε; id est
225 *Quid ais? quis, oro, vehit Athenas noctuam?*

recensens quae quibus sint iucunda, scribit in totum ea natura sese inuicem delectari, quae genere sint coniuncta aut similia vt hominem homine, equum equo, adolescentem adolescente. Atque huc tendere prouerbia vulgo iactata:
 LB 79 "Ἡλιξ ἥλικα τέρπει. Item id genus | alia quaedam. Verba illius haec sunt: Τὰ
 601 συγγενῆ δὲ κατὰ φύσιν ἀλλήλοις ἐστίν, ἅπαντα τὰ συγγενῆ καὶ ὅμοια ἡδέα ὡς ἐπὶ
 τὸ πολὺ, οἷον ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ ἵππος ἵππῳ καὶ νέος νέῳ. "Ὅθεν καὶ αἱ
 παροιμίαι εἴρηγται, ὡς ἥλιξ ἥλικα τέρπει, καὶ ὡς αἰεὶ τὸ ὁμοῖον, καὶ ἔγνω δὲ θῆρ
 θῆρα, καὶ αἰεὶ κολοῖός πρὸς κολοῖόν, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. Theognis ait
 605 amicitiam cohaerere inter aequales, vicinos et senes:

Πάντες μὲν τιμῶσιν ὁμῶς, ἴσοι οἳ τε κατ' αὐτὸν
 Οἰκοῦσι χωρὶς, οἳ τε παλαιότεροι, id est
Omnes hi sese venerantur amantque vicissim,
Vicini, aequales viribus atque senes.

610 [C] Nec alienum est ab hoc prouerbio, quod Empedocles ait apud Aristotelem, libro De anima primo, animam esse quiddam ex omnibus elementis conflatum, imo ipsam horum quiduis esse et vnumquodque cognoscere, eo quod habet affine quiddam cum singulis. [G] Vnde et Plato in Timaeo dicit animam ex elementis constare. [C] Empedoclis versus sic habent:

615 Γαίη μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
 Αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον,
 Στοργῆ δὲ στοργήν, νεῖκος δέ τε νεῖκεῖ λυγρῶ.

[G] Quos versus, quoniam initio desperabamus commodius verti posse, ab Argyropylo versos subiecimus:

620 *Terram nam terra, lympba cognoscimus aquam,*
Aetheraque aethere, sane ignis dignoscitur igni,
Sic et amore amor ac tristi discordia lite.

Quanquam in primo versu suspicor a librariis *vndam* versam in *aquam*. Post amicorum rogatu nostra addidimus qualiacunque:

625 *Terra quidem terra sentitur, lympbaque lympba,*
Aetherque aethere purus, at igni noxius ignis,
Dulcis amore amor atque odio funesta simultas.

Argyropylos explendi carminis gratia pro vno verbo ὀπώπαμεν duo reddidit, *cognoscimus* et *dignoscitur*, duo epitheta praetermisit, δῖον καὶ ἀΐδηλον. Deinde
 630 vocis repetitae gratiam bis perdidit, in *aquam* et *vndam*, in *discordia* et *lite*, vt ne commemorem duritiem compositionis in *Terram nam*. Sic et *sane* aduerbium de suo attexuit. Nos amori addidimus epitheton, sed quod fuerat additurus poeta, si per metri leges licuisset, quandoquidem voci contrariae addidit suum νεῖκεῖ λυγρῶ. Non haec mihi dicuntur, vt suggillem virum de studiis optimis
 635 optime meritum, sed vt iudicio proficiant adolescentes, quibus haec potissi-

640 mum scribuntur. [C] Philosophorum quispiam, Zenon ni fallor, apud Augustinum prodidit animam ipsam esse numerum seipsam mouentem atque hanc ob causam rebus numerosis natura capi delinirique, veluti musicis modis afficiuntur et pueri cognato quodam naturae sensu, cum prorsus nesciant quid sit musica. Aristoteles hoc ipso quem modo retulimus loco definitionem hanc adducit tacito auctoris nomine.

600 Item F-I: Atque A-E.

604 κολοιός πρὸς κολοίων A-D F-I: καλοῖός πρὸς καλοίων E.

607 χωρίς C D G-I: χῶρης A B E F.

610 Empedocles D-I: Democritus C.

613 quiddam G-I: om. C-F, addit χ.

613-614 Vnde [Vnde G-I: Sic χ] ... constare G-I, addit χ, sed post versus Empedoclis, ll. 615-618.

640 hanc G-I: om. C-F, addit χ.

604 Thgn. 935-936 (606 μιν: μὲν Ald. 1495; νέοι: ἴσοι Ald.; 607 χῶρης εἰκουσιν: εἰκουσι χῶρης Ald.; τοῖτε: οἶτε Ald.).

610 *Empedocles* Es handelt sich um Empedocles fr. 31 B 109 Diels, bei Aristot. *An. I*, 404 b 13-15.

610-611 *Aristotelem* Aristot. *An. I*, 404 b 11-18. Johannes Argyropoulos übersetzte Aristoteles' *De anima* (cf. n.l. 613 und n.l. 619). Er scheint die Übersetzung für unsere Stelle anfangs nicht verwendet zu haben. Man bekommt eher den Eindruck, dass sie Er. erst für die Zusätze G zur Verfügung stand (cf. l. 613 sq. und l. 618 sqq.).

613 Plat. *Tim.* 35 a: Zusatz G. Der *Timaeus* wird von Aristot. nach dem Empedocles-Zitat erwähnt (404 b 16). Argyropoulos in seiner Übersetzung: "Eodem et Plato modo animam in Timaeo ex elementis constare censet." Wir haben Argyropoulos' Übersetzung in dem Pariser Druck vom Jahre 1541 herangezogen (p. 5 verso.).

614 *Empedoclis* Cf. n.l. 610.

619 *Argyropylo* Johannes Argyropoulos (1415-1487) liess sich nach dem Fall Konstantinopels in Italien nieder. Schon früher doktorierte er in Padua. Er lehrte in Florenz, wo u.a. Landinus und Polizian seine Schüler waren, und hielt sich auch in Rom auf. Argyropoulos übersetzte Werke des Aristoteles und seine Übertragung der Schrift *De Anima* wurde mehrmals neu aufgelegt. Cf. *Contemporaries* s.v. (Johannes) Argyropoulos.

623-634 *Quanquam* ... λυγρῶ Er. diskutiert über seine und die Übersetzung von Argyropoulos. Dazu: Rummel, pp. 56-57.

623 *suspitor* ... *aquam* In der von uns herangezogenen Edition der Übersetzung Argyropoulos' (cf. n.l. 613) steht in der Tat *vndam* statt *aquam*.

636 *Zenon ni fallor* Er. irrt sich: nicht Zeno, sondern Xenokrates definiert den Begriff 'Seele' auf die von Er. wiedergegebene Weise (cf. ll. 637-638).

636-637 *apud Augustinum* Xenokrates' Definition findet sich nicht in einem der Werke von Augustinus. Nebenbei bemerkt: Zenons Theorie über die Seele wird von Augustinus wiedergegeben: *Contra Acad.* III, 17, 38 (CCSL 29, p. 58) = Von Arnim I, p. 40, Nr. 146.

637 *animam* ... *mouentem* Diese Definition ist uns durch Xenokrates bekannt: cf. R. Heinze, *Xenokrates, Darstellung der Lehre und Sammlung der Fragmente*, Leipzig, 1892, pp. 181-183. Die lateinische Fassung der Definition mag Er. bei Macrobius gelesen haben: *Somn.* I, 14, 19: "Xenocrates (sc. dixit animam) numerum se mouentem"; ibid. I, 6, 5: "Hinc est quod pronuntiare non dubitauere sapientes animam esse numerum se mouentem."

637-640 *atque hanc* ... *musica* Augustinus spricht in *De musica* I, 5 von der Rolle, die die 'natura' hinsichtlich der Musik spielt: "Natura id fieri puto, quae omnibus dedit sensum audiendi" (Migne PL 32, 1089).

640 Aristot. *An. I*, 404 b 29-30: Ἀποφηνάμενοι τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν κινουῦνθ' ἑαυτὸν.

[A]

SIMILE GAUDET SIMILI

121

"Ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, id est *Simile gaudet simili*. Aristoteles libro *Moralium* octauo: "Ὅμοιον ὁμοίου ἐφίεται, id est *Simile appetit simile*. Item libro nono: 645 "Ὅμοιον ὁμοίῳ φίλον, id est *Simile simili amicum*. Vnde est et illud: "Ὅμοιότης τῆς φιλότητος μήτηρ, id est *Similitudo mater amoris*. Quare vbi absoluta similitudo, ibi vehementissimus amor, id quod indicat fabula Narcissi. Agathon in Conuiuio Platonis: [E] 'Ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει, id est [A] *Scite quidem veteri prouerbio fertur simile simili semper* 650 *haerere*. Plutarchus in commentario, cui titulus Quo pacto sit amicus ab adulatore dignoscendus, refert huiusmodi senarios:

Γέρων γέροντι γλῶτταν ἠδίστην ἔχει,
 Παῖς παιδί, καὶ γυναικὶ πρόσφορον γυνή,
 Νοσῶν τ' ἀνὴρ νοσοῦντι, καὶ δυσπραξία
 655 Ἀηφθεὶς ἐπωδὸς ἐστὶ τῷ πειρωμένῳ, id est
Seni senilis lingua iucundissima est,
Pueroque puer, et mulier apta foeminae,
Aegrotus itidem aegrotō, et in malis situs
Exercito malis placet atque congruit.

660 [F] Diogenes Laertius ostendens quaedam imitatum Platonem ex Epicharmi scriptis adducit et illud: *Quod canis cani videtur pulcherrima et boni bos et asina |* 80 *asino et sus sui*. Diximus alibi suum cuique reginae placere regem. [A] Plato libro De legibus octauo: Φίλον μὲν που καλοῦμεν ὅμοιον ὁμοίῳ κατ' ἀρετὴν καὶ ἴσον ἴσῳ, id est *Amicum quidem vocamus simile simili quoad virtutem et aequale* 665 *aequali*. Quanquam adagium recte transferetur et ad illos, quos similitudo conciliat vitiorum. In quos est illud Catulli:

Pulchre conuenit improbis cinaedis.

Item illud Martialis:

670 *Vxor pessima, pessimus maritus,*
Mirror non bene conuenire vobis.

Illud item Iuuenalis: *Magna inter molles concordia.*

[A]

SEMPER SIMILEM DVCIT DEVS AD SIMILEM

122

Potest autem adagium ex Homero natum videri, apud quem in *Odyssaeae* P Melanthius caprarius conspicatus Eumaeum subulcum ipsum Vlysem secum adducentem sed habitu specieque pannosi, scomma iacit in vtrunque, quasi 675 duo inter se similes bene conuenissent:

Νῦν μὲν δὴ μάλα πάγχυ κακὸς κακὸν ἠγηλάζει,
 Ὡς αἰεὶ τὸν ὁμοῖον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὁμοῖον, id est

680 *Nunc adeo malus ecce malum comitatur, vt vsque
Ad similem deus adducit similemque paremque.*

Aristoteles libro *Moralium octauo prouerbii loco refert: "Οθεν τὸν ὅμοιον
φασιν ὡς τὸν ὅμοιον, id est Vnde similem aiunt ad similem.*

[A] SEMPER GRACVLVS ASSIDET GRACVLO

123

685 'Αεὶ κολοῖὸς πρὸς κολοῖὸν ἰζάνει, id est
Adsedit vsque graculus apud graculum.

Refertur a Diogeniano prouerbialis senarius notaturque ab Aristotele libro

647 ibi *A-D F-I: vbi E in textu, corr. in Erratis.*

658 Aegrotus *A-C F-I: Agrotus D E.*

670 vobis *B-I: nobis A, corr. s.*

673 in *Odyssee P A D-H: in Odissae P B, in Odyssee P C, Odissee P I.*

674 Melanthius ... subulcum *G-I: Proci*

Penelopes conspicati Eumaeum subulcum
Vlyssis *A-F.*

675 scomma iacit *G-I: ac mendici scomma
iaciunt A-F.*

684 κολοῖὸς πρὸς κολοῖὸν *A C D F-I: κολοῖὸς
πρὸς καλοῖὸν B, καλοῖὸς πρὸς καλοῖὸν E in
textu, corr. in Erratis.*

121 *Collect. 177. Otto 1335 und 1336.*

643 "Ὅμοιον ... φίλον Cf. n.l. 644 und auch
Plat. *Gorg.* 510 b: 'Ὁ ὁμοῖος τῶ ὁμοίῳ und
Plat. *Leg.* VIII, 837 a (cf. l. 662).

*Aristoteles Aristot. Eth. Nic. VIII, 1155 b
7: Τὸ γὰρ ὅμοιον τοῦ ὁμοίου ἐφίεσθαι.*

644 *Item Aristot. Eth. Nic. IX, 1165 b 17:
Ἐἴρηται δ' ὅτι τὸ ὅμοιον τῶ ὁμοίῳ φίλον.*

645-646 'Ὅμοιότης ... μήτηρ Vielleicht nach
Plat. *Leg.* VI, 757 a: 'Ἰσότης φιλότῆτα ἀπερ-
γάζεται. Aristot. *Eth. Nic. IX, 1168 b 8:
'Ἰσότης φιλότῆς, cf. Adag. 2, n.l. 744. Zu
dieser Metapher (μήτηρ): Adag. 120, n.l.
579.*

647 *fabula Narcissi* Von Ouidius eindring-
lich erzählt (*Met.* III, 339-510).

648 Plat. *Symp.* 195 b.

650 Plut. *Mor.* 51 e.

651 *senarios* Sc. fr. adesp. 1206 Kock (III, p.
606) = fr. adesp. 364 N. bei Plut. loc. cit.

656-659 *Seni ... congruit* Er. übersetzte diese
Verse in den *Opuscula (Quo pacto possis ...
dignoscere)* folgendermassen: "Seni senilis
lingua iucundissima est, / puero puellus,
mulier apta est mulieri, / aegrotus aegro;
quem tenet fors aspera, / multis malis exer-
cito est accommodus" (*ASD* IV, 2, p. 127,
ll. 139-142).

660 Diog. Laert. III, 16. Man vergleiche die
Übersetzung von Ambrogio Traversari:
"Nam et canis cani videtur esse pulcherri-
mus, et boui bos, et asinus asino, sus item

sui videtur venustate (= venustatem?)
praestare" (nach der Baseler Edition von
1524, p. 99).

Epicharmi Cf. fr. 173, ll. 3-5, Kaibel (pp.
123-124).

661-662 *Quod ... sui Adag.* 3964 (Asinus
asino et sus sui pulcer), *LB* II, 1174 D
beruht auf dem hier genannten Passus des
Diogenes (cf. n.l. 660). Er. zitiert in *Adag.*
3964 den ganzen Passus im griechischen
Text und übersetzt: "Nam et cani pulcerri-
mus canis videtur, bos boui. Asinus asello
pulcer est et sus sui."

662 *alibi Adag.* 115, l. 442.

Plato Plat. *Leg.* VIII, 837 a.

664 ἴσον ἴσῳ Cf. *Adag.* 35.

666 Catull. 57, 1 = 57, 10.

668 Martial. VIII, 35, 2-3.

671 *Iuv.* 2, 47.

122 *Collect. 177. Cf. Otto 1335.*

673 Hom. *Od.* XVII, 217-218.

674 *Melanthius* Er. hat nach der Erscheinung
der Ausgabe *F* (1526) seinen Text verbes-
sert: nicht die 'procri', sondern *Melanthius*
(Hom. *Od.* XVII, l. 212) verhöhte *Odyss-*
seus und *Eumaios* (cf. app. crit.).

678 Dieser Vers wird auch von *Diogenian*
(5, 16) angeführt.

681 Aristot. *Eth. Nic. VIII, 1155 a 34.*

123 *Collect. 721. Cf. Proleg. l. 548.*

684 *Diogen.* 1, 61.

686 Aristot. *Rhet.* I, 1371 b 15 sqq.

Rhetoricorum, quem modo citauimus, vbi inter alia complura huius sententiae prouerbia hoc quoque commemorat. Item libro *Moralium octauo καὶ κολοῖδς ποτὶ κολοῖδν*, id est *et graculus*, inquit, *ad graculum*. [G] Graecis est trochaicus dimeter, haud dubium quin ex poeta quopiam decerptus. [H] Eleganter vsurpauit adagium Gregorius in quadam ad Eudoxium epistola: *Κολοῖδν δὲ ποτὶ κολοῖδν ἰζάνειν καὶ τῆς παροιμίας ἀκούεις*, id est *Graculum autem assidere graculo audis et a prouerbio*. [A] Porro graculorum conuentus olim notos fuisse testatur M. Varro libro *De re rustica* iii. Vnde Plutarchus in libro *De polyphilia*: *Οὐκ ἀγελαῖδν ἔστιν οὐδὲ κολοῖδδες*, id est *Non armentarium est neque graculeum*. [G] Quin huic aui nomen inditum a *κολάω*, quod est *conglutino*. M. Varro graculos quoque Latinis inde dictos vult, quod gregatim volent. Quintilianus non probat asseuerans dictionem ab auium voce confictam.

[A] CICADA CICADAE CHARA, FORMICA FORMICAE 124

700 Caeterum quod Aristoteles in eo loco, quem modo citauimus, addidit *et si quae sunt id genus alia*, dubium non est, quin senserit illa quae sunt apud Theocritum *Idyllio nono*:

705 Τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
 Ἴρηκες δ' Ἰραξιν, id est
Formicae grata est formica, cicada cicadae,
Accipiter placet accipitri.

[C] Porro nota est formicarum politia et cicadarum concentus.

[A] FIGVLVS FIGVLO INVIDET, FABER FABRO 125

710 Ab hac forma velut excipiendi sunt qui in eadem arte versantur, propterea quod inter hos artificii similitudo magis aemulationem conciliat quam beneuolentiam. Quorum mutuam inter ipsos inuidiam Hesiodus in opere, cui titulus *Opera et dies*, compluribus metaphoris indicauit haud tamen damnans id genus artificum concertationem, imo probans ac laudans. Proposuerat enim poeta duplex aemulationis genus, quorum alterum sit vtile pulchrumque mortalibus alterum foedum ac perniciosum. Hoc homines ad rixas ac bella concitari propter opum honorumque certamina, illo vero tanquam exemplis propositis ad industriam et honestas artes expergefieri. Honestam igitur aemulationem his verbis describit: |

LB 81 Ζηλοῖ δὲ τε γείτονα γείτων
 720 Εἰς ἄφρονον σπεύδοντ'· ἀγαθὴ δ' ἔρις ἤδε βροτοῖσιν.
 Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι τέκτων,
 Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Quos versus longe elegantissimos in hoc duntaxat vertimus, vt intelligantur.

Nam venustatem vix quisquam assequatur, nedum ego:

- 725 *Semper vicinus vicino est aemulus, hunc vt
Condere cernit opes properantem gnaviter, atqui
Concertatio conducit mortalibus ista.
Odit ita fabrumque faber figuloque molestus
Est figulus; mendico protinus inuidet alter*
730 *Mendicus, cantor cantorem liuidus odit.*

Vsurpatur cum alias frequenter apud diuersos autores tum apud Aristotelem libro *Moralium secundo*. Rursum eiusdem operis libro octauo paroemiae vice refertur: Κεραμεῖς πάντας τοὺς τοιοῦτους ἀλλήλοις φασὶν εἶναι, id est *Omnes eiusmodi figulos inter sese aiunt esse*. Figulos inuidos dixit nimirum alludens ad
735 *Hesiodium adagium*. Item *Rhetoricorum* libro tertio: "Ὅθεν εἴρηται Καὶ

687 *Rhetoricorum* [Rhetor. B] B-I: Rethor.
A, corr. s; quem modo citauimus B-I:
primo A.
689 id est E-I: om. A-C, i. D.
689-690 Graecis ... decerptus G-I, addit χ.
696-698 Quin ... confictam G-I, addit χ.

696 huic G-I: hic χ.
700 si qua C-I: siquae A B.
703 μύρμαχι A C-I: μίρμαχι B.
709 excipiendi A C-I: accipiendi B.
712 Opera B-I: Operae A.
714 pulchrumque A C-I: pulchrum B.

687 modo Cf. *Adag.* 120, ll. 600-604.
688 *Item* Aristot. *Eth. Nic.* 1155 a 35 (688-689 κολοῖόν ποτὶ).
688-689 καὶ ... κολοῖόν Dieses Zitat folgt nahtlos dem in *Adag.* 122, ll. 681-682 angeführten Passus.
689-690 Graecis ... decerptus Die metrische Struktur mag zufällig sein (cf. Mynors *CWE* 31, p. 169, n.l. 7).
691 Greg. Naz. *Epist.* 224, 1 (P. Gallay, *GCS* 53, p. 162).
ad Eudoxium Nicht Eudoxius, sondern Africanus war der Adressat, den Fr. in seiner Basilius-Edition (Froben 1532) richtig erwähnt. In diese Edition nahm Fr. auch Gregoriusbriefe auf, näml. die 57 Briefe aus der Hagenauer Ausgabe von 1528 (dazu: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 29, n.l. 243; p. 223, n.l. 184 etc.) und 27 neue Briefe. Unser Brief gehört zu diesen 27 und findet sich p. 639 (dort die Lesart: κολῖόν (sic) δὲ ποτὶ κολοῖόν).
694 Varro *Rust.* III, 16, 4: "Apes non sunt solitaria natura, vt aquilae, sed vt homines. Quod si in hoc faciunt etiam graculi."
Plutarchus *Plut. Mor.* 93 e.
697 Varro *Ling. lat.* V, 76: "Contra ab eo fraguli, quod gregatim, vt quidam Graeci greges γέργερα" angeführt von Quint. *Inst.*

I, 6, 37, cf. n.l. 698.
698 Quint. *Inst.* I, 6, 37, cf. *Adag.* 337, n.l. 718.
124
700 Aristot. *Rhet.* I, 1371 b 17: Καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα.
modo Cf. *Adag.* 123, l. 687 und *Adag.* 120, l. 596.
701 Theocr. 9, 31-32 (704 ἔρηξιν).
125 *Collect.* 738. Otto 660.
711 Hes. *Erg.* 23-26 (720 ἄφενος: ἄφενον v.l.), cf. Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 33.
731 *tum apud Aristotelem* Aristot. *Rhet.* II, 1381 b 16: Γίγνεται γὰρ οὕτω τὸ κεραμεὺς κεραμεῖ.
732 *libro Moralium secundo* Nicht in dem zweiten Buch der *Eth. Nic.*, sondern der *Rhet.* Siehe auch *Eth. End.* VIII, 1235 a 18: Τὸ δ' ὁμοῖον ἐχθρόν τῳ ὁμοίῳ, καὶ γὰρ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει.
Rursum Aristot. *Eth. Nic.* VIII, 1155 a 35. Dieses Zitat folgt nahezu der in *Adag.* 123, ll. 688-689 angeführten Aussage (cf. *Adag.* 123, n.l. 688).
735 *Hesiodium adagium* Cf. l. 721.
Item Aristot. *Rhet.* II, 1388 a 16-17.
libro tertio Nicht 'libro tertio', sondern 'libro secundo', cf. *Adag.* 120, n.l. 596.

κεραμεὺς κεραμεῖ, [B] id est *Vnde dictum est Et figulus figulo.* [A] Citat ibidem et hunc senarium, haud scio ex quo poeta:

Τὸ συγγενὲς γὰρ καὶ φθονεῖν ἐπίσταται, id est
Etenim inuidere didicit ipsa affinitas.

740 [B] At est similitudo, quam in Symposiacis Plutarchus μάχιμον dicit, hoc est *bellacem ac pugnacem*, qualis est gallorum gallinaceorum qualisque est inter sophistas, mendicos, poetas, cantores, et ob hoc vetat id genus hominum in conuiuuiis coniungi, ne quid oriatur rixae; est altera, quam ἐπιεικῆ vocat, cuiusmodi est graculorum inter se. Ad hanc pertinent nautae, agricolae,
 745 venatores, aliptici. Atque ob id recte copulantur in accubitu. Ad haec amantes, nisi contingat eos eandem amare.

[A] CRETENSIS CRETENSEM 126

750 'Ο Κρής τὸν Κρήτα, *Cretensis Cretensem*, subaudi, quod erit commodum sententiae, 'prouocat', 'conatur circumuenire' aut tale quippiam. Quoties improbus agit cum improbo, perfidus cum perfido. Sumptum adagium a Cretensium moribus, quos plurimis conuiciis incessit antiquitas.

[A] CRETENSIS CVM AEGINETA 127

755 Eandem obtinet sententiam Κρής πρὸς Αἰγινήτην, id est *Cretensis cum Aegineta*, subaudiendum 'agit'. Quadrat in pariter improbos, qui mutuis inter se fallaciis agunt. Nam Aeginetae quoque olim male audierunt, in quos etiam oraculum illud quidam aeditum putant: Οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι, [B] id est *Neque tertii neque quarti.*

[A] VVLPINARI CVM VVLPE 128

760 'Αλωπεκίζειν πρὸς ἑτέραν ἀλώπεκα, id est
Cum vulpe vulpinare tu quoque inuicem.

Senarius est prouerbialis: cum astutis astutiis agito. Horatius:

Nunquam te fallant animi sub vulpe latentes.

765 [G] Aristophanes in Vespis: Οὐκ ἔστιν ἀλωπεκίζειν, id est *Non licet vulpinari.* [A] Quod autem nos ἀλωπεκίζειν vertimus *vulpinari*, ne quis hoc verbi tanquam nostrum ac nouum aspernetur, citatur ex M. Varrone a Nonio Marcello. Sic enim ausus est dicere Varro *vulpinari* pro ἀλωπεκίζειν, quemadmodum Horatius *iuuenari* dixit pro νεανίζειν. [G] Vide prouerbium Βατταρίζειν.

[A]

CRETIZA CVM CRETENSI

129

- 770 Πρὸς Κρήτα κρητίζειν, id est *Aduersum Cretensem cretiza*, id est aduersus mendacem mendaciis vtere. [D] Vsus est Plutarchus in vita Lysandri: Πρὸς Κρήτα δὲ ἄρα τοῦ λόγου κρητίζων. [F] Rursus in vita Pauli Aemilii: Τοὺς μὲν ἐπισταμένους ἀκριβῶς αὐτὸν οὐκ ἔλαθεν κρητίζων πρὸς Κρήτας, id est *Eos quidem, qui hominem penitus norant, haud latuit, quod cum Cretensibus arte Cretica vteretur.*
- 775 [A] Propterea quod Cretensium vanitas de Iouis apud se sepulchro multaque id genus mentientium in vulgi fabulam abierit, id quod palam testatur Epimenidis ille versiculus, quem Paulus etiam apostolus citat: |

738 Τὸ Β-Ι: Καὶ Α.

752 Aegineta F-I: Aeginita A-E.

753 Αἰγινήτην F-I: Αἰγινίτην A-E; Aegineta G-I: Aeginita A-F, corr. χ.

755 Aeginetae G-I: Aeginitae A-F, corr. χ.

763 Aristophanes ... vulpinari G-I, addit χ.

736 *ibidem* Aristot. *Rhet.* II, 1388 a 8 = Aeschyl. fr. 305 N. = fr. 305 Radt.740 Plut. *Mor.* 618 d-619 a.μάχιμον Cf. Plut. *Mor.* 619 a: Τῶν γὰρ ὁμοιοτήτων ἢ μὲν μάχιμος ὡσπερ ἀλεκτρούων.743 ἐπεικῆ Cf. Plut. *Mor.* 619 a: 'H δ' ἐπεικῆς ὡσπερ εἰ τῶν κολοῦῶν.744 *nautae* Die Seeleute werden von Plut. loc. cit. nicht erwähnt.746 *nisi ... amare* Cf. Plut. *Mor.* 619 a: "Ἄν μὴ νῆ Δία τοῦ αὐτοῦ τύχῳσιν ἢ τῆς αὐτῆς ἐρῶντες. Er. hat in seiner Paraphrase dieses Satzes τοῦ αὐτοῦ nicht wiedergegeben; er mag die Implikation als unzulässig empfunden haben.126 Cf. *Adag.* 129.

748 'O Κρῆς τὸν Κρήτα Diogen. 7, 31 = Apost. 12, 61.

127 *Collect.* 612. Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 18 und 23.

753 Κρῆς πρὸς Αἰγινήτην Diogen. 5, 92.

754-755 *Quadrat ... agunt* Nach Diogen. loc. cit.756 Οὔτε ... τέταρτοι Cf. Zenob. 1, 48. Diogen. 1, 47. Diese Aussage ist auch in den *Proleg.* angeführt (cf. l. 59 und n.l. 59).128 *Collect.* 416, cf. Suringar 243, p. 460.

759 Bei den Paroemiographen: Diogen. 2, 17. Zenob. 1, 70. Zenob. Ald. col. 25: 'Ἄλωπεκίσεις πρὸς ἄλωπεκα und 'Ἄλωπεκίσεις πρὸς ἕτερ' ἄλωπεκα. Cf. Suid. ἄλωπεκίσειν 1388.

761 Hor. *Ars* 437 (762 fallent: *fallant* v.l.).

767-768 Vide ... Βατταρίζειν G-I, addit χ.

772-774 Rursus ... vteretur F-I: Rursus in vita Pauli Aemilii οὐκ ἔλαθεν κρητίζων πρὸς Κρήτας, id est non latuit illos quod aduersus Cretenses arte Cretensi vteretur π.

Cf. Otto 1939.

763 Aristoph. *Vesp.* 1240.764 *vulpinari* Varro *Men.* fr. 327 Bücheler bei Non., p. 46, 23 M, Lindsay p. 66. Cf. *Adag.* 2676 (Βατταρίζειν), *ASD* II, 6, p. 470, l. 927.767 Hor. *Ars* 246, siehe *Adag.* 3083 (Iuuenari), *LB* II, 988 A.

νεανίσειν Ein ziemlich seltener Ausdruck: Poll. IV, 136.

767-768 *proverbium* Βατταρίζειν *Adag.* 2676, *ASD* II, 6, p. 468.129 *Collect.* 151, nach Politian. *Miscell.* I, 35. Cf. *Zu den Anfängen*, p. 176 und n. 85.770 Πρὸς ... κρητίζειν Obwohl Er. im Jahre 1508, als er an seinen *Chiliades* arbeitete, unser Adagium wahrscheinlich aus mehreren Quellen kannte (u.a. Diogen. 7, 65: Πρὸς Κρήτα κρητίζεις (= Apost. 14, 98). Diogen. 5, 58: Κρητίζειν (= Apost. 10, 7). Suid. κρητίζειν 2407: Κρητίζειν πρὸς Κρήτα. Suid. πρὸς 2745: Πρὸς Κρήτα κρητίζων), behielt er doch die in den *Collect.* zitierte Fassung bei (N.B. Wortfolge und Infinitivform). Er. entnahm das Adagium in dieser Form Polizians *Miscellanea*.771 Plut. *Lys.* 20, 2 (772 τὸ τοῦ λόγου).772 *Rursus* Plut. *Aem.* 23, 10 (772 τοὺς μὲν οὖν; 773 ἔλαθε).775-776 *Propterea quod ... mentientium* Cf. Politian. *Miscell.* I, 35: "(Cretenses) qui sint Iouis sepulchrum fabricati cum nunquam ille obierit perpetuoque sit."777 *Epimenidis ille versiculus* Cf. Diels I, fr. 1, p. 31 sq. Epimenides wird von Paulus

LB 82 Κρήτες ἀεὶ ψεύσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργοί, id est

780 *Cretenses semper mendaces, malae bestiae, ventres pigri.* [B] Diuus Hieronymus in commentariis, quos in hanc scripsit epistolam, indicat hunc versiculum re-
 785 ptum in opere Epimenidis, cui titulum fecit De oraculis. Vnde et Paulus ‘prophetam’ vocat siue per iocum siue ob argumentum. Huius autem carminis initium, Κρήτες ἀεὶ ψεύσται, vsurpauit Callimachus poeta Cyrenensis [H] in hymno [B] scribens aduersus Cretenses in laudem Iouis ac vanitatis eos
 790 arguens, quod iactitarent illius sepulchrum esse apud se, cum is esset immortalis. [A] Quo respiciens Ouidius *Nec fingunt*, inquit, *omnia Cretes*. Vnde κρητίζειν Graeci pro mentiri dicunt. Suidas aliam adagionis causam indicat scribens Idomeneum Cretensem, cum illi negocium esset datum, vt aes quod e
 795 spoliis ab hostibus detractis collectum erat, distribueret, sibi partem longe optimam delegisse. Vnde congruere videtur etiam in illos, qui fraudant alios suisque commodis impensius vbique student. Idem putat adagium quadrare etiam in eos, qui frustra mendaciis agunt aduersus artificem mentiendi. Quemadmodum vulgo dicunt difficillimum esse furari apud fures, ita difficillimum mendaciis imponere mendacibus.

795 [A] CVM CARE CARIZAS 130

Huic simillimum refert Diogenianus: Πρὸς Κᾶρα καρίζεις, id est *Cum Care carizas*, [E] rustice agis cum rustico, barbare loqueris barbaro, crasse cum crasso. [A] Cares populi sunt Phrygiae, de quibus alio loco dicemus, quorum mores prouerbiis aliquot fecere locum.

800 [A] CRETENSIS MARE 131

805 ‘Ο Κρής τὴν θάλασσαν, id est *Cretensis mare*, subaudiendum ‘nescit’ aut ‘metuit’. Hanc paroemiam refert pariter atque exponit Strabo Geographiae libro x. scribens olim Cretenses nauigandi peritia rerumque maritimarum vsu principatum tenuisse atque hinc antiquitus increbuisse prouerbiū *Cretensis mare nescit* in eos, qui nescire fingerent, quod egregie callerent. Etenim qui consentaneum est Cretenses, cum sint insulares, ignorare mare, quo cinguntur vndiquaque? [C] Vsus est eodem et Aristides in Pericle: ‘Ο Κρής τὸν πόντον. [A] Zenodotus scribit apud Alcaeam extare. [H] His affine est quod habet Horatius in epistola ad Octauium:

810 *Ipse ego qui nullos me affirmo scribere versus,
 Inuenior Parthis mendacior,*

quod Parthi tum maxime pugnent, quum fugam simulant.

[A]

AD VMBILICVM DVCERE

132

815 Extant apud autores aliquot absoluendi paroemiae, quarum de numero est illa *Ad vmbilicum ducere* pro eo, quod est: librum finire atque absoluere. Sunt enim vmbilici interprete Porphyrione ornamenta quaedam ossea aut lignea corneae vmbilici nostri formam imitantia, quae voluminibus iam absolutis

779 malae B-I: male A.

784 ac C-I: om. B

788-789 quod ... erat G-I: Laphyrorum Graecis A-F.

789 sibi C-I: ipse sibi A B.

790 delegisse C-I: delegit A B.

795 carizas s C-I: carissas A, cariças B.

797 carizas A s: cariças B, carissas C-I.

805 nescire E-I: se nescire A-D.

807 vndiquaque B-I: vndequaque A.

813 vmbilicum A-D F-I: vmbiculum E.

815 vmbilicum A-D F-I: vmbiculum E.

(vide infra) nicht mit Namen genannt. Der Name mag Er. bekannt sein durch Hier. *Comm. in ep. ad Tit.* (cf. n.l. 779), Hier. *Epist.* 70, 2 (dazu Heinemann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 199, n.l. 53) und durch Polizian (*Miscell.* I, 35). Diese Aussage (cf. l. 778) wird von Er. (und Hier. und Polizian) richtig als 'versiculus' und nicht als 'prouerbum' bezeichnet, cf. *Zu den Anfängen*, p. 176, n. 85.

Paulus Sc. Tit. 1, 12 (778 γαστέρες ἀργαί). Derselbe Vers wird von Er. *Adag.* 1778 (Ventres), *ASD* II, 4, p. 198, l. 56 angeführt. Cf. Otto 463.

778-779 Κρήτες ... *pigri* Er. bietet, wie in den *Collect.*, Griechisch und Lateinisch (= *Vulgata*) nach Polizian. In margine χ: "Non est carmen Latinum."

779 Hier. *Comm. in ep. ad Tit.* (Migne PL 26, 606 B C).

783 Callim. *Hymn.* 1, 8. Der Verweis auf Callimachus mag Hier. *Epist.* 70, 2 (*CSEL* 54, p. 701) und Polizian loc. cit. entnommen sein.

784-786 *vanitatis* ... *immortalis* Cf. Callim. *Hymn.* 1, 8-9: Καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο / Κρήτες ἐτεκτῆναντο· σὺ δ' οὐ θάνεις, ἔσοι γὰρ αἰεὶ, von Polizian loc. cit. angeführt. Siehe auch n.l. 775-776.

786 Ov. *Am.* III, 10, 19. Dieser Verweis wurde vermutlich Polizian. *Miscell.* I, 35 entnommen.

787 Suid. κρητίζειν 2407.

791 *Idem* Cf. Suid. πρὸς 2745.

793 *vulgo dicunt* Suringar 45, p. 67 sqq. "Tes quaet stelen daer die waert een dief es" (aus den *Proverbia communia*, Nr. 663 = Harrebomée I, p. 130).

130 Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 21.

796 Diogen. 7, 65. Cf. Suid. πρὸς 2717.

798 *alio loco* Cf. *Adag.* 165 (Foras Cares, non amplius Anthisteria); *Adag.* 514 (In Care periculum), *LB* II, 226 D (cf. Otto 348 und *Proleg.* n.l. 347); *Adag.* 1607 (Multitudo imperatorum Cariam perdidit), *ASD* II, 4, p. 92.

131 Zu diesem Proverb: Bühler IV, pp. 148-153.

801 'Ο Κρής τὴν θάλασσαν Zenob. 5, 30 = Ald. col. 129 (falsch numeriert 119). Suid. ὁ Κρής 120.

nescit Nach Strab. X, 4, 17, cf. n.l. 802.

802 Strab. X, 4, 17, p. 677 Meineke: "Ὠστε καὶ παρομιάζεσθαι πρὸς τοὺς προσποιουμένους μὴ εἰδέναι ἃ ἴσασι· ὁ Κρής ἀγνοεῖ τὴν θάλατταν".

807 Ael. Arist. III (De quattuor), 82, Lenz-Behr I, p. 318 (807 δὴ τὸν πόντον: τὸν πόντον v.l.). Er. verweist in *Adag.* 1910 auch auf diese Stelle des Aristides (cf. *ASD* II, 4, p. 284, ll. 119-120, siehe auch p. 285, n.l. 119).

808 *Zenodotus* Zenob. loc. cit.

Alcaenum Es handelt sich um fr. inc. auct. 15 Lobel-Page = idem Voigt.

809 Hor. *Epist.* II, 1, 111-112.

Octavianum Sc. Octavianus = Augustus, cf. *Adag.* 499, n.l. 133.

132 *Collect.* 774. Otto 1816.

815 *Ad* ... *ducere* Cf. l. 822.

816 *Porphyrione* Siehe Porphyrio ad Hor. *Epod.* 14, 6-8: "Ad vmbilicum adducere pro 'finire et consummare' quia in fine libri vmbilici ex ligno aut osse solent poni" (Holder, p. 209).

addebantur, atque hinc prouerbialem figuram esse natam *Ad umbilicum peruenit*, id est ad finem. Horatius in Epodis:

- 820 *Deus, deus nam me vetat*
 Inceptum celeres promissum carmen iambos
 Ad umbilicum ducere.

Martialis in quarto Epigrammatum libro:

- 825 *Ohe, iam satis est, ohe libelle,*
 Iam peruenimus usque ad umbilicos,
 Tu procedere adhuc et ire quaeris.

Idem libro quinto:

Quae cedro decorata purpuraque
Nigris pagina creuit umbilicis.

- 830 Idem in tertio:

Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontes gemino decens honore
Pictis luxurietis umbilicis.

Rursum in vndecimo:

- 835 *Explicitum nobis usque ad sua cornua librum,*
 Et quasi perfectum, Septitiane, refers.

Verum equidem haud scio possitne prouerbum hoc alio quam ad librum aut carmen transferri, nisi durior fiat metaphora. |

LB 83 [A] SVMMVM FASTIGIVM IMPONERE 133

- 840 Illud generalius est *Summum fastigium imponere*, pro eo, quod est: rem omnibus suis partibus absoluere. Exempla reperies apud Ciceronem libro Officiorum tertio, apud Plinium in epistolis aliquoties. Translatum ab aedificatoribus, qui perfecto demum aedificio fastigium aliquod solent imponere. Quibus sicuti fundamentum prima instituendi operis pars est, ita fastigium suprema est iam absoluti. Vnde quemadmodum ‘fundamenta iacere’ transferunt ad id, quod est instituere quippiam, itidem ‘fastigium addere’ traducunt ad rei perfectionem summamque, ut vocant, manum. Huic confine quod a Graecis dicitur, Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκε, id est *Colophonem imposuit*.

[A] SVMMAM MANVM ADDERE 134

- 850 Eandem vim habet *Summam manum addere*. Mirum ni metaphora ab artificibus translata, qui primum rude quoddam operis simulachrum effingunt atque hanc

primam appellant manum, deinde formant expressius, postremo summa cura expoliunt atque hanc supremam seu summam manum vocant. [I] Ovidius:

855 *Nec tamen illa legi poterunt patienter ab vlllo,
Nesciat his summam si quis abesse manum.*

Mox pro eodem dixit vltimam limam:

*Ablatum mediis opus est incudibus illud,
Defuit et scriptis vltima lima meis.*

860 [B] Seneca ad Lucilium: *Vino deditos delectat potatio extrema, illa quae mergit, quae ebrietati summam manum imponit.* [A] Eadem figura dicimus nihil deesse praeter extremam manum. Exempla crebriora sunt apud scriptores quam vt hic referat repetere.

[A]

SVPREMVM FABVLAE ACTVM ADDERE

135

865 In eandem formam referendum est illud *Supremum fabulae actum addere* pro eo, quod est: extremum finem imponere, a poetis comoediarum aut tragoediarum scriptoribus ascitum, qui fabulas suas in actus quosdam distribuunt. Vnde illud Horatianum: *Nec sit quinto productior actu.* Solent autem in extremo actu

819 Epodis E-I: Odis A-D.

828 Quae A: Qui B-I.

821 Inceptum C-I: Inceptum A B.

819 Hor. *Epod.* 14, 6-8 (821 inceptos olim promissum; 822 adducere).*aliquoties* Dieses Wort scheint zu Unrecht hinzugesetzt worden zu sein.

823 Martial. IV, 89, 1-3.

847 *summamque ... manum* Cf. *Adag.* 134.927 *Idem* Martial. V, 6, 14-15.847-848 Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκε Cf. *Adag.* 1245 (Colophonem addidit), LB II, 498 F.830 *Idem* Martial. III, 2, 7-9 (832 frontis).Zu diesem reichbelegten Sprichwort: Bühler IV, pp. 47-55 und *Addenda*, p. 313.834 *Rursum* Martial. XI, 107, 1-2 (836 perlectum: *perfectum* v.l.).134 *Collect.* 774 (cf. *Adag.* 132). Otto 1051.

133 Man kann sich fragen ob der Ausdruck 'summum fastigium imponere' tatsächlich proverbial ist (oder wenigstens allgemein bildlich verwendet wurde). Es gibt nur wenige Belegstellen (cf. n.l. 841) und Otto listet diese Redensart nicht auf. Man bekommt den Eindruck, dass Er. nur ein lateinisches Gegenstück zu dem von ihm angeführten Sprichwort Τὸν κολοφῶνα ἐπέθηκε (cf. n.l. 847-848) gesucht hat. Bühler (IV, p. 50) sagt anlässlich des Sprichworts Τὸν κολοφῶνα κτλ.: "Sensus proprius fuisse videtur summum, fastigium" ohne diese Wendung als proverbial zu charakterisieren.

852 *primam ... manum* Cf. Quint. *Inst.* V, 11, 30: "Vt ... marmora deformata prima manu."853 *supremam ... manum* 'Supremam manum', cf. Gell. XVII, 10, 5; 'summam manum', cf. Plin. *Nat.* XXXVI, 16. Ov. *Ars* III, 226.841 Cic. *Off.* III, 33: "Sed quoniam operi inchoato, prope tamen absoluto, tamquam fastigium imponimus."*Ovidius* Ov. *Trist.* I, 7, 27-28 (855 nesciat: *nesciat* v.l.).857-858 Ov. *Trist.* I, 7, 29-30.842 Plin. *Epist.* II, 1, 2: "Perfunctus est tertio consulatu, vt summum fastigium priuati hominis impleret."859 Sen. *Epist.* 12, 4 (859 deditos vino potio extrema delectat).861 *extremam manum* Cf. Cic. *Brut.* 126: "Manus extrema non accessit operibus eius." Verg. *Aen.* VII, 572-573.

135

867 *illud Horatianum* Hor. *Ars* 189 (867 neu: *nec* v.l.).

plurimum artis addere, sicuti scribit M. Tullius ad Quintum fratrem: [B] *Illud te ad extremum et oro et hortor, ut tanquam poetae boni et actores industrii solent, sic tu in extrema parte et conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis, ut hic tertius annus imperii tui tanquam tertius actus perfectissimus atque ornatissimus esse videatur.* [A] Idem ad Atticum libro decimotertio: *Etenim haec decantata erat fabula, sed complere paginam volui.* [E] Cicero in Catone transfert ad vitam peractam. Quemadmodum et Apuleius libro Floridorum tertio de Philemone comico loquens *Renunciauere*, inquit, *Philemonem poetam qui expectaretur, ut in theatro fictum argumentum finiret, iam domi veram fabulam consummasse. Enimuero iam dixisse rebus humanis valere et plaudere.* [B] Opinor ad hanc formam pertinere, quod apud Nonium ait Lucilius: *Sarcinatoris est summum suere centonem optime.*

[A]

CATASTROPHE FABVLAE

136

880 Cuiuslibet exitum rei prouerbiali figura 'catastrophen' vocamus. Porro inter figuras prouerbiales illud admonuimus vnicuique disciplinae atque artificio sua quaedam esse peculiaria vocabula, quae, quemadmodum in sacrorum ceremoniis ac magicis precaminibus fieri consuevit, pene superstitione quadam vsurpantur. Ea quoties in aliud quippiam trahuntur, fere prouerbii speciem obtinent velut ex militari disciplina: *receptui canere et locum deserere et prima acies et res ad triarios rediit.* Ex musica: *praeludium* pro praefatione aut ingressu negotii. *Summa et ima chorda* pro clamosa et graui voce et *eadem oberrare chorda* [B] pro eo, quod est: in eadem re peccare saepius. [A] Porro fabula omnis, ut ostendit Donatus, in tres partes distribuitur: in πρώτασιν, 890 ἐπίτασιν, καταστροφὴν. Protasis est primus ille tumultus iam quasi gliscens, epitasis turba feruidissima, catastrophe subita rerum commutatio. Vnde Lucianus eleganter exitum euentumque negotii catastrophem appellat cum alias tum in commentario De mercede seruientibus: Ἐπὶ πᾶσι δὴ ἦτις αὐτοῖς 895 ἡ | καταστροφή τοῦ δράματος γίνεται, [B] id est *Post omnia denique quae illis catastrophe fabulae contingit*, hoc est quis exitus seruitii. [A] Et in Alexandro Pseudomante: Τοιοῦτο τέλος τῆς Ἀλεξάνδρου τραγωδίας, id est *Eiusmodi finis tragoediae Alexandri.* [E] Idem in vita Peregrini: Αἰθίς ὀρῶ γελῶντά σε, ὦ καλὲ Κρόνιε, τὴν καταστροφὴν τοῦ δράματος, [G] id est *Rursus video te, o bone Cronie, ridentem fabulae catastrophem.*

900 [A]

A CAPITE VSQVE AD CALCEM

137

Cum rem totam significamus, *a capite vsque ad calcem* dicimus. Cuius adagii triplex esse potest vsus. Aut enim ad corpus referetur aut ad animum aut ad rem, qui duo posteriores plus obtinent venustatis, nimirum quo plus habent figurae. Ad corpus apud Homerum Iliados ψ: Ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς, id est *A capite vsque pedes.* Item Theocritus in Bucolisco:

Καί μ' ἀπό τᾶς κεφαλᾶς ποτὶ τῷ πόδε συνεχῆς εἶδεν, id est
Me a capite usque pedes lustravit lumine totum.

Plautus in Epidico: *Contempla, Epidice, | ab unguiculo ad capillum summum.*
 Horatius: *Talos a vertice pulcher ad imos.* M. Tullius pro Roscio comoedo:
 910 *Nonne ipsum caput et supercilia illa penitus abrasa olere malitiam et clamitare*
calliditatem videntur? Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum, si quam
coniecturam adfert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis, mendaciis, totus
constare videtur? Ad rem vt apud Aristophanem in Pluto:

915 "Ἀκουε τοίνυν, ὡς ἐγὼ τὰ πράγματα
 Ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλὴν σοι πάντ' ἐρῶ, id est
Audi ergo, quando totum ego negocium
A pedibus usque tibi ad caput percenseo.

873-877 Cicero ... plaudere E-I: Et apud
 Apuleium vitae fabulam peregit A-D.

874 Philemone F-I: Philomone E in textu,
 corr. in Erratis.

875 Renunciauerunt E-F: Renunciauerunt G-
 I; Philemonem F-I: Philomonem F in
 textu, corr. in Erratis; vt F-I: qui quae E in
 textu, corr. in Erratis.

868 Cic. *Ad Q. fr.* I, 1, 46 (871 actus setzt
 Jenson hinzu; fuisse videatur).

872 *Idem Cic. Att.* XIII, 34.

873 Cic. *Cato* 85: "Senectus autem aetatis est
 peractio tamquam fabulae."

874 Apul. *Flor.* 16, Vallette, p. 152 (875 qui
 in theatro).

878 Non., p. 175, 33 M-176, 1 M, Lindsay,
 p. 258 = Lucil. fr. 747 Marx = fr. 799
 Krenkel (Werner Krenkel, *Lucilius Satyren*,
 Leiden, 1970): "Sarcinatorum esse sum-
 mum suere centonem optume."

136

881 *admonuimus* Cf. *Proleg.* ll. 483-503.

885 *receptui canere* *Adag.* 2488 (Bellum cancre.
 Receptui canere), *ASD* II, 5, p. 340. Cf.
Proleg. ll. 491-492.

locum deserere Cf. *Adag.* 1625 (Ordinem de-
 serere), *ASD* II, 4, p. 104.

886 *res ... rediit* *Adag.* 23.

887-888 *eadem ... chorda* *Adag.* 409.

889 *Donatus* Don. *Excerpta de comoedia* VII, 1
 und VII, 4 (Wessner I, pp. 27-28).

in tres partes distribuitur Siehe Don. VII, 1:
 "Comoedia autem diuiditur in quattuor
 partes: prologum, πρότασιν, ἐπίτασιν, κατα-
 στροφῆν".

890-891 *Protasis ... commutatio* Cf. Don. loc.

878 est I: esse B-H.

898 id est *suppleuimus cum* LB: om. G-I.

898-899 Rursus ... catastrophem G-I, addit χ.
 902 triplex A C-I: duplex B.

903 duo B-I: duae A.

905 vsque A B F-I: vsque ad C D, E in
 textu, corr. in Erratis.

907 vsque A-D F-I: vsque ad E.

cit. VII, 4.

892 Lucian. *De merc. cond.* 10 (893 δὲ; 894
 γίγνεται).

894-895 *Post ... contingit* Vergleiche Er.
 Lukian-Übersetzung *ASD* I, 1, p. 557, l.
 38: "Postremo quae tandem catastrophe,
 quis fabulae exitus illis contingat."

895-896 in *Alexandro Pseudomante* Lucian.
Alex. 60.

896-897 *Eiusmodi ... Alexandri* Cf. *ASD* I, 1,
 p. 468, ll. 34-35: "Hunc habuit exitum
 Alexandri tragoedia atque haec fuit totius
 fabulae catastrophe", cf. n.ll. 894-895.

897 *Idem* Lucian. *Peregr.* 37.

137 *Collect.* 82. Otto 1822, *Nachträge zu*
Otto, p. 65; p. 80; p. 220. Siehe auch *Adag.*
 3520 (Ad coronidem vsque), LB II, 1080
 B.

901 a ... *calcem* Nach Otto (p. 355, Anm. 2)
 ist diese Form des Ausdrucks nicht antik.

904 Hom. *Il.* XXIII, 169.

905 Theocr. 20, 12 (906 συνεχῆς).

908 Plaut. *Epid.* 622-623 (908 vsque ab).

909 Hor. *Epist.* II, 2, 4.

M. Tullius Cic. *Q. Rosc.* 20 (910 non: *nonne*
 v.l.; 912-913 constare totus).

913 Aristoph. *Plut.* 649-650.

[B] Quanquam hic comicus ioci causa praepostere posuit pedes et caput. [A] Diuus Hieronymus in praefatione libri, quem Dierum inscribunt Hebraei: 920 *Contuli cum eo a vertice, vt aiunt, vsque ad extremum unguem*. Ad animum hoc pacto poterit transferri: 'Ego tibi mores et ingenium illius, breuiter hominem quantus est a summo, vt aiunt, capillo ad imum vsque calcaneum, depingam'. Quanquam exemplum M. Tullii, quod modo retulimus, magis ad animum quam ad corpus videtur pertinere. Quinetiam diuiditur adagium, cum caput 925 negotii vocamus praecipuum autorem perinde vt et fontem dicimus. Terentius: *Te esse huic rei caput*. Item apud Graecos: τὸ κεφάλαιον τοῦ πράγματος. Lucianus in Tyrannicida: τῆς τυραννίδος κεφάλαιον, id est *tyrannidis caput*, et Plato libro De legibus iii.: τὴν τῶν στάσεων πηγὴν dixit, id est *seditionum fontem*. Et: 'ad calcem venire', 'in calce operis', 'in extremo literarum tuarum 930 calce', 'ab ipso exordiri capite', 'a calce ad caput recurrere' atque id genus aliae loquendi formulae, quae passim apud autores obuiaae sunt. [B] Plutarchus Aduersus Stoicos: Ἐκ παρόδου καὶ ἀρχῆς ἔχρι κορωνίδος, id est *Ab ingressu et initio vsque ad coronidem*.

[A]

CVRSV LAMPADA TRADO

138

935 *Cursu lampada trado* prouerbialis metaphora pro eo, quod est: partes tuas quasi successione in alium atque alium transferre. Lucretius:

Et quasi cursores vitae lampada tradunt.

De animantibus agit, quae successione propagantur, vita per vices ab aliis in alia transfusa. M. Varro libro De re rustica iii., [F] cap. xv.: [A] *Sed, o Merula, 940 Axius noster ne, dum hoc audit, physicam addiscat, quod de fructu nihil dixi, nunc cursu lampada tibi trado*. Quibus verbis significat se alteram sermonis partem Merulae tradere isque in dicendi vicem succedit. Lucretius videtur imitatus Platonem, qui libro De legibus sexto scribit ciues oportere liberis generandis atque educandis operam dare, vt vitam, quam ipsi a maioribus accepissent, 945 vicissim quasi tedam ardentem posteris tradant. Eodem pertinet Persianum illud:

Qui prior es, cur me in decursu lampada possis?

Aristophanes in Ranis:

950 Λαμπάδα δ' οὐδεὶς οἶός τε φέρειν
 'Υπ' ἀγυμνασίας ἔτι νυνί, id est
Iam nemo queat gestare facem,
Quod non curant exerceri. |

LB 85 Taxat ignauiam atque inertiam ciuium. Quo loco interpres addit in tribus certaminibus solere veteres gestare faces, id est, vt illi dicebant, λαμπαδοουχεῖν 955 in Prometheis, in Vulcaniis et Panathenaicis. Porro Prometheus creditur

primus hoc ludorum genus instituisse hunc quidem ad modum, vt currentes facem ardentem gestarent. Eam defatigatus proximo in manum dabat. Is item defessus alii ac deinceps alius alii successione tradebant inuicem historiae Prometheae quasi simulachrum representantes, quemadmodum ferulam, qua coelestem ignem exceperat, ne rursus extingueretur, perpetuo motu iactarit in terram deuolans. Huius rei mentionem facit Plato libro De republica primo significans daduchias etiam in honorem Mineruae solere celebrari. Pausanias autem in Atticis ritum horum ludorum describit copiosius. [B] Meminit et Herodotus, sed obiter in Vrania ostendens eum morem a Persis repertum, vt 960 dispositis equis atque cursoribus alius alii mandata velut lampada traderent, quo celerius perferri possent. [A] Autor Rhetorices ad Herennium: *Non enim, quemadmodum in palaestra qui tedas ardentem accipit celerior est in cursu continuo quam ille qui tradit, ita melior imperator nouus qui accipit exercitum quam ille qui discedit;*

926 Te E-I: Me A-D; huic F-I: huius A-E.

935 tuas B-I: om. A.

938 propagantur A D F-I: propagant E.

943 scribit F-I: cum scribit A-E.

919 Hier. *Paralip.* praef. (Migne PL 29, 423).

923 modo Cf. l. 909 sqq.

925-926 Terentius Ter. *Ad.* 568.

926 apud Graecos Cf. n.l. 927 und n.l. 928.

927 Lucian. *Tyrann.* 5 (927 και τὸ κεφάλαιον).

928 Plat. *Leg.* III, 690 d: Νῦν γὰρ δὴ στάσεων πηγήν τινα ἀνηυρήκαμεν.

929 ad calcem venire Cf. Cic. *Lael.* 101: "Ad calcem, vt dicitur, peruenire." Dazu Otto 308. Es handelt sich hier jedoch nicht um 'calx' = 'Ferse', sondern um 'calx' = 'Kalk', 'Kalkstein'. Cf. Glare, s.v. "Finishing-line in a race course marked with chalk; the goal, the end."

929-930 in calce ... tuarum calce Auch in diesen Ausdrücken scheint 'calx' die Bedeutung 'Ende' zu haben (cf. n.l. 929).

930 ab ipso ... capite Cf. Cic. *Or.* 199: "Debet ... tota a capite ita fluere, vt ad extremum veniens ipsa consistat."

a calce ... recurrere Cf. n.l. 901.

931 Plut. *Mor.* 1066 a. Diese Plutarch-Stelle wurde von Er. auch in *Adag.* 3520 (Ad coronidem vsque), LB II, 1080 C angeführt.

138 *Collect.* 10. Otto 909. Joh. Bapt. Pius (*Annotaciones* cap. CXIV) behandelt ausgehend von den auch von Er. erwähnten Stellen (näml. Pers. 6, 61, Paus. I, 30, 1, Lucr. II, 79 und Varro *Rust.* III, 16, 9) unser Sprichwort (cf. *Adag.* 119). Auch Beroaldus (*Appendix annotamentorum* cap. 18, dazu: *Adag.* 28, n.l. 914-919) be-

945 tedam ardentem C-I: tedas ardentem A B.

965 velut I: veluti B-H.

966 quo C-I: quae B.

967 accipit C-I: accipit A B.

spricht unser Adagium; er führt *Rhet. Her.* an (cf. l. 966) und erwähnt Hdt.

935 *Cursu ... trado* Cf. l. 941.

936 Lucr. II, 79.

938-939 *De animantibus ... transfusa* Cf. Pius, cap. CXIV: "Morientes tanquam victi a sequentibus viuentibus et victoribus, eis tradunt lampada extinctam" (nach der Edition von 1505).

939 Varro *Rust.* III, 16, 9 (940 haec: hoc ed. vet.; physica macescat Scaliger: *physicam addiscat* ed. vet.; 941 tibe). Wir haben die Edition *Opera agricolationum*, ed. Phil. Beroaldus, 1496, herangezogen.

943 Plat. *Leg.* VI, 776 b: Γεννῶντάς τε και ἐκτρέφοντας παῖδας καθάπερ λαμπάδα τὸν βίον παραδιδόντας ἄλλοις ἐξ ἄλλων.

945-946 *Persianum illud* Pers. 6, 61.

948 Aristoph. *Ran.* 1087-1088.

953 *interpres* Cf. Schol. *Ran.* 1087.

959-961 *quemadmodum ... deuolans* Cf. Plin. *Nat.* VII, 198: "Eundem (sc. ignem) adseruare ferula Prometheus."

961 Plat. *Rep.* I, 328 a.

962 Paus. I, 30, 2.

964 Hdt. VIII, 98.

966 *Rhet. Her.* IV, 59 (967 candentes: ardentem ed. vet.; 968 item: ita ed. vet.; decedit; 969 cursor: *cursu* ed. vet.). Nach der Edition von Philippus Pincius mit Kommentaren von Fabius Victorinus et alii, Venedig, 1500.

970 *propterea quod defatigatus cursu integro facem, hic peritus imperator imperito exercitum tradit. Itaque lampadem tradere dicitur, qui iam vel delassatus vel emeritus in alios munus gerendum ab se transfert. Et inuicem lampada tradere, qui, quod ait Terentius, tradunt operas mutuas et aliis alii vicissim suppetias ferunt.*

[A]

PRINCIPIVM DIMIDIUM TOTIVS

139

975 Ἄρχῃ ἥμισυ παντός, id est *Principium dimidium totius*. Hoc adagio significatum est maximam difficultatis partem in aggrediundo negotio sitam esse. [E] Hemistichium est Hesiodi citante Luciano in Hermetimo. Refertur et ab Aristotele libro quinto Politicorum: Ἡ δὲ ἀρχὴ λέγεται ἥμισυ εἶναι παντός. [A] Plato libro De legibus sexto: Ἄρχῃ γὰρ λέγεται μὲν ἥμισυ παντός ἐν ταῖς παροιμίαις ἔργου, καὶ τό γε καλῶς ἀρξασθαι πάντες ἐγκωμιάζομεν ἐκάστοτε. Τὸ
980 δ' ἐστὶν τε, ὡς ἐμοὶ γε φαίνεται, πλεόν ἢ τὸ ἥμισυ, καὶ οὐδεὶς αὐτὸ καλῶς γενόμενον ἐγκωμιάκεν ἱκανῶς, id est *Nam in prouerbiis quidem initium totius facti dimidium dicitur. Atque illud nimirum recte coepisse omnes vndique laudibus ferimus. At istud, ut mihi quidem videtur, plus est quam dimidium. Neque quisquam hoc, ubi recte fit, satis pro merito laudat.* Suidas haec ex Marino quodam refert:
985 Γέγονε δὲ ἡμῖν ἡ ἀρχὴ οὐκ ἀρχὴ μόνον, οὐδὲ κατὰ τὴν παροιμίαν ἥμισυ τοῦ παντός. Αὐτὸ δὲ ὅλον τὸ πᾶν, id est *Fuit autem nobis initium illud non tantum initium neque iuxta prouerbiū dimidium totius, sed ipsum in solidum totum.* Aristoteles item libro Moraliū primo: *Principium enim plus quam dimidium totius esse videtur.* Horatius in Epistolis:

990 *Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude.*

Ausonius:

*Incipe, dimidium facti est coepisse, supersit
Dimidium rursus, hoc incipe et efficies.*

995 Plutarchus in libello, cui titulus Quo pacto sint audiendi poetae, citat ex Sophocle carmen hoc:

Ἔργου δὲ παντός ἦν τις ἀρχῆται καλῶς,
Καὶ τὰς τελευτὰς εἰκός ἐσθ' οὕτως ἔχειν, id est
*Negotii cuiusque si bene coeperis,
Et finem item bonum fore probabile est.*

1000 [A]

SATIVS EST INITIIS MEDERI QVAM FINI

140

Ἄρχῃν ἰᾶσθαι πολὺ λῶϊον ἢ ἐτελευτῆν, id est
Multo quam finem medicari initia praestat.

Refertur a Suida prouerbii loco. In eandem sententiam Theognis:

Ζητῶμεν δ' ἔλκει φάρμακα φουμένω, id est
Pharmaca nascenti sunt adhibenda malo.

5

- 972 aliis alii C-I; alii alii A B.
 974 ἡμισυ A G-I; ἡμισυ B-F; Principium
 A-C F-I; Principium D E.
 977 ἡμισυ G-I; ἡμισυ E-F.
 978 ἡμισυ G-I; ἡμισυ A-E, ἡμισυ F, corr. χ.
 980 ἐστίν τε A B D-I; ἐστίν C; ἐμοίγε F-I:

- ἐμοί A B, ἐμοίγε C-E; ἡμισυ G-I; ἡμισυ
 A-F.
 982 coepisse B-I; cepisse A, corr. s.
 985 ἡμῖν A-G; ὑμῖν H I; ἡμισυ G-I; ἡμισυ
 A-F.
 987 in solidum A-H; insolidum I.

- 972 tradunt ... mutuas Ter. Phorm. 267.
 aliis ... ferunt Nicht bei Ter. Aber bei
 Plaut. Epid. 659: "Suppetias mihi cum
 sorore ferre." Men. 1003: "Ecquis suppe-
 tias mihi audet ferre." Rud. 1083: "Et illi
 miserae suppetias feret."
 139 Collect. 298. Otto 557.
 974 Ἀρχή ... παντός Bei den Paroemiogra-
 phen: Diogen. 2, 97. Apost. 3, 97. Zenob.
 Ald. col. 46 = Suid. ἀρχή 4097. Cf.
 Lucian. Somn. 3: Ἀρχὴ δέ τοι ἡμισυ παντός.
 976 Hes. Erg. 40, angeführt von Lucian.
 Herm. 3.
 977 Aristot. Pol. V, 1303 b 29 (977 δ').
 978 Plat. Leg. VI, 753 e (980 γε om.).
 981-984 Nam ... laudavit Er. folgt nicht der
 Übersetzung des Ficino, sondern verfasste
 seine eigene Version. Ficino: "Principium
 enim dimidium totius operis esse prouer-
 bio dicitur atque eum, qui bene cepit
 omnes laudamus. Mihi autem hoc plus
 quam dimidium esse videtur rectumque
 principium nunquam satis ab aliquo lauda-
 tum fuisse" (Ficino, fo. 289 recto der
 schon Adag. 68, n.ll. 775-777 genannten
 Edition).
 984 Suid. ἀρχή 4091. Suid. nennt seine
 Quelle: Marinos (Marinos, Schüler von
 Proklos, verfasste: Πρόκλος ἢ περὶ εὐδαιμο-
 νίας, herausgegeben von J.F. Boissonade,
 Lipsiae, 1814). Am Ende der Ausgabe I
 sagt Er. zu dem Leser: "In prouerbio,
 Dimidium plus toto (cf. n.l. 988), haec
 verba sunt eradenda 'Suidas citat ex
 Marino quodam' vsque ad 'Regum igitur
 etc.' Sunt enim supposititia et nihil ad
 hunc locum facientia. Fuit mihi quidam
 amanuensis, qui pro delitiis habebat ali-
 quid de suo meis lucubrationibus me clam
 intextere. Eum e Suida locum citavi in
 prouerbio Principium dimidium totius, vbi

- quadrabat" etc. Es handelt sich um den
 genannten Hinweis auf Suid. An unserer
 Stelle ist er angebracht, in Adag. 895
 jedoch nicht.
 988 Aristot. Eth. Nic. I, 1098 b 7: Δοκεῖ γὰρ
 πλεῖον ἢ ἡμισυ τοῦ παντός εἶναι ἢ ἀρχή.
 Diese Aussage von Aristoteles scheint
 irgendwie auf das Proverb πλεον ἡμισυ
 παντός (cf. Hes. Erg. 40), das Er. in seinem
 Adagium 895 (Dimidium plus toto), LB
 II, 364 C, bespricht, anzuspielen.
 989 Hor. Epist. I, 2, 40.
 991 Auson. Epigr. XXVI, 15, Prete, p. 292
 = Epigr. XIX, 15, Evelyn White II, p.
 162 (992 superfit).
 994 Plut. Mor. 16 a.
 994-995 ex Sophocle Sc. Soph. fr. 747 N. =
 fr. 831 Radt bei Plut. loc. cit.
 140 Er. benützte in Paris eine Dioge-
 nian-Handschrift, die mit dem Codex Bod-
 leianus Grabianus 30 oder einer verloren-
 gegangenen Kopie davon identifiziert wor-
 den ist (cf. Proleg. n.ll. 206-207). In dieser
 Diogenian-Handschrift waren von Her-
 monymos, seinem Lehrer, Sprichwörter,
 unter denen unser Adagium Ἀρχὴν ἰᾶσθαι
 πολὺ λῶϊον ἢ τελευτήν sich findet, hinzuge-
 setzt worden (cf. Bühler I, p. 207, n. 109).
 Er. entnahm dem Codex G, wie gesagt,
 Sprichwörter für seine Collectanea, andere
 aber liess er erst in den Chiliades erschei-
 nen: z.B. Adag. 296 (cf. Bühler I, p. 226,
 n. 204). Obwohl unser Adagium sich in
 margine des genannten Manuscripts findet,
 scheint das Suda-Lexikon, das Er. 1508 zur
 Verfügung stand, die Quelle gewesen zu
 sein (cf. l. 3).
 3 Suid. ἀρχή 4098. Dieses Proverb folgt dem
 in Adagium 139, n.l. 974 angeführten
 Lemma. Cf. Apost. 3, 90.
 Theognis Thgn. 1134.

Similiter Persius [E] satyra tertia:

*Elleborum frustra, quum iam cutis aegra tumebit,
Poscentes videas: [A] venienti occurrere morbo. |*

LB 86 Atque item Ouidius:

10 *Sero medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.*

Admonet adagium minore negotio tolli malum statim initio, cum adhuc recens est quam posteaquam inueterauerit. Pueros a vitiis arcendos, dum adhuc tenera ac tractabilis aetas sarcindas protinus offensas, ne in simultatem
15 exolescant. Minima vitanda mala, ex quibus maiora solent pullulascere. Occasiones euitandas, quae mali quippiam pariturae videantur.

[A]

SERERE NE DVBITES

141

Rusticanum adagium, sed non indignum, quod in hoc volumen referatur: *Serere ne dubites*. Quo monemur, ne quando pigeat eiusmodi rerum aliquid
20 moliri, a quibus nihil omnino dispendii, plurimum emolumentum possit proficisci, si non in praesens, certe in posterum, si non nobis, at saltem posteris. Columella libro De re rustica duodecimo: *Quare vulgare illud de arborum positione rusticis usurpatum: Serere ne dubites*. Nam aedificatio nonnunquam exhaurit fructus, negotiatio pendet a fortuna neque paucis male cessit.
25 Eundem ad modum ex aliis aliud atque aliud est vel incommodi vel periculi, sed ex arboribus conserendis plurimum capitur commoditatis neque magno tamen impendio constat. Eandem sententiam Vergilius addita figura sic extulit libro Georgicôn secundo:

Et dubitamus adhuc serere atque impendere curam?

30 [A]

TALARIA INDVERE

142

Extat apud M. Tullium prouerbialis allegoria *Talaria induere* pro eo, quod est: fugam adornare quasique velle quopiam auolare. Sic enim scribit ad Atticum libro decimoquarto: *Nemo est istorum qui ocium non timeat. Quare talaria induamus*. Sumptum ab Homero, qui Mercurium auolaturum aliquo frequenter
35 adornat talaribus:

Αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα,
'Αμβρόσια, χρύσεια, τὰ μιν φέρον ἕμην ἐφ' ὑγρῆν
'Ἡδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν ἅμα πνοιῆς ἀνέμοιο, id est
Mox vbi iam pedibus talaria subdidit aurea
40 [C] *Pulchraque et ambrosiam spirantia, quae simul illum
Aera per liquidum, simul ampla per aequora vastae
Telluris venti flatu comitante ferebant.*

[A] Quem Homeri locum Vergilius veluti interpretans in quarto Aeneidos

45 *Et primum, inquit, pedibus talaria nectit
Aurea, quae sublimem alis siue aequora supra
Seu terram rapido pariter cum flamine portant.*

Itaque talaria induere dicemus eos, qui parant aufugere. Nam hoc ipsum 'auolare' et 'reuolare' apud M. Tullium pro fugere et redire frequens est.

[A]

TRICAE, APINAE

143

50 *Tricas et apinas vulgo res futes ac nugatorias dicebant. Martialis:*

*Quaecunque lusi inuenis et puer quondam,
Apinasque nostras.*

6 Similiter Persius B E-I: Similiter Ouidius A C D.

8 Post videas: Atque item Ouidius addit E, sed delet in Erratis: om. F-I.

9 Atque item Ouidius F-I: et A, Et Ouidius B, Atque idem rursum C D, Idem alibi E.

11 inualuere A-D F-I: conualuere E in textu, corr. in Erratis.

6 Pers. 3, 63-64. Die Halbzeile *venienti ... morbo* (l. 8) wurde anfangs Ov. zugeschrieben; in der Ausgabe B wird zu Recht Persius als Verfasser dieses Halbverses genannt, in den folgenden Ausgaben (C-E) aber erscheint wieder Ouidius' Name. Erst in der Ausgabe F wird l. 8 als ein vollständiger Persiusvers gelesen; in E wird *Elleborum ... videas* (cf. ll. 7-8) Persius zugeschrieben, *venienti ... morbo* jedoch Ouidius. Dazu app. crit.

9 Ov. Rem. 91-92 (11 conualuere).

11 inualuere Wir behalten die schlechtere Lesart *inualuere* statt 'conualuere' bei, da letztere, die sich nur in E findet, in der Errata-Liste der Ausgabe E durch *inualuere* ersetzt wurde, cf. app. crit.

13-14 *Pneros ... aetas* Man vergleiche *Adag.* 151, ll. 257-258: "Maiora peccatum adultum, qui puer vitiis minoribus assueverit."

141 Otto 1631.

19 *Serere ne dubites* Cf. l. 23.

22 Colum. XI, 1, 29.

libro ... duodecimo Cf. *Adag.* 37, n.ll. 165-166.

27 Verg. *Georg.* II, 433 (29 dubitant homines).

142 Otto 1738.

20 a quibus H I: e quibus A-G.

22 Columella B-I: Collumella A, corr. s.

28 *Georgicon* A-G I: *Georgico* H.

36 ἐδῆσατο A-H: ἐδύσατο I.

42 venti flatu comitante [dominante G-I] ferebant χ G-I: rapidi comitantur flamina venti | Portabant C-F.

43 *Aeneidos* B-I: *Eneidos* A, corr. s.

31 Cic. *Att.* XIV, 21, 4 (34 *videamus*: *induamus* v.l.).

34 Hom. *Il.* XXIV, 340-342. Er. führt dieselben Verse in *Adag.* 97, ll. 501-503 (Zusatz B) an. Die Übersetzung dieses Pausus ist in beiden Adagien vollkommen identisch (siehe jedoch app. crit. zu l. 42).

43 Verg. *Aen.* IV, 239-241.

44 *talaria nectit* Cf. *Adag.* 1517, *ASD* II, 4, p. 30, l. 271.

47 *Itaque ... dicemus* Aufgrund der abweichenden Lesart 'induamus' (statt 'videamus') in dem Atticusbrief XIV, 21, 4 stellt Er. einen Ausdruck, den er zu Unrecht für sprichwörtlich hält, her. Es gibt keine weiteren Belegstellen.

48 *anolare* Cf. *Att.* IX, 10, 3; *Fin.* II, 106. Bei Cic. findet sich *reuolare* nicht. Aber 'aduolare' wurde bildlich verwendet: *Att.* I, 14, 5; *Att.* II, 13, 2.

143 *Collect.* 654. Otto 127. Auch Perotti (cf. *Adag.* 401, n.ll. 31-38) bespricht in seinen *Cornucopiae* (col. 466, l. 21 sqq. der Aldina von 1513) unser Adagium: er benützte Plin. (cf. n.l. 58) ohne dessen Namen zu erwähnen und führt Martialis an (cf. l. 50 sqq.).

50 *Martial.* I, 113, 1-2.

Idem alibi:

Sunt apinae tricaeque et si quid vilius istis.

55 Vnde et 'tricari' simili figura dicebant nugas agere. Cicero cum alias tum ad Atticum libro xv.: *Tricatur scilicet, vt homo talis.* Et rursum *Balbus*, inquit, *tricatur.* Adagium ab euentu natum. Nam *Tricam* et *Apinam* oppida fuisse quondam Apuliae demonstrat *Plinius* lib. *Naturalis historia* iii., cap. xi. referens Europae sinus, *Diomedes*, inquit, *ibi deleuit gentes Monadorum Dardorumque et vrbes duas, quae in prouerbiū ludicrum vertere, Apinam et Tricam.*

60 *Stephanus* ostendit *Tricam* urbem fuisse Thessaliae, sortitam id nominis a *Trica* *Penei* filia. [B] *Nonius Marcellus* *tricas* impedimenta et implicationes interpretatur ἀπὸ τῶν τριχῶν, id est a *pilis*, quibus inuoluuntur pulli gallinacei. Vnde dictum sit extricare et intricare. *Lucilius* apud eundem *tricones* appellat,

65 qui nugis homines remorentur, et *tricinus quaestus* pro tardo seu sicco, et *Varro* *tricas Attellanas*, nugas impeditissimas. Equidem non negauerim in voce allusum ad pilos. Caeterum ab oppido dictum prouerbiū vero propius

LB 87 est. *Plinius* | lib. viii., cap. xviii. ostendit oues laudari solitas breuitate crurum et ventris vestitu; quibus is nudus esset, eas apicas appellauit ceu reiculas

70 damnatasque.

[A]

CORYCAEVS AVSCULTAVIT

144

Κωρυκαῖος ἤχροάζετο, id est *Corycaeus auscultauit*. Vbi quis id quod agit conatus dissimulare tamen a curiosis deprehenditur. Vnde natum sit adagium, ex autoribus asscribam. *Corycus* mons est Pamphyliae praecelsus ac portuosus

75 atque ob id piratarum insidiis opportunus, quos ab eo monte *Corycaeos* vocabant. Hi nouam insidiandi rationem excogitarant. Siquidem dispersi per portus *Coryci* montis miscebant sese negociatoribus, vt quisque forte appulerat, subauscultantes et quid rerum portarent et quo nauigare destinassent, denique quo tempore decreuissent soluere. Quae simulatque cognouerant,

80 renunciabant piratis, cum quibus societatem maritimorum latrociniorum exercebant. Atque ita per occasionem simul adorti nauigantes spoliabant. Quae res vbi mercatoribus esset comperta, pleraque occultabant ac dissimulabant insidiarum metu. Sed cum ne sic quidem laterent subodorantibus omnia *Corycaeis* res in prouerbiū abiit: *Τούτου Κωρυκαῖος ἤχροάζετο*, id est *Hunc*

85 *Corycaeus auscultauit*. De re vehementer dissimulata, deprehensa tamen.

Suidas ait *Corycon* Pamphyliae promontorium esse, cui subiecta sit vrbs *Atalea*. Eius vrbs ciues, ne vexarentur ipsi a praedonibus, qui sese in promontorii arcem receptabant, per alios portus dissipati subauscultabant, quinam appulissent et quo tenderent, eaque praedonibus renunciabant. Idem

90 ex *Ephoro* refert *Corycaeos* conuenas quospiam fuisse, qui condiderint oppidulum [G] in *Lydia* [A] sub cacumine *Coryci* in mare prospectantis, finitimos *Myonesso*. Hos solitos sese negociatoribus in portum appellentibus

95 admiscere, quasi negotiatores essent et ipsi mercium aliquid empturi, deinde quae cognouissent Myonessiis renunciabant. Myonessii nauigantes adoriebantur praedam ablatam aut precia, quibus sese negotiatores redimebant, quae Graeci λύτρα vocant, cum Corycaeis partientes.

At Stephanus tradit Corycum montem esse altissimum, finitimum Teo Ioniae oppido, cui subiectus sit eiusdem nominis portus. Quo loco meminit et de piratarum insidiis et prouerbio. [G] De Lydiae Coryco sentit et Strabo,

- 55 dicebant s C-I: dicebat A B.
 58 xi. [vndecimo D] D-I: decimo [x. A B] A-C.
 59 ibi s C-I: vbi A B.
 65 homines H I: hominem B-G; quaestus D-I: questus B C.
 66-67 in voce C-I: voce B.
 67 dictum H I: ductum B-G.
 73-74 ex autoribus χ G-I: id partim ex Strabone, partim ex Zenodoto A-F.
 74 Pamphyliae C-I: Pamphiliae A B.
 77-78 vt quisque forte appulerat H I: vt quisque forte appulerant A-F.
 78 et quid B-I: ecquid A.
 81 simul C-I: pariter A B.
 83 subodorantibus F-I: odorantibus A-E.
 87 Atalea D-I: Talaea A-C.
 91 in Lydia G-I, addit χ.
 93 essent B-I: om. A.
 96 cum Corycaeis C-I: Corycaeis A B.
 97 At G-I: om. A-F, addit χ verbo itidem in margine eraso.
 99-100 De Lydiae ... libro xiiii. [14 χ] G-I, addit χ.
 53 *Idem alibi* Martial. XIV, 1, 7.
 55 Cic. *Att.* XV, 13 a, 1 (56 monetalis Schütz: *homo talis* codd.).
 56-57 *Et ... tricatur* Was Er. behauptet, ist nicht richtig: Balbus wird *Att.* XII, 2, 2 erwähnt, das Verb 'tricari' jedoch wird nur einmal (abgesehen von *Att.* XV, 13 a, 1) verwendet, nämli. *Att.* XIV, 19, 4 (ohne Balbus).
 58 Plin. *Nat.* III, 104 (60 prouerbi). Nach Otto loc. cit. hat es keine Städte dieses Namens gegeben.
 61 Steph. Byz. Τρίκκη, Meineke, p. 635: Τρίκκη, πόλις Θεσσαλίας ἀπὸ Τρίκκης τῆς Πηγιοῦ θυγατρὸς.
 62 Non., p. 8, 11-13 M, Lindsay p. 13.
 63 ἀπὸ τῶν τριχῶν Er. hat vermutlich Non., l. 12 τρίχες statt 'tricae' gelesen (in der Mailänder Noniusedition aus dem Jahre 1500: τριχαί, sic). Siehe auch Non., p. 181, 6 M, Lindsay, p. 265: "Vt sunt capilli, qui graece τρίχες dicuntur."
 64 *Lucilius* Lucil. fr. 416 Marx bei Non., p. 8, 17 M = fr. 416 Krenkel.
 65 *tricusus quaestus* Nicht Lucilius, sondern Varro *Men.* fr. 159 Bücheler bei Non., p. 181, 5 M, Lindsay, p. 265.
 66 *Varro* Varro *Men.* fr. 198 Bücheler bei Non., p. 8, 23-24 M, Lindsay, p. 13. *Atellanas* (Tellanas codd.: *Atellanas* edd. vet.). Zu der unsicheren Schreibung dieses Wortes: Lindsay ad loc. und Otto, p. 30.
 68 Plin. *Nat.* VIII, 198: "In ipsa oue satis generositas ostenditur breuitate crurum, ventris vestitu, quibus nudus esset apicas vocabant damnabantque."
 144 *Collect.* 112. Otto 449. *Collect.* 112 hängt ganz von Beroaldus ab (*Annotationes* 59, Gruter, *Lampas* I, p. 227, cf. *Zu den Anfängen*, p. 168 und n. 51), für die *Chilias* aber zog Er. neue Quellen heran (vide infra).
 72 Κωρυκαῖος ἠεροῦζετο Zenob. 4, 75 = Ald. col. 109.
 73-74 *ex autoribus* Sc. Zenob., Suid., Steph. Byz., Strabo.
 74-85 *Corycus ... tamen* Nach Zenob. 4, 75.
 86-96 *Suidas ... partientes* Nach Suid. Κωρυκαῖος 2299.
 87 *Atalea* Suid. loc. cit.: Ἀτάλεια. Zenob. Ald. col. 109: Ἀτάλεια.
 89-90 *Idem ex Ephoro* Cf. *FGrHist* 70 F 27.
 91 *in Lydia* Nicht aus Suid., sondern nach der Erscheinung der Strabo-Edition hinzugesetzt: cf. l. 99.
 97 Steph. Byz. Κώρυκος, Meineke, pp. 401-402.
 99 Strab. XIV, 1, 32, Meineke, pp. 899-900. Die Erstausgabe Strabos erschien 1516. Er. bestellte sie 1517 (cf. *Adag.* 69, n.l. 849) und trug in der Ausgabe von 1528 dieses lange Zitat (ll. 100-111) aus dem Werk Strabos nach (100 πρὶν δ' ἐλθεῖν sic Ald.; 101 Τρίων: Τρίων Ald.; 102 Ἐρυθρῶς: Ἐρυθραὶ Ald.; 103 ληστήριον: λησ-

- 100 cuius verba subscribam ex libro xiiii.: Πρὶν δὲ ἐλθεῖν ἐπὶ <τὰς> Ἐρυθράς, πρῶτον μὲν Ἐραι πολίχνιον ἐστὶ Τήιον· εἶτα Κώρυκος, ὄρος ὑψηλόν, καὶ λιμὴν ὑπ' αὐτῷ Κασύστης καὶ ἄλλος Ἐρυθραὶ λιμὴν καλούμενος καὶ ἐφεξῆς πλείους ἕτεροι. Φασὶ δὲ τὸν παράπλου τοῦ Κωρύκου πάντα ληστήρια ὑπάρξαι τῶν Κωρυκαίων καλουμένων, εὐραμένων τρόπον καινὸν τῆς ἐπιβουλῆς τῶν πλοῖζομένων· κατ-
- 105 εσπαρμένους γὰρ ἐν τοῖς λιμέσι τοῖς κατορμιζομένοις ἐμπόροις προσφοιτᾶν καὶ ὠτακουστεῖν, τί φέροιεν καὶ ποῦ πλείοιεν. Εἶτα συνελθόντας ἀναχθεῖσι τοῖς ἀνθρώποις ἐπιτίθεσθαι καὶ καθαρχάζειν· ἄφ' οὗ δὴ πάντα τὸν πολυπράγμονα καὶ κατακούειν ἐπιχειροῦντα τῶν λάθρα καὶ ἐν ἀπορρήτῳ διαλεγομένων Κωρυκαῖον καλοῦμεν, καὶ ἐν παροιμίᾳ φαμέν· 'τοῦ δ' ἄρ' ὁ Κωρυκαῖος ἤκροάζετο', ὅταν δοκῇ
- 110 τις πράττειν δι' ἀπορρήτων <ἢ λαλεῖν>, μὴ λανθάνη δὲ διὰ τοὺς κατασκοποῦντας καὶ φιλοπευστοῦντας τὰ μὴ προσήκοντα, id est *Priusquam perueniatur Erythras, primum occurrit oppidulum Erae Teium, deinde Corycus mons excelsus atque huic subiectus portus Casystas, mox alius portus dictus Erythrae, dein alii complures. Narrant autem Corycum praeternauigantibus omnia plena latrocinii esse quorundam,*
- 115 *quos Corycaeos appellant. Hi nouum insidiarum genus commenti fuerant in nauigantes. Siquidem dispersi per portus negotiatores, qui forte appulerant, adibant subauscultabantque quid rerum ferrent, quo nauigarent; deinde illos in altum reuersos collecti adoriebantur ac spoliabant. Vnde factum est, vt quemuis curiosum, auidum auscultandi quae clanculum et in occulto dicuntur, Corycaeam vocemus prouerbioque dicamus: 'hunc Corycaeus auscultauit', quoties aliquis sibi visus est egisse dixisseue clam, quum tamen non latuerit propter eos, qui subauscultant ac sciscitari student, quae non oportet.*
- 120 *Hactenus Strabo. In cuius verbis non videtur abesse delprauatio: vna tolletur, si pro ληστήρια legas ληστῶν, altera si legas τῶν λάθρα καὶ ἐν ἀπορρήτῳ πραττομένων καὶ διαλεγομένων; sic enim legisse videtur interpres. Itaque quum duae sint ciuitates eiusdem nominis, ad vntranque referunt prouerbium autores. Stephanus ostendit et in Cilicia ciuitatem Corycum esse, quae *portu saloque cingitur*, vt ait Pomponius Mela, *angusto tergore continenti adnexa*, cui vicina specus illa multorum literis nobilitata. Iam Cilices piratas fuisse accepimus. Hanc eandem arbitror esse cum ea, quam in Pamphylia ponunt Zenodotus et Suidas, quod Pamphylia Ciliciae sit contigua atque olim bona Ciliciae pars imputabatur in Pamphyliam. Idem Stephanus indicat et insulam fuisse eius nominis. Rursus Cretae promontorium esse Coryciam et eiusdem nominis portum Aethiopiae. [A] Inducunt et comici deum quempiam Corycaeam exaudientem atque auscultantem quae gerantur, sicuti Menander in Enchiridio, Dexippus in Thesauro apud Suidam, [G] quod tribus verbis attigit et Hesychius indicans corycum Graecis sonare vas coriaceum aut nauim aut lanceam. [A] Vsurpat hoc adagium M. Tullius libro ad Atticum decimo, [E] epistola vltima: [A] *Itaque posthac non scribam ad te, quid facturum sim, sed quid fecerim. Omnes Κωρυκαῖοι videntur subauscultare quae loquor.**
- 130
- 135

100-133. Πρὶν ... Acthiopiae G-I: om. χ signo delegandi addito.

nis 1516.

101 ὑψηλόν scripsimus cum Aldina: ὑψηλόν G-I.

100 τὰς om. G-I suppleuimus ex Aldina Strabo-

109 ἄρ' G: ἄν HI.

110 ἢ λαλεῖν *suppleuimus* ex *Aldina Strabonis*.
 135–137 quod ... lanceam *G-I*, *addit* χ.
 136 coriaceum *G-I*: coryaceum χ.

τήρια Ald.; 104 εὐρομένων: εὐραμένων Ald.;
 105 καθομιζομένοις: κατομιζομένοις Ald.).
 N.B. Der Text der Aldina von 1516 ist
 nicht fehlerfrei: κατεσπασμένους statt κατε-
 σπαρμένους (cf. ll. 104–105) und ἐπιχειροῦν-
 ται statt ἐπιχειροῦντα (cf. l. 108).

106 ὠτακουστῆν Cf. *Adag.* 102, l. 86.
 111–121 *Priusquam ... oportet* Man vergleiche
 die schon genannte Strabo–Übersetzung
 Guarinos (cf. *Adag.* 69, n.l. 847 und 849):
 “Priusquam Erythras perueniatur primum
 est oppidum Serrae postea Teium, postea
 Corycus mons excelsus et portus Casystes
 sub eo item alius portus, qui Erythras
 appellatur, ac deinceps complures alii.
 Dicunt totam Coryci praeternaigationem
 latronibus plenam, qui Corycei dicuntur.
 Hi nouum insidiandi genus adinuenerunt;
 dispersi enim per portus accedunt ad mer-
 catores, qui applicuerint, auscultantes quid
 rerum ferant et quo nauigent. Postea,
 quum illi soluerint et in altum se recepe-
 rint, congregati eos adoriuntur ac diri-
 piunt. Ex quo omnes curiosos et occulta ac
 secreta auscultare conantes, Coryceos ap-
 pellamus et in prouerbio dicimus ‘hunc
 ergo Corycaeus auscultauit’, quum quis ali-
 quid dicere vel facere secreto videatur,
 quod minime videatur propter eos, qui
 speculantur et scire student, quae non
 conuenit” (fo. CXX der Pariser Edition
 von 1512).

122–123 *una ... ληστῶν* Die von Er. beabsich-
 tigte Emendation ist unnötig. Siehe jedoch
 Guarinos Übersetzung: “praeternaigationem
 latronibus plenam.” Dazu: Rummel,
 p. 150, n. 48. Nebenbei gesagt: E. Rum-
 mel bemerkt zu Unrecht loc. cit., dass die
 Emendationen, die Er. in *Adag.* 2.xxxiv, l.
 198 und l. 201, und *Adag.* 44, l. 409,
 vorschlägt, von den heutigen Editoren
 übernommen worden sind.

123–124 *altera ... διαλεγόμενων* Stephanus
 merkt in seinen *Animaduersiones* (cf. *Einlei-
 tung*, p. 10) ad loc. richtig an, dass die von
 Er. angeführte Übersetzung verbesserungs-
 fähig ist (“Bene scriptum est διαλεγόμενων,
 sed male ab eo intellectum”) und emen-
 diert: “Auidum auscultandi eos qui clancu-
 lum et in occulto colloquuntur.” Siehe
 jedoch Guarinos Übersetzung: “omnes
 curiosos et occulta ac secreta auscultare
 conantes.” Guarino übersetzt, wie Er.:

137 nauim *G-I*: nauym χ.
 138 decimo *E-I*: secundo *A-D*.

‘begierig zu hören, was gesagt wird’ und
 nicht: ‘begierig die Menschen, die heimlich
 sprechen, zu hören’.

124 *sic ... interpres* Vermutlich Guarino Gua-
 rini, cf. n.ll. 122–123 und n.ll. 123–124.

126 *Stephanus* Cf. Steph. Byz. loc. cit. (cf. n.l.
 97).

127 Mela I, 71–72: “Non longe hinc Corycos
 oppidum portu saloque incingitur, angusto
 tergo continenti adnexum. Supra specus
 est nomine Corycius.”

127–128 *cui ... nobilitata* Zu der korykischen
 Höhle in der Literatur: Fr. Bömer, *P.
 Ouidius Naso Metamorphosen, Buch I–III*,
 Heidelberg, 1969, p. 115, zu dem Lemma
Corycidas Nymphas.

128–129 *Iam ... accepimus* Man vergleiche
Adag. 2125 (Cilicium exitium), *ASD* II, 5,
 p. 119. Cf. ll. 343–345: “Cilices enim ob
 piraticam, quam exercebant, et assiduas
 hostium depradationes infames erant im-
 manitatis et crudelitatis nomine.” Zu dem
 schlechten Ruf der Kilikier: Suid. κάππα
 324; διπλοῦν 1262; Κιλίκιος 1606.

130 *Zenodotus et Suidas* Cf. n.l. 72 bzw. l. 86.

131–133 *Idem ... Aethiopiae* Steph. Byz. loc.
 cit. (cf. n.l. 126): Καὶ νησίον ὁμώνυμον ...
 Ἔστι καὶ ἀκρωτήριον Κρήτης Κωρυκία. καὶ
 λιμὴν Αἰθιοπίας.

133–135 *Inducunt ... Suidam* Cf. Suid. Κωρυ-
 καῖος 2299: Οἱ δὲ κωμικοὶ Κωρυκαῖον τὸν
 θεὸν εἰσάγουσι. Μένανδρος Ἐγχειριδίῳ. Διῶ-
 ξιππος Θησαυρῶ. (Zenob. 4, 75 erwähnt
 nur Menander).

134 *Menander* Cf. Men. *Encheiridion* fr. 150
 Kock (III, p. 44) = fr. 137 Körte (II, p.
 59).

135 *Dexippus* Sc. Dioxippus, *Thesaurus* fr. 2
 Kock (III, p. 358) = fr. 2 *PCG* (V, p. 45).

136 Hesych. s.v. Κώρυκος 4884, Latte (p.
 560): Κώρυκος: θυλάκιον. ἔστι δὲ δερμάτινον
 ἄγγεῖον, ὅμοιον ἀσκῶ. οἱ δὲ πλοῖον οἱ δὲ
 κόγχην. Er. hat das falsche Lemma vor
 Augen: Κώρυκος statt Κωρυκαῖος.

137 *lanceam* Er. hat nicht κόγχην (Latte), son-
 dern λόγχην (v.l.) gelesen.

M. Tullius Cic. *Att.* X, 18, 1 (139 omnes
 enim). Diese Stelle aus Cic. veranlasste
 Beroaldus zu seiner Erläuterung hinsicht-
 lich des ‘vetus prouerbiū Corycaeus aus-
 cultauit’. Cf. unsere einleitende Anm. zu
 diesem Adagium.

140 [A] FORTES FORTVNA ADIVVAT 145

Cicero Tusculanarum quaestionum libro ii.: *Fortes enim non modo fortuna adiuvat, ut est in vetere prouerbio, sed multo magis ratio.* Citatur alibi ex Ennio. Vsurpatur in Aeneide Maronis atque adeo passim ab omnibus. Ouidius [D] Fastorum libro secundo: *Audentes forsque deusque iuuat.* Idem alludit: [A] 145 *Audaces adiuvat ipsa Venus.* [D] Rursum T. Liuius belli Macedonici libro iiiii.: *Fortes fortunam adiuuare aiebant.* [A] Admonet adagium fortiter periclitandam esse fortunam; nam his plerunque res prospere cedere. Propterea quod id genus hominibus fortuna quasi faueat, infensa iis, qui nihil audent experiri, sed veluti cochleae perpetuo latent intra testas.

150 [A] CVRRENTEM INCITARE 146

Τὸν τρέχοντα ὀτρύνειν, id est *Currentem incitare*, est adhortari quempiam ad id, ad quod iam suapte sponte tendit. Atque hac figura mitigamus vel praecludimus magis offensam admonitionis. Cicero ad Cassium: *Vt Caesarem in Italia viderem, sic enim arbitrabamur, eumque multis honestissimis viris conseruatis ad pacem* 155 *currentem, ut aiunt, incitarem.* Idem ad Quintum fratrem libro secundo: *Quare facis tu quidem fraterne, quod me hortaris. Sed me hercle, currentem nunc quidem.* Rursum ad Atticum: *Quod me hortaris ut eos dies consumam in philosophia explicanda: currentem tu quidem.* Idem in Oratore: *Facilius enim est currentem, quod aiunt, incitare quam commouere languentem.* [B] Plinius ad Cannium: *Scio te stimulis non egere; me tamen tui charitas euocat, ut currentem quoque instigem.* [A] 160 Ducta est metaphora ab his, qui cursu certant, quibus acclamatio solet addere velocitatem. Lucianus ex Homero citat ad Nigrinum: Θάρρει, ὦγαθέ, τοῦτο γάρ τοι τὸ τοῦ Ὀμήρου, σπεύδοντα καὶ αὐτὸν παρακαλεῖς, id est *Bono es animo, quandoquidem iuxta Homericum illud hortaris eum, qui ipse sua sponte properet.* Extat autem 165 Iliados θ:

Ἄτριδῃ κῦδιστε, τί με σπεύδοντα καὶ αὐτὸν
ὀτρύνεις; id est
*Quid me sponte mea properantem, maxime Atrida,
Extimulas? |*

LB 89 Eodem alludit Odysseae ω:

171 Ὡς εἰπὼν ὤτρυνε πάρος μεμαυῖαν Ἀθήνην, id est
*Iamdudum promptam ac cupientem his Pallada dictis
Excitat.*

175 Itaque currentem incitamus, cum ad id vocamus aliquem, ad quod suapte cupiditate fertur ac propendet. Quemadmodum meminit Dion Timotheum cantorem quempiam certa quadam cantione, quae Palladis vocatur, Alexandri Magni animum repente ad belli cupiditatem incitare solitum. Atque incitabat

180 ille quidem, sed sponte currentem vtpote natura sanguinarium et belli sitientissimum. Alioqui Sardanapalum illum πάναβρον, [B] id est *mollissimum*, [A] iisdem modis haud vnquam commouisset. Terentius in Andria torsit in malam partem omissa metaphora: *Age si hic non insanit satis sua sponte, instiga.* [T] Huc pertinent illa M. Tullio familiaria 'e cursu reuocare' in principio Topicorum, *e cursu ipso reuocauit voluntas tua*, et 'in cursu esse' et 'cursum interrumpere'.

- 142 vetere A: veteri B-I.
 143 Ouidius D-I: Allusit Ouidius A-C.
 154 eumque G-I: cumque A-F.
 161 ab his s B-I: ab iis A
- 145 Otto 702.
 141 Cic. *Tusc.* II, 11.
 142 *alibi ex Ennio* Cf. *Macr. Sat.* VI, 1, 62: "Audentes fortuna iuuat. Ennius in septimo: fortibus est fortuna viris data" (Ennius fr. 257 Vahlen).
 143 *Maronis* Verg. *Aen.* X, 284: "Audentis fortuna iuuat" (von *Macr.* loc. cit. angeführt).
ab omnibus Cf. *Ter. Phorm.* 202: "Fortis fortuna adiuuat." *Tib.* I, 2, 16: "Fortes adiuuat ipsa Venus." Weiter Otto loc. cit. Vergleiche auch *Varro Rust.* I, 1, 4: "Et quoniam, vt aiunt, dei facientes adiuuant" (Otto 522).
Ouidius *Ov. Fast.* II, 782.
 144 *Idem allusit* Man bekommt den Eindruck, dass Er. zwei Versteile zu einem neuen Halbvers verschmilzt, näml.: *Ov. Ars* I, 608: "Audentem Forsque Venusque iuuat" (siehe auch *Met.* X, 586: Audentes deus ipse iuuat) und *Tib.* I, 2, 16 (cf. n.l. 143).
 145 *Liv.* XXXIV, 37, 4.
libro iiii. Sc. das vierte Buch der vierten Dekade.
 149 *cochleae* Cf. *Adag.* 3357 (*Cochleae vita*), *LB* II, 1038 C: "De iis, qui parce paruoque viuunt aut contracti a negotiis luceque forensi semoti." Cf. *Strömberg*, p. 98.
 146 Otto 486. Cf. *Adag.* 2732 (*Incitare currentem*), *ASD* II, 6, p. 494.
 151 Τὸν ... ὀτρύνειν Cf. *Apost.* 16, 100: Τὸν τρέχοντα ἐρέθει. Diese griechische Fassung wurde vielleicht von Er. selbst nach *Apost.* und *Hom. Il.* VIII, 293-294 (cf. II. 166-167) hergestellt.
 153 Cic. *Fam.* XV, 15, 3 (154-155 redeuntem ad pacem).
 155 *Idem* Cic. *Ad Q. fr.* II, 14, 2 (156 hercule).
 157 *Rursus* Cic. *Att.* XIII, 45, 2.
 158 *Idem* Cic. *De or.* II, 186 (158 est enim; 158-159 vt aiunt).
 159 *Plin. Epist.* III, 7, 15.
Cannium Sc. *Caninius Rufus*.
 162 *Lucian. Nigr.* 6.
ex Homero Cf. n.l. 166-167.
 166-167 *Hom. Il.* VIII, 293-294 (166 Ἀ-τρειδῆ).
 170 *Eodem allusit* *Hom. Od.* XXIV, 487.
 175 *Dion* Sc. *Dio Chrysostomus* von Prusa, cf. *J. von Arnim, Dionis Prusaensis, quem vocant Chrysostomum, quae extant omnia*, *Berolini*, 1894, p. 1.
 175-179 *Timotheum* ... *sitientissimum* Nach *Dio Chrys. Or.* I, 1-2.
 179-180 *Alioqui* ... *commouisset* Nach *Dio Chrys. Or.* I, 1, 3.
 179 *Sardanapalum illum* πάναβρον Cf. *Lucian. Rhet. praec.* 11: Πάναβρόν τινα Σαρδανάπαλλον ἢ Κινύρην ἢ αὐτὸν Ἀγάθωνα, und *Adag.* 2627 (*Sardanapalus*), *ASD* II, 6, p. 439.
 180 *Ter. Andr.* 692.
 182 *Cic. Top.* 1. Siehe auch *Adag.* 147, II. 200-201.
 183 *in cursu esse* Cf. *Cic. Brut.* 328: "Nos in eodem cursu fuimus."
 183-184 *cursum interrumpere* Obwohl *Cic.* sehr oft Ausdrücke mit dem Wort 'cursus' verwendet, findet sich die Redensart 'cursum interrumpere' bei ihm nicht.

185 [A]

CALCAR ADDERE CVRRENTI

147

Eandem sententiam aliunde ducta metaphora extulit Plinius iunior in epistola quadam ad Pompeium Saturninum: *Flagitabas vt tibi aliquid ex meis scriptis mitterem, cum ego id ipsum destinassem. Addidisti ergo calcaria sponte currenti.* Translatione sumpta ab equitibus, qui nonnunquam etiam sponte currentibus equis, quo currant celerius, calcar addunt. Ita nobis calcar addit, qui extimulat languentes; addit currentibus, qui cupiditatem ac studium nostrum auget acuitque. Ouidius:

Non opus admisso subdere calcar equo.

Sunt autem ferme prouerbiales in totum illae metaphorae: 'Subdere calcar', 'subdere stimulos', quemadmodum et illae: 'iniicere frenum', 'compescere freno', 'reuocare freno'. M. Tullius ad Atticum: *Adscribit etiam et quasi calcar admouet.* Idem ad eundem libro vi.: *Sed alter, vt dixit Isocrates in Ephoro et Theopompo, frenis eget, alter calcaribus.* Plato libro De legibus ix.: [E] Ἄριστ', ὦ Κλεινία, σχεδόν τί με ὡσπερ φερόμενον ἀντικρούσας ἀνέγειρες, id est [A] *Opportune me, Clinia, impetu currentem retudisti.* Et illud Ciceronis: *E medio cursu renoucauit.*

[A]

IN TRIVIO SVM

148

Ἐν τριόδῳ εἰμι λογισμῶν, id est *In trivio sum consilii.* In eos, qui dubitant quique incerti sunt animi haesitantes quid potissimum eligant. Translatum ab iis, qui faciunt iter et, si quando triuium occurrerit, addubitant quam viam oporteat ingredi. Nam viam pro ratione consilii frequenter apud Graecos autores reperies vt apud Euripidem in Hecuba: Σῶν ὁδὸν βουλευμάτων, id est *Tuorum viam consiliorum.* Theognis: Ἐν τριόδῳ ἔστηκα, id est *In trivio consisto.* Alludit huc et Plato libro De legibus septimo vetans ne, si qua res admiranda atque inusitata occurrerit, protinus ad eam amplectendam accurramus, sed perinde quasi ad triuium aliquod venerimus ignari viae, consistamus neque ante pergamus quam peruestigatum sit quo quaeque ducat via, καθάπερ, inquit, ἐν τριόδῳ γενόμενος.

[A]

BIS AC TER, QVOD PVLCHRVM EST

149

Δις καὶ τρίς τὸ καλόν, id est *Iterum ac tertio, quod pulchrum est,* subaudi 'dicendum est'. Vsurpatur a Platone [E] cum aliis in locis tum in Philebo: Ἄ καὶ πρότερον ἐμνήσθημεν· εὖ δ' ἡ παροιμία δοκεῖ ἔχειν, τὸ δις καὶ τρίς τό γε καλῶς ἔχον ἐπαναπολεῖν τῷ λόγῳ δεῖν, id est *De quibus et ante meminimus; caeterum bene videtur prouerbio dictum quod egregium sit, id iterum ac tertio in sermone repeti oportere.* Idem in Gorgia: Καὶ δις γάρ τοι καὶ τρίς φασὶ καλὸν εἶναι τὰ καλὰ λέγειν τε καὶ ἐπισκοπεῖσθαι, id est *Atqui pulchrum aiunt ea, quae pulchra sunt, iterum*

- LB 90 *ac tertio tum | dicere tum considerare.* Rursum libro De legibus sexto: Λέγω δὲ καθάπερ εἶπον νῦν δὴ. Δις γὰρ τό γε καλὸν ῥηθὲν οὐδὲν βλάπτει, id est *Dico autem quemadmodum modo dicebam. Nam nihil laedit, quod pulchrum sit bis dicere.* [A]
- 225 Lucianus in Dipsadibus citans eundem Platonem Κόρος, inquit, οὐδεὶς τῶν καλῶν, id est *Nulla satietas rerum honestarum.* Omnino ea vis inest rebus egregiis, vt quo saepius ac pressius inspiciantur, hoc magis ac magis placeant, vt ait Horatius:

Quae si propius stes

- 230 *Te capiet magis ac decies repetita placebit.*

Contra quae fucata sunt aut vulgaria, nonnunquam initio arident nouitate ipsa, mox repetita sordescunt. Quemadmodum Plinius [G] libro decimoquinto, cap. xiiii. [A] meminit de syluestri quodam pomi genere, quod

198 libro [lib. I] F-I: om. A-E.

200 retudisti E-I: retraxisti A-D.

216-224 cum aliis ... bis dicere E-I: libro de legibus vltimo. His, inquit, de rebus tametsi superius non nihil attigimus, tamen

quae sunt egregia sicuti prouerbio dicitur: Bis ac ter recte repeti possunt A-D.

218 ἐπικναπολεῖν F-I: ἐπικνοπολεῖν E.

232-233 libro ... cap. xiiii. G-I: lib. 15. cap. 14. χ.

147 Otto 486. Das Bild des Reiters und seines Rosses gleicht der Metapher, die Er. in *Adag.* 146 behandelt, sehr. (Bei Otto nur ein Lemma).

186 Plin. *Epist.* I, 8, 1 (187 ex scriptis meis).

192 *Ouidius* Man bekommt den Eindruck, dass Er. zwei Verse verschmilzt: *Ov. Rem.* 788: "Nunc opus est celeri subdere calcar equo" und *Pont.* II, 6, 38: "Nec nocet admissio subdere calcar equo."

195 *subdere stimulos* *Ov. Trist.* V, 1, 76: "Ingeniis stimulos subdere fama solet."

iniicere frenum *Hor. Carm.* IV, 15, 10-11: "Frena licentiae / iniecit."

195-196 *compescere freno* *Hor. Epist.* I, 2, 63: "Hunc frenis, hunc tu compesce catena."

196 *Cic. Att.* VI, 1, 5.

197 *Idem Cic. Att.* VI, 1, 12 (197 *Isocrates* dixit).

198 *Plat. Leg.* IX, 857 b (199 *τοὶ με: ἀνήγειρας*).

200 *Cic. Off.* III, 121: "Nisi me e medio cursu clara voce patria reuocasset."

148 *Collect.* 350.

203 Ἐν ... λογισμῶν Bei den *Paroemiographen*: *Zenob. Ald. col.* 83 = *Suid. ἐν τριόδῳ* 1489 (*Suid.* setzt nach dem Titel das Wort *παροιμία* hinzu). Cf. *Zenob.* 3, 78 = *Apost.* 7, 36 (*ἐν τριόδῳ εἰμί*). *Diogen.* 4,

59.

204-206 *Translatum* ... *ingredi* Nach den genannten *Paroemiographen*.

207 *Eur. Hec.* 744. Cf. *Adag.* 236, l. 103, wo Er. den vollständigen Vers anführt und übersetzt (l. 105): "Viam tuorum nosse cogitatum" (= *ASD* I, 1, p. 250, l. 782).

208 *Thgn.* 911 (208 δ' ἔστηκα: ἔστηκα *Ald.*).

209 *Plat. Leg.* VII, 799 c-d.

149

215 Δις ... καλὸν Bei den *Paroemiographen*: *Zenob.* 3, 33 = *Ald. col.* 71. *Diogen.* 4, 20. *Apost.* 6, 26. Cf. *Suid.* δις 1267.

216-224 *cum aliis* ... *dicere* Zusatz E nachdem die Erstausgabe Platons erschienen war.

216 *tum in Philebo* *Plat. Phil.* 59 e-60 a (217 τὸ καὶ δις).

220 *Idem Plat. Gorg.* 498 e (220 φασιν).

222 *Rursum* *Plat. Leg.* VI, 754 c (222 Λέγω δὴ).

225 *Lucian. Dips.* 9.

228 *Hor. Ars* 361-362 (230 *capit magis* et). Es liegt eine Verwechslung vor: Die

zweite Hälfte des Verses 365 ersetzt die zweite Hälfte des Verses 362: "Te capiat magis, et quaedam, si longius abstes." Cf. 365: "Haec placuit semel, haec deciens repetita placebit."

232 *Plin. Nat.* XV, 98-99.

235 'vnedonem' vocant, propterea quod vnum tantum edi possit. Est enim inhonorum, vt ait, atque hinc nominis ratio.

[A]

FRATRVM INTER SE IRAE SVNT ACERBISSIMAE

150

Si quando simultas inciderit inter fratres, ea solet esse atrocior quam vulgarium inimicorum. Suppetunt abunde multa ex historicis exempla: Cain et Abel, Romuli et Remi, Iacob et Esau. Antonini, Seueri imperatoris filii, in
240 Getam odium vsqueadeo saeuum ac pertinax fuit, vt ne morte quidem illius atrocissima potuerit saturari, quin et in omnes illius amicos saeuiret. Qua de re fertur adagium idque commemoratur ab Aristotele libro Politicorum septimo: Παρ' οἷς γὰρ ὀφείλεσθαι δεῖν τὴν εὐεργεσίαν ὑπολαμβάνουσιν, πρὸς τῷ βλάβει καὶ ταύτης ἀποστερεῖσθαι νομίζουσιν· ὅθεν εἴρηται· 'χαλεποὶ γὰρ πόλεμοι ἀδελφῶν' καὶ 'οἱ τοι πέρα στέρξαντες, οἷδε καὶ πέρα μισοῦσιν', id est *A quibus*,
245 inquit, *deberi beneficium existimant, ab iisdem non solum fraudari beneficio, sed insuper laedi se putant; vnde prouerbio dicitur 'acerba enim bella fratrum' et 'qui supra modum amant, iidem et supra modum oderunt'*. Hactenus Aristoteles. Huc respexit Euripides in Iphigenia Aulidensi:

250

Δεινὸν κασιγνήτοισι γίγνεσθαι λόγους
Μάχας θ' ὅταν ποτ' ἐμπέσωσιν εἰς ἕριν, id est
Res dira verbis inuicem altercarier
Dictisque fratres dimicare mutuis,
Si quando lis inciderit aut contentio.

255

[A]

TAVRVM TOLLET, QVI VITVLVM SVSTVLERIT

151

Adagium in fornice natum, vti videtur, sed quod ad vsum verecundio-
260 commode torqueri possit, si quando significabimus maiora peccatorum adultum, qui puer vitiis minoribus assueuerit. Extat in fragmentis Arbitri Petronii his quidem verbis: *Obstupui ego et nec Gitonem verecundissimum puerum sufficere huic petulantiae affirmari, nec puellam eius aetatis esse, vt muliebris patientiae legem possit accipere. 'Itaque', inquit Quartilla, 'minor est quam ego fui, cum virum passa sum? Inonem meam iratam habeam, si me vnquam meminerim virginem fuisse. Nam infans cum paribus inquinata sum et subinde prodeuntibus annis maioribus me pueris applicui, donec ad hanc aetatem perueni'*. Hinc etiam puto natum prouerbi-
265 *um illud, vt posse dicatur taurum tollere, qui vitulum sustulerit*. Non absurdum videtur adagium ad Milonis Crotoniatae factum referri, qui quotidie vitulum aliquot stadiis gestare solitus eundem taurum factum citra negocium gestasse legitur. Atque ita quadrabit in eos, qui paulatim rebus etiam maximis assuescunt.

[A]

VIVORVM OPORTET MEMINISSE

152

270 *Viuorum meminisse oportet*. Vetus adagium in eos, qui plurimum de vita

defunctis loquuntur, id quod vulgo putant ominosum mortuos in ore habere eosque velut citatos in sermonem adducere. Vnde et M. Varro libro De lingua Latina tertio putat lethum ἀπὸ τῆς λήθης, id est *obliuione* dictum, quasi in obliuionem abire conueniat, qui vita excesserit, atque in funeribus sic quondam a praecone dici solere: *Ollus letho datus est*. Refertur adagium a Cicerone libro quinto De finibus bonorum et malorum. Vbi cum Piso, deinde Q. Cicero dixissent se vehementer commoueri re|cordatione clarorum virorum ex contemplatione locorum in quibus aliquando viui versati fuissent, et vterque recensisset, quorum memoria potissimum delectaretur, tum Pomponius Atticus quasi iocans *At ego, inquit, quem vos vt deditum Epicuro insectari soletis, sum multum equidem cum Phaedro, quem vnice diligo, vt scitis, in Epicuri hortis, quos modo praeteribamus, sed veteris prouerbiū admonitu viuorum memini; nec tamen Epicuri licet obliuisci, si cupiam, cuius imaginem non modo in tabulis nostri familiares, sed*

234 vnum tantum edi possit C-I: semel gustasse abunde sufficiat A, vnum tantum mandi possit B.
238 Cain D-I: Caym A-C.
239 Romuli A E-I: Rhomuli B-D.
241 in omnes A-D F-I: omnes E in *textu*, corr. in *Erratis*.
245 τοι *scripsimus*: τὸ A-I.
247-248 acerba ... oderunt B-I: Fratrum

contentiones et irae sunt acerbissimae. Et qui se vehementer amarunt, iidem se vehementer oderunt. A.
249 Aulidensi B-I: in Aulide A.
262 iratam A C-I: irritam B.
264-265 vt posse dicatur C-I: dicatur vt posse A B.
266 referri B-I: referre A.

150

239-241 *Antonini ... saeuiret* Cf. *Hist. Aug.* XIII, 2, 4-4, 10.
239 *Antonini* Sc. Caracalla.
242 Aristot. *Pol.* VII, 1328 a 13-16 (243 τῆν: δεῖν τῆν v.l.; ὑπολαμβάνουσι; 244 πόλεμοι γὰρ: γὰρ πόλεμοι v.l.; 245 πέρα Nauck: πέρα / πέραν codd.).
244-245 χαλεποὶ ... ἀδελφῶν Eur. fr. 975 N. bei Aristot. *Pol.* VII, 1328 a 15.
245 οἱ ... μισοῦσιν Adesp. fr. 78 N. = fr. 78 TrGF bei Aristot. *Pol.* VII, 1328 a 16. Cf. Strömberg, p. 103 und Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 15.
249 Eur. *Ipb.* A. 376-377.
252-254 *Res ... contentio* Cf. *ASD* I, 1, p. 292, ll. 484-486 (dieselbe Übersetzung).
151 *Collect.* 321. Otto 1744. In den *Collect.* erwähnt Er. seine Quelle: "Politianus in Miscellaneis: hinc etiam puto natum prouerbiū illud, vt dicatur posse taurum tollere, qui vitulum sustulerit." Cf. Politian., *Miscell.* I, 89 (dicatur vt posse).
257-258 *maiora ... assueuerit* Cf. *Adag.* 140, ll. 13-14.
258 Petron. 25, 3-6 (259 Gitona; 261 posset; ita: *itaque* ed. vet.; cum primum: *cum* ed.

vet.; 262 vnquam me: *me vnquam* ed. vet.; et infans: *infans* ed. vet.; 264 prouerbiū natum: *natum prouerbiū* ed. vet.; 264-265 dicatur posse). Wir haben die Pariser Petroniusedition des R. Chalder aus dem Jahre 1520 (eine Edition, die übrigens stark kritisiert wurde. Dazu: E.H. War-
mington, *Petronius*. London, 1969, p. xxii) herangezogen. N.B. Politian., *Miscell.* I, 89 führt nur den Passus *Iunonem ... sustulerit* (ll. 262-265) an.
266-267 *Milonis ... legitur* Cf. *Quint. Inst.* I, 9, 5: "Milo, quem vitulum assueuerat ferre, taurum ferebat."
152 Otto 1930.
270 *Viuorum meminisse oportet* Cf. l. 282.
272 Varro *Ling. lat.* VII, 42: "Alterum apparet in funeribus indictiuus, quo dicitur: Ollus leto datus est, quod Graecus dicit λήθῃ id est obliuioni."
272-273 *libro ... tertio* Zu dieser Numerierung: *Adag.* 260, n.l. 626.
275 Cic. *Fin.* V, 3 (282 prouerbi; 284 in anulis).
280 *quasi iocans* Cf. Cic. *Fin.* V, 4: "Pomponius quidem, inquam, noster iocari videtur."

285 *etiam in poculis et anulis habent.* Hactenus Cicero. [E] Plautus item in Truculento:

Dum viuit, hominem noueris; dum mortuus est, quiescas.

[F] At nunc vulgus ne beneficium quidem amicorum meminit, quum Thaletis dictum iure celebretur oportere non minus absentium amicorum quam praesentium memores esse.

290 [A] CVM LARVIS LVCTARI 153

Cum laruis luctari dicuntur ii, qui vita defunctos insectantur maledictis, qua re nihil esse potest indignius ingenuo viro. Suidas Aristophanem citat, qui scripserit:

295 Παῦε, παῦ', ὦ δέσποθ' Ἑρμῆ,
 Νεκρὸν γὰρ ὄντα τὸν Κλέων' ἐλοιδορεῖ, [B] id est
Compesce, compesce, here Mercuri,
Mortuo enim Cleoni conuiciatus est.

[A] Lucianus in Sectis: Σκιομαχῶσι πρὸς ὑμᾶς ἀπόντας, id est *Umbraticam pugnam aduersus vos absentes pugnant.* Sentit autem de mortuis et absentibus.
 300 Meminit huius Plinius in praefatione Historiae mundi ad hunc modum: *Nec Plancus illepede, qui cum diceretur Asinius Pollio orationes in eum parare, quae ab ipso aut liberis post mortem Planci aederentur, ne respondere posset: Cum mortuis non nisi laruas luctari.* Quo dicto sic repercussit illos, ut apud eruditos nihil impudentius videretur. Aristoteles in Rhetoricis citat Platonem ex Politia, qui scripserit
 305 eos, qui mortuos allatrarent, videri similes catellis, qui lapides iactos morderent, ipsos qui laesissent non attingerent.

[A] IVGVLARE MORTVOS 154

Huic simile videtur *Iugulare mortuos* pro eo, quod est: insectari defunctos et pugnare cum iis, qui iam extincti sint. Translatum a bellis, in quibus ignauum
 310 ac ridiculum sit prostratos atque interfectos iugulare, [C] rursus cum viuis congregari, forte. [A] Refertur a Laertio in Menedemo. Is Bionem, cum diuinos studiose insectaretur, ait iugulare mortuos nimirum iam explosos et omnium sententia reprobatos. Aristophanes ἐν Ὀρνισιν scripsit Τοὺς τεθνηκότας ἀποκτείνειν, id est *Defunctos occidere.* Fiet lepidior metaphora si paulo longius detorqueatur. Ut si quis dicat eum iugulare mortuos, qui librum impugnet a
 315 nullo non damnatum aut disputet aduersus sententiam omnium suffragiis iam olim reiectam aut si quis vituperet rem omnibus per se detestatam.

[A] CYGNEA CANTIO 155

Κύκνειον ἄσμα, id est *Cygnea cantilena.* Refertur inter Graecanica prouerbia.

- 320 Notatur et ab Aeliano in opere De naturis animalium prouerbii vice. Conuenit in eos, qui supremo vitae tempore facunde disserunt aut extrema senecta suauiloquentius scribunt, id quod fere solet accidere scriptoribus, vt postrema quaeque minime sint acerba maximeque mellita, videlicet per aetatem maturescente eloquentia. Porro cygnos instante morte mirandos quosdam cantus aedere, tam omnium literis est celebratum quam nulli vel compertum vel creditum. [B] Nam Lucianus negat se vel vidisse cygnos, cum in Pado flumine nauigaret. Aelianus addit cygnos non canere nisi flante zephyro vento, quem Latini Fauonium dicunt. [A] Martialis:

330 *Dulcia defecta modulatur carmina lingua,
Cantator cygnus funeris ipse sui.*

284-285 Truculento F-I: Truculeuto E.
286 quiescas F-I: acquiescas E in *textu*, corr. in *Erratis*.
287-289 At nunc ... esse F-I, addit π.
287 beneficium F-I: ab(s)entium (?) π.
289 post esse π addit: oportere.

284 Plaut. *Truc.* 164 (286 vbi mortuost; quiescat Bothe: *quiescas* codd.).
287 *beneficium* Sic F-I; vermutlich eine falsche Lesart. In π vielleicht *ab(s)entium*, cf. app. crit.
287-288 *Thaletis dictum* Cf. Diog. Laert. I, 37: Φίλων παρόντων καὶ ἀπόντων μεμνήσθαι φησι.

153 *Collect.* 586 und 587. Otto 1147.

292 Suid. παῦε 805 (295 Κλέωνα).
Aristophanem Aristoph. *Pax* 648. Er. zitiert Aristoph. nach Suid. loc. cit. Suid. nennt übrigens Aristoph. nicht als Verfasser dieses Halbverses. Er. rekonstruiert aus dem halben Tetrameter Παῦε ... Ἐρμῆ einen unvollständigen Trimeter und hält Νεκρὸν ... ἔλοιδῶρει nach der Elision des α für einen Trimeter.

298 Lucian. *Herm.* 33 (298 σκιαμαχῶσι πρὸς ἡμᾶς).

299 *aduersus vos* Cf. app. crit. Hat Er. nos (sic A B) = ἡμᾶς (die richtige Lesart) gemeint?

300 Plin. *Nat. praef.* 31 (301 illepide, cum diceretur).

304 Aristot. *Rhet.* III, 1406 b 32-35.
Platonem ex Politia Es handelt sich um *Rep.* V, 469 d e.

154

308 *Iugulare mortuos* Dieser Ausdruck ist von uns in dieser Form in der antiken Literatur nicht belegt.

311 a *Laertio* Diog. Laert. II, 135: Βίωνός τε ἐπιμελῶς κατατρέχοντος τῶν μάντεων νε-

296 Compesce, compesce χ G-I: Desine B, Desine, desine C-F.

299 vos C-I: nos A B.

322 fere D-I: ferme A-C.

326 flumine C-I: om. B.

κρούς αὐτὸν ἐπισφάττειν ἔλεγε.

313 Aristoph. *Av.* 1074-1075: Τίς τινα / τῶν τεθνηκότων ἀποκτείνει.

155 *Collect.* 603. Otto 497. Payr kommentiert auch dieses Adagium, p. 376 sqq. Vergleiche *Adag.* 622 (*Graculus inter Musas*), LB II, 270 B C: "Cygnos canoros esse sic omnium poetarum literis est decantatum, vt nihil sit celebratius, etiamsi nemini contigit hunc audire cantum."

319 *Graecanica prouerbia* Diogen. 5, 37. Apost. 10, 18.

320 ab *Aeliano* Ael. *Nat. an.* II, 32. Übrigens wird von Apost. loc. cit. Ael. *Nat. an.* V, 34 ohne Autorennamen angeführt. Zu Er.' Aelian-Kenntnis: *ASD* II, 4, p. 93, n.1. 124.

prouerbii vice Ael. *Nat. an.* II, 32: "Ὅτι τὸ κύκνειον οὕτω καλούμενον ἕσας εἶτα ἀποθνήσκει.

326 Lucian. *Electr.* 4-5.

327 *Aelianus* Cf. *Adag.* 622 loc. cit.: "Aelianus addit eos non canere nisi flante Fauonio." Diese Behauptung ist von uns nicht bei Ael. gefunden worden, aber siehe Philostr. *Imag.* I, 9, 4: Σημεῖον τῆς φθῆς ὄρας τὸ πτηνὸν μεϊράκιον· ἄνεμος τοῦτο Ζέφυρος τὴν φθῆν τοῖς κύκνοις ἐνδιδούς. Nach Payr: Aesop. Χελιδones καὶ Κύκνοι (416 b Halm): Κἄν εἰς τὴν ἐρημίαν ἀφίκοιτό τις, ὥστε ἀκοῦσαι τῆς μουσικῆς, ὅταν ἀνώμεν τῷ Ζεφύρῳ τὰς πτέρυγας ἐμπνεῖν ἢδὲ τι καὶ ἐναρμόνιον κτλ.

328 Martial. XIII, 77.

Neque desunt philosophi, qui huius rei causam etiam addere conantur affirmantque id accidere propter spiritus per collum procerum et angustum erumpere laborantes. Diuus Hieronymus in quodam laudans senilem eloquentiam commemoratis aliquot scriptoribus | *Hi omnes, inquit, nescio quid cygneum vicina morte cecinerunt.* [B] Idem in epitaphio Nepotiani: *Vbi est ille ἐργοδιώκτης noster et cygneo canore vox dulcior.* [A] Nos item in epigrammate quodam, [C] quod olim ex tempore lusimus, ad nunquam satis laudatum studiorum omnium Moecenatem, Guilelmum archiepiscopum Cantuariensem:

[A] *Vates videbis exoriri candidos,
Adeo canoros atque vocales, uti
In alta fundant astra cygneum melos,
Quod ipsa et aetas posterorum exaudiat.*

[D] Meminit adagii et Athenaeus libro Dipnosophistarum xiiii. ex autore Chrysippo referens quendam adeo impense delectatum fuisse dicteriiis, ut cum esset a carnifice trucidandus, dixerit se velle mori decantata cygnea cantione sentiens, opinor, dictum aliquod salsum, quod simul atque proloquutus esset, non contaretur emori. [I] M. Tullius praefans in librum De oratore tertium de L. Crasso ita loquitur: *Illa tanquam cygnea fuit diuina hominis vox et oratio; quam quasi expectantes post eius interitum veniebamus in curiam, ut vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur.*

[A]

NESTOREA ELOQVENTIA

156

Consimilem ad modum Nestoris Pyliorum ducis facundia in prouerbium abiit, si quando senilem suauiloquentiam significamus. Nam huic Homerus ut tria secula, ita plus quam mellitam quandam facundiam affingit. Sic enim ait in Iliados α:

Τοῖσι δὲ Νέστωρ
Ἴδουεπὴς ἀνόρουσε, λιγὺς Πυλίων ἀγορητής,
Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν ἀδῆ, id est
*Post hos assurgit Pylus dux ille disertus
Nestor, cuius ab ore fluit vox melle liquenti
Dulcior.*

Quem locum imitans Theocritus autore Plutarcho scripsit in Bucolicis:

Ὅυνεκά οἱ γλυκὺ μοῦσα κατὰ στόματος χέει νέκταρ, id est
*Propterea quod in os illi praedulce camoena
Infudit nectar.*

Huc spectat et Horatianum illud: *Fidis enim manare poetica mella | te solum.*

[A]

LEPOS ATTICVS. ELOQVENTIA ATTICA

157

370 Inter reliquos Graeciae populos lepos quidam et festiuitas quasi vernacula ac peculiaris adest Atticis, adeo vt et in prouerbium abierit *Atticus lepos*, *Attica eloquentia*, pro summa. Terentius in Eunucho:

Dixin' in hoc Atticam esse eloquentiam?

375 cum insulsum atque inuenustum militem rideret. Diuus Hieronymus ad Pammachium, Iouinianum, vt opinor, irridens *Haec est*, inquit, *Plautina eloquentia, hic lepos Atticus et Musarum, vt dicitur, eloquio comparandus*. Quanquam illud de Musarum eloquio ad M. Varronis elogium de Plauto celebratum respicit, qui dixit Musas ipsas, si Latine loqui voluissent, Plautino ore fuisse locuturas. Huc allusit et Lucianus in libello De mercede seruientibus: Κἄν εἴ τι σολοικίσαντες τύχωσιν, αὐτὸ τὸ τῆς Ἀττικῆς καὶ τοῦ Ὑμηττοῦ, id est *Quod si*

331 addere I: reddere A-H.

333 Hieronymus A-D F-I: Hieronymus E.

334 Hi omnes A C-I: Hi homines B.

335 ἐργοδιώκτης C-I: διώκτης B.

338 Moecenatem I: Mecoenatem C-H; Guilelmum G-I: Guilelmum C D, Guilelmum E F.

341 alta A-C F-I: altum D E.

352 ad modum C-I: admodum A B.

353 suauiloquentiam B-I: suam loquentiam A.

354 plus quam C-I: om. A B.

373 Haec est A-D: Haec E-I.

331-333 *Neque ... laborantes* Serv. *Comm. Aen.* VII, 700. Isid. *Orig.* XII, 7, 18. Cf. *Adag.* 622 loc. cit.: "Nec desunt philosophi, qui huiusce rei rationem quoque reddere conentur."

333 Hier. *Epist.* 52, 3, 5: "Ad poetas venio, Homerum, Hesiodum, Simonidem, Stesichorum, qui grandes natu cygneum nescio quid et solito dulcius vicina morte cecinerunt" (sic ed. 1516). Er. zitiert vermutlich aus dem Gedächtnis.

335 *Idem* Hier. *Epist.* 60, 1, 2.

336 in epigrammate quodam *Carm.* LXXX, 22-25 (Reedijk, *Poems*, pp. 277-278).

338 *Moecenatem ... Cantuariensem* Auch in Ep. 269, l. 185 sqq. spendet Er. William Warham von Canterbury Lob. Siehe auch Ep. 2726 und *Adag.* 3401 (Ne bos quidem pereat), LB II, 1050 F sqq. Zum Verhältnis zwischen Er. und seinem 'Maecenas' William: *Contemporaries* s.v. (William) Warham.

343 Athen. XIV, 616 b.

343-344 *autore Chryssippo* Cf. von Arnim III, p. 199, fr. 8.

347 Cic. *De or.* III, 6 (348 diuini).

156 Otto 1224.

352 *proverbium* Cf. *Proleg.* I. 592.

353 Hom. *Il.* I, 247-249.

362 Theocr. 7, 82 angeführt von Ps. Plut. *De vita et poesi Homeri* 159, cf. Greg. Bernadakis, *Moralia*, vol VII, Leipzig, 1896, p. 426. Dort findet sich die Form Μοῦσα statt Μοῖσα (sic Theocr. loc. cit.).

366 *Horatianum illud* Hor. *Epist.* I, 19, 44-45. 157 *Collect.* 277. Otto 200.

370 Ter. *Eun.* 1093: "Dixin' ego in hoc esse vobis atticam elegantiam." Er. führt Ter. frei an (371 elegantiam: *eloquentiam* v.l.).

372 Hier. *Epist.* 57, 12, 3 (374 vt dicunt, sic ed. 1516).

375-376 *M. Varronis ... locuturas* Nach Quint. *Inst.* X, 1, 99: "Licet Varro Musas, Aelii Stilonis sententia, Plautino dicat sermone locuturas fuisse, si Latine loqui vellent." Man vergleiche Er.' Kommentar zu Hier. loc. cit. (ed. 1516, III, fo. 169 B): "Vnde dictum est Musas, si latine loqui vellent, Plautino more (sic) locuturas."

377 Lucian. *De merc. cond.* 35 (378 αὐτὸ τοῦτο: αὐτὸ τὸ codd.).

378-380 *Quod si ... volunt* Cf. *ASD* I, 1, p. 568, ll. 30-32: "Quod si etiam rustice quippiam dixerint, tum vero iuxta illud

quando quid etiam rustice dixerint, hoc ipsum mere Atticum atque ab Hymetto
 380 profectum videri volunt. Est autem Hymettus mons Atticae, mellificio nobilis.
 Vnde et mel Atticum et Hymettia mella. [B] Quae praecipua fuisse testatur et
 Martialis in Xenis:

*Hoc tibi Thesei populatrix misit Hymetti
 Pallados a syluis nobile nectar apis.*

385 [A] MANDRABULI MORE RES SVCCEDIT 158

'Επι Μανδραβούλου χωρεῖ τὸ πρᾶγμα, id est *Res Mandrabuli ordine succedit*, hoc
 est Indies in peius labitur. Inde natum, quod Mandrabulus quidam cum
 thesaurum reperisset, primum auream ouem posuit Iunoni Samiae, proximo
 390 anno argenteam, tertio aeream. Lucianus De mercede seruientibus: Ἄλλὰ
 χαίρεις γε καὶ σεαυτὸν ἐξαπατᾶς καὶ ἀεὶ τὰ μέλλοντα βελτίω γενήσεσθαι νομίζεις.
 LB 93 Τὸ δὲ ἔμπαλιν ἢ σὺ ἤλπισας γίγνεται καὶ ὡς ἡ παροιμία φησὶν, ἐπὶ Μανδραβούλου
 χωρεῖ τὸ πρᾶγμα, καθ' ἑκάστην, | ὡς εἰπεῖν, ἡμέραν ἀποσμικρυνόμενον καὶ εἰς
 τοῦπίσω ἀναποδίζον, id est *Tu tamen utcumque gaudes tibi que ipsi imponis semperque*
 395 *iuxta prouerbium ad morem Mandrabuli tibi negocium procedit, dum in singulos, ut ita*
dixerim, dies fit minus ac deterius atque in tergum retrocedit. Alciphron in epistola
 quadam: Καὶ κατὰ τὴν παροιμίαν ἐπὶ τὰ Μανδραβούλου χωρεῖ τὰ πράγματα, id
 est *Iuxtaque prouerbium ad exemplum Mandrabuli res succedunt.* Non intempestiui-
 400 ter itaque dicitur in eos, qui in deterius abeunt. Quemadmodum Menedemus
 apud Plutarchum: permultos Athenas venire studii causa, principio sapientes,
 deinde philosophos, postea rhetoras, postremo idiotas euadere. Nec alienum
 fuerit hic nobilem illam Platonis sententiam adscribere ex libro De legibus
 primo: Τὸ νικᾶν αὐτὸν αὐτὸν πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίστη, τὸ δὲ ἡττᾶσθαι
 αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ πάντων αἰσχιστόν τε ἅμα καὶ κάκιστον, id est *Si quis ipse*
 405 *seipsum vincat, omnium victoriarum tum prima tum optima est. Rursum ipsum seipso*
inferiorem esse, omnium et turpissimum est et grauissimum. [C] Vincit enim
 seipsum, qui proficit in melius, at seipso inferiorem euadere est deterio-
 rem reddi.

[A] MATURE FIAS SENEX 159

410 [B] *Mature fias senex, si diu velis esse senex.* [A] Latinorum prouerbium, quo
 monemur, vt integra adhuc aetate desistamus a laboribus iuuenilibus ac
 valetudinis curam agere incipiamus, si velimus esse viuaci ac diuturna senecta.
 Nam senectutis sors ocium et quies. Vsurpatur a Catone Maiore apud
 Ciceronem. *Neque enim, inquit, vnquam assensus sum veteri illi laudatoque prouerbio,*
 415 *quod monet mature fieri senem, si diu senex esse velis.* Hoc quanquam Catoni non
 probatur, homini duro quique sibi nec extrema senecta remittendis laboribus
 indulserit, tamen audiendum nobis, maxime si de vitiis iuuentae sentias, puta

libidine, bibacitate, turbulentia vitae, quae nisi quis mature reliquerit, aut nunquam perueniet ad senectam aut breuem habiturus est senectam.

420 [A]

SENIS DOCTOR

160

Γερωντοδιδάσκαλος, [B] id est *Senis doctor*. [A] Citatur saepicula titulus hic a Nonio Marcello inter titulos fabularum Varronis, quem dubium non est prouerbialem esse, sicuti sunt alii plerique. Conuenit in eum, qui in re sera atque intempestiua frustra sumit operam. Siquidem ut est iuuenta docilis atque in quemuis habitum sequax, ita senecta intractabilis, tarda atque obliuiosa. Proinde Theognis:

Μή με δίδασκ', οὔτοι τηλίκος εἰμι μαθεῖν, id est
Ne doceas me aetas iam facit indocilem.

382 Martialis C-I: Marcialis B.

384 Pallados B-D: Palladis E-I.

392 ἀποσμικρυνόμενον A-C-I: ἀποσμηκρυνόμενον B.

393 τοῦπίσω E-I: τοῦπίσω A-D.

394 atqui B-I: at qui A.

399 dicetur A-H: dicitur I.

400 permultos C-I: per multos A B.

403 αὐτὸν αὐτὸν A-F: αὐτὸν G-I.

405-406 seipso inferiorem esse B-I: a seipso superari A.

quod dici solitum est, Atticae atque Hymetti plenam orationem videri volunt."

381 *mel Atticum* Cf. Petron. 38, 3. Martial.

XIII, 104 (cf. n.l. 382).

Hymettia mella Cf. Ov. *Ars* II, 423.

382 Martial. XIII, 104.

158

386 Ἐπὶ ... πρᾶγμα Lucian. *De merc. cond.* 21, cf. ll. 391-392.

387-389 *Inde ... aeream* Nach Zenob. 3, 82 = Ald. col. 85 erstes Lemma (Zenob. Ald. Μανδροβόλου: Zusatz am Ende: καὶ ἄλλως). Diogen. 4, 62 erwähnt 'Iuno Samia' nicht. Siehe auch Apost. 7, 78. Suid. ἐπὶ τὰ Μανδροβόλου 2659 = Zenob. Ald. col. 85 zweites Lemma.

389 Lucian. *De merc. cond.* 21 (391 δ' ἔμπαιιν; Μανδροβόλου; 392 τὴν ἡμέραν).

393-396 *Tu tamen ... retrocedit* Cf. *ASD* I, 1, p. 562, ll. 34-37: "Nisi quod gaudes tamen teque ipse fallis, semper futura meliora fore existimans. Caeterum contra atque speraris euenit, et quemadmodum adagio dicitur, iuxta Mandrabuli morem negocium procedit, in singulos (vt ita dixerim) dies deterius ac retro relabens."

406 grauissimum C-I: ignauissimum A B.

409 Mature fias senex B-I: Mature fias senex si diu vis esse senex A.

412 ac A C-I: ad B.

427 δίδασκ' D-I: δίδασκε A-C.

427-428 οὔτοι ... Ne doceas, me aetas iam facit indocilem D-I: οὔτε γὰρ ἡλικός εἰμι id est [*om.* A] Ne quid me doceas [Ne me doceas B; Ne doceas me C], quippe per aetatem iam sum parum idoneus A-C.

396 Alciph. I, 9, 1 Benner-Fobes = I, 9, 1 Schepers (Leipzig, 1905) = I, 19, 1 Hercher (397 Μανδροβόλου: Μανδραβόλου v.l.).

400 Plut. *Mor.* 81 e f.402 Plat. *Leg.* I, 626 e.

404-406 *Si quis ... grauissimum* Fr. übernahm Ficinos Übersetzung der betreffenden Stelle (cf. Edition Venedig, 1491, fo. 268 recto) nicht, sondern verfasste seine eigene Version. Siehe *Adag.* 139, n.ll. 981-984.

159 Otto 1626.

410 *Mature ... senex* Nach Cic. *Cato* 32, cf. ll. 414-415. Vielleicht nicht in dieser Form sprichwörtlich, wohl aber als iambischer Senar: "Senex mature fias, vt maneat diu" (Otto, p. 317, Anm. 2).

414 Cic. *Cato* 32 (414 Nec; sum assensus; 415 velis senex esse).

160

421 Γερωντοδιδάσκαλος Varr. *Men.* fr. 198 Bücheler.

421-422 *Citatur ... Varronis* Nach dem *Index auctorum* von Lindsay (p. 973) führt Nonius zwanzigmal diesen Titel an.

426 Thgn. 578.

428 *Ne ... indocilem* Wir haben nicht (wie D-

Euripides in Bacchis:

430 Γέρων γέροντα παιδαγωγήσω σ' ἐγώ, id est
Senem senex et ipse te erudiuro.

[B] Atque hic quidem versus inuentus est in Sophoclis Philocteta, quem celebrem ac prouerbialem fuisse testatur Gellius libro Noctium decimotertio.

[E] Varro titulum suum sumpsisse videtur ex Euthydemo Platonis, vbi
 435 Socrates narrat Connum praeceptorem suum, a quo senex fidibus canere didicit, ludibrii causa a pueris vocatum fuisse γερωντοδιδάσκαλον. Ad hanc sententiam pertinet quod dixisse ferunt Diogenem: Νεκρὸν λατρεύειν καὶ γέροντα νοθετεῖν ταῦτὸν εἶναι, id est *Mortuo mederi et senem admonere idem esse.* Quamquam inutilis est sententia, quae senes deterret a discendis iis, quae
 440 nescire turpe est.

[A]

SENIS MUTARE LINGVAM

161

Cum ad omnem disciplinam tardior est senectus tum potissimum ad discendam linguam, quae facultas maxime pueris a natura data est. Quapropter
 LB 94 etiam vulgo compertissimum pueros facile quamuis exprimere linguam,
 445 contra natu grandiores aut non assequi aut parum feliciter imitari. Inde prouerbiū *Senis mutare linguam* de frustra atque intempestiue laborantibus. Diuus Hieronymus prae loquens in quatuor Evangelia *Pius*, inquit, *labor, sed periculosa praesumptio, iudicare de caeteris ipsum ab omnibus iudicandum, senis mutare linguam et canescentem mundum ad initia retrahere paruulorum.* Quo significatur
 450 adultam aetatem ad omnia minus esse tractabilem quam rudes illos ac teneros annos, id quod eleganti metaphora dictum est a Nasone:

*Quae praebet latas arbor spaciantibus umbras,
 Quo posita est primum tempore virga fuit.
 Tunc poterat manibus summa tellure reuelli,
 455 Nunc stat in immensum viribus aucta suis.*

Quare tunc formandi mores, cum mollis adhuc aetas, tunc optimis assuescendum, cum ad quiduis cereum est ingenium. Nam posteaquam annis iam ceu dirigit animus, et vix dediscimus quae perperam didicimus, et quae nescimus, non sine maximo negotio nobis inculcantur. Neque haec dixerim, vt
 460 adultiores a discendo deterream, cum nulla sit aetas ad discendum sera, sed vt pueros ad discendi studium acuam. Ne hoc quidem praetermittendum, quamquam vulgo iactatum: 'Senex psittacus negligit ferulam'. Adagii sensus tametsi per se non est obscurus, tamen magis liquebit ex Apulei verbis, quae sunt in libro Floridorum secundo de psittaco: *Quae rusticum nostrum sermonem cogitur aemulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri vt persentiscat.*
 465 *Haec ferula discenti est. Discit autem statim pullus usque ad duos aetatis suae annos,*

dum facile os vti conformetur, cum tenera lingua vti conuibretur. Senex autem captus et indocilis est et obliuiosus. Hactenus Apuleius. [C] Indicat et Plinius libro decimo, capite quadragesimosecundo miram esse docilitatem huic aui, verum non nisi primis duobus vitae annis. [A] His finitimum est quod vulgo quidem, attamen
470 haudquaquam ineleganter dicitur, serum esse canes vetulos loris assuefacere.

[A]

CASCVS CASCAM DVCIT

162

Neque longe hinc dissidet illud, quod Varro refert libro De lingua Latina tertio: *Cascus cascam ducit*, quoties similis similem delectat, vetulus vetulam,
475 deformis deformem, barbarus barbarum, improbus improbum. Nam antiquitus cascum dicebatur, quod nos vetus appellamus, idque vt autor est idem

434 Euthydemo F-I: Entydemo E.

437 pertinet F-I: om. E.

453 fuit A-D F-I: fit E in textu, corr. in

Erratis.

474 cascam B-I: cascum A, corr. s.

I, cf. app. crit.) nach 'doceas' interpunktiert, weil das Pronomen (me) 'ἔπεθ' κοινού' verwendet ist.

429 Eur. Bacch. 193.

432 *hic ... versus* Sc. Γέρον ... ἐγώ (l. 430). Dieser Vers wird von Gellius XIII, 19, 3 angeführt und richtigerweise der Tragödie Phthiotides von Sophocles zugeschrieben. Es handelt sich um Soph. fr. 633 N. = fr. 695 Radt. In der Aldina von Gellius findet sich der Name 'Philoktetes' statt Phthiotides. Cf. Radt ad loc.

434 Varro Cf. ll. 421-422.

ex Euthydemo Platonis Plat. Euth. 272 c.

437 Diogenem Cf. Strömberg, p. 35 und Otto 389. (Mullach II, p. 302, Nr. 36).

161

446 *prouerbium* Nur bei Hier. (cf. n.l. 447); nicht als Sprichwort belegt.447 Hier. Praef. in Euangelio In: *Biblia sacra iuxta vulgatam versionem*, Württembergische Bibelanstalt, Stuttgart, 1975, vol. II, p. 1515.

451 a Nasone Ov. Rem. 85-88 (452 laetas).

462 *Senex ... ferulam* Cf. Suringar 206, p. 386 sqq. Wander verzeichnet s.v. Papagai: "Ein alter Papagai achtet die Ruthe nicht."

463 Apul. Flor. 12, Vallette, p. 142 sq. (464 quae rostri. Cum: quae rusticum codd. und edd. vett.; sermonem nostrum; 466 discenti ferula; 467 dum tenera Stewech: cum

tenera codd.).

468 Plin. Nat. X, 119.

470-471 *quod ... dicitur* Cf. Collect. 311: "Annosam arborem transplantare ... Quod vulgo et hodie dicunt vetulum canem vix loris assuescere." Von Suringar loc. cit. (cf. n.l. 462) reich belegt. Cf. z.B. *Prouerbia communia* Nr. 576: "Oude honden sijn quaet bandich te maken."

162 *Collect.* 809. Cf. *Collect.* 297 am Ende: "Non mirum si Cascus Cascam ducit." Nach Otto (p. 77 s.v. cascus) handelt es sich hier nicht um ein Sprichwort: "Es ist nichts als ein witziges Epigramm auf einen einzelnen Fall."

473 Varro *Ling. lat.* VII, 28.

474 *tertio* Nach der heutigen Numerierung 'septimo' (cf. *Adag.* 260 n.l. 626), in den edd. vett. jedoch das dritte Buch, z.B. in der Mailander Edition von 1500 (Ioannes Angelus Scinzenzeler).

Cascus ... ducit Nach Manilius (Morel, *Fragmenta poetarum Latinorum*, vol. I, Leipzig, 1927, 1963, 1975, p. 52) angeführt von Varro *Ling. lat.* VII, 28: "Cascum duxisse cascum non mirabile est."

475 477 *Nam ... egerit* Nach Varro *Ling. lat.* VII, 28: "Primum cascum significat vetus; secundo eius origo Sabina, quae vsque radices in Oscam linguam egit."

Varro, lingua Sabinorum, quae in Oscam vsque linguam radices egerit, qua casnar senex dicitur, eoque Ennium, vt Oscae linguae peritum, scripsisse:

Quam primum casci populi genuere Latini.

- 480 Cascos Latinos priscos appellat M. Tullius Tusculanarum quaestionum libro primo: *Itaque vnum illud erat insitum priscis illis, quos appellat cascos Ennius.* Citat autem Varro adagium tanquam a Manilio quodam profectum, qui dixerit non esse mirum, si cascum casca duxisset, quoniam is canoras faciebat nuptias. Videtur esse iocus in anum vetulo nuptam allusumque ad vocem casci perinde
485 quasi deducatur a canendo. Refertur ibidem epigramma Papinii cuiusdam, quod scripsit in adolescentem nomine Cascam:

Ridiculum est cum te Cascam tua casca dicit.

- Opinor adolescentem duxisse vetulam, proinde absurdum videri, quoties casca, id est vetula, maritum iuuenem veluti suo ipsius nomine Cascam
490 vocaret. [F] Fortasse prouerbii iocus ad priscum nuptiarum morem spectat, quem refert Plutarchus in Problematis: qui deducebant sponsam in domum sponsi, iuebant his verbis alloqui: *Vbi tu Caius, ego Caia.*

[A]

ΔΙΣ ΔΙΑ ΠΑΣΩΝ

163

- Δις διὰ πασῶν [B] id est *Bis per omnia*. [A] Hoc prouerbio discrimen ingens ac
495 longissimum interuallum significabant. Vnde quae pugnantissima inter sese viderentur totoque dissidere genere, ea δις διὰ πασῶν inter se discrepare dicebant. Lucianus [F] in libro De conscribenda historia: [A] *Καὶ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, δις διὰ πασῶν ἐστὶ πρὸς ἄλληλα, hoc est Denique iuxta*
LB 95 *musicorum prouerbium, δις | διὰ πασῶν internallo sese mutuo respiciunt.* Idem in
500 Apologia: Ἄλλὰ μοι ἐκεῖνο ἐνόησον, ὡς πάμπλου τὰ τοιαῦτα διαφέρει, ἐς οἰκίαν τινὸς πλουσίου ὑπόμισθον παρελθόντα δουλεύειν καὶ ἀνέχεσθαι ὅσα μοί φησι τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ πράττοντά τι τῶν κοινῶν καὶ ἐς δύναμιν πολιτευόμενον ἐπὶ τούτῳ παρὰ βασιλέως μισθοφορεῖν. Διελθὼν δὴ καὶ ἰδίᾳ καταθεὶς ἐκάτερον σκόπει· εὐρήσεις γὰρ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, δις διὰ πασῶν τὸ πρᾶγμα, καὶ τοσοῦτον
505 ἐοικότας ἀλλήλοισι τοὺς βίους, ὅσον μόλυβδος ἀργύρῳ καὶ χαλκὸς χρυσῷ καὶ ἀνεμώνῃ ῥόδῳ καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος. Μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κακεῖ κἀνταῦθα καὶ τὸ ὑπ' ἄλλῳ τάττεσθαι, τὸ δὲ πρᾶγμα παμπόλλην ἔχει τὴν διαφωνίαν, id est *Quin illud mihi iam considera, quam maximo haec inter sese discrimine distare, videlicet in*
510 *opulenti cuiuspiam aedes adscriptum seruire seruitutem et ea omnia perferre, quae libellus ille meus commemorat, et publice populi negocium gerentem ac pro virili rempublicam administrantem hoc nomine ab imperatore salarium accipere. Age, perpende haec et vntrunque per se priuatimque contemplare. Reperies nimirum iuxta illud musicorum prouerbium δις διὰ πασῶν negocio discrimen inesse. Et has duas vitae rationes tantum inter se conuenire, quantum affinitatis est plumbo cum [B] argento, aeri cum [A] auro, anemona cum rosa, homini cum simia. Nam merces quidem accipitur et*
515

illic, quemadmodum hic quoque et utrobique contingit, ut alii subiectus pareas. Caeterum ipsius negotii non mediocris est dissonantia. Hactenus Lucianus.

Adagium, ut is etiam indicavit, ex arte musica mutuo sumptum est. Nam Macrobius commentario in Somnium Scipionis secundo quinque species harmoniarum commemorat: διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν, διὰ πασῶν καὶ διὰ πέντε et δις διὰ πασῶν. Ex compositis harmoniis διὰ τεσσάρων et διὰ πέντε constituitur διὰ πασῶν, cui nominis hoc inditum est, quod absolutam reddat symphoniam, ut mihi videatur huc etiam illud respicere proverbum, quod alio loco commemorabimus ἄπαντ' ὀκτώ. Similiter Plutarchus et quicumque veterum vel apud Graecos vel apud Latinos de musicae disciplina conscripse-

486 scripsit E-I: scripserit A-D.

490-492 Fortasse ... Caia F-I, addit π.

490 ad priscum ... spectat F-I: alludit ad priscum nuptiarum morem π.

496 inter se A-C E-I: in se D.

497 in libro De describenda historia π F-I: in Harmonide A B, om. C-E.

502 πολιτεύόμενον D-I: πολυτεύόμενον A-C.

477-478 qua ... dicitur Varro *Ling. lat.* VII, 29: "Quod Osci casnar appellat."

478 *Ennium* Fr. 24 Vahlen = fr. 22 Skutsch (*The Annals of Q. Ennius edited with Introduction and Commentary*, Oxford, 1985): "Quam prisci casci populi tenuere Latini" (tenuere L. Fruterius, H. Columna). In der schon genannten Varro-Edition aus dem Jahre 1500 (cf. n.l. 474): "Quam primum casci populi genuere Latini" (lib. III, fo. X recto).

480 Cic. *Tusc.* I, 27 (481 cascos appellat).

482 Varro *Ling. lat.* VII, 28: "Casum duxisse cascam non mirabile est / quoniam carioras [?] conficiebat nuptias." a *Manilio* Cf. n.l. 474.

485 *ibidem* Varro loc. cit., cf. Morel, p. 42: "Papini epigrammation: Ridiculum est cum te cascam tua dicit amica." In der genannten Varro-Edition: "Ridiculum est cum re [?] cascam tua casca dicit."

491 Plut. *Mor.* 271 e.

163 Zu diesem Adagium: J.-Cl. Margolin, *Érasme, commentateur de Boèce, l' adage 'Double diapason'* in: *Latomus* XXVI (1967), pp. 165-194. Cf. *Proleg.* I, 500.

494 Δις διὰ πασῶν Cf. l. 498.

497 Lucian. *Hist. conscr.* 7.

499 *Idem* Lucian. *Apol.* 11 (500 ὡς πάμπολυ διαφέρει; 501 φησιν; 506 δὲ ὄμ.).

506 ἀνεμώνη ῥόδω Cf. *Adag.* 1541 (Rosam cum anemona confers), *ASD* II, 4, p. 52, ll. 788-789: "Vbi quis vehementer imparia inter se componit."

506 ἀνεμώνη *scripsimus cum LB*: ἀνεμώνη A-D, ἀνεμώνη E-I; ῥόδω I: ῥόδον A-H.

513 negotio C-I: in negotio A B.

514-515 argento aeri cum om. A, addit s.

519 in Somnium B-I: insomnium A, corr. s.

524 commemorabimus B-I: commemorabimus A; ἄπαντ' ὀκτώ E-I: Ἀπαντωκτώ A B, ἄπαντ' ὀκτώ C D.

519 *Macr. Somn.* II, 1, 24.

521-523 *Ex compositis ... symphoniam* Cf. *Macr. Somn.* I, 6, 43-44: "Haec (διὰ πασῶν) constat ex duabus id est διὰ τεσσάρων et διὰ πέντε ... ex quibus διὰ πασῶν symphonia generatur."

524 *alio loco* Cf. *Adag.* 626 (Omnia octo), LB II, 272 C.

Plutarchus Er. kannte die Theorien über die Intervalle u.a. aus (Ps.) Plut. *De musica* (zumal 1138 c-1139 f) und Plut. *De animae procreatione in Timaeo* (zumal 1018 e-1019 e). Nach Margolin (o.c. p. 176, n. 3) behandelt Plut. das präzise Problem des grössten Intervalles (d.h. den doppelten Diapason) in *De musica* nicht, siehe jedoch Plut. *De animae procreatione in Timaeo* 1029 b c: Οἱ δὲ νεώτεροι ... τὸ μὲν ὅλον σύστημα δις διὰ πασῶν ἐποίησαν.

524-525 *et quicumque ... Graecos* Plut. erwähnt in seinem Traktat *De musica* viele Musiktheoretiker, unter denen selbstverständlich Plato (1136 f: Πάνυ γὰρ προσέσχευ τῆ μουσικῆ ἐπιστήμη Πλάτων) und Aristoteles (1139 b-1140 a). Vielleicht meinte Er. diese Autoren. Margolin (p. 177, n. 1) listet eine ganze Reihe von Schriftstellern auf (Pythagoras, Aristoteles, Euclides, Ptolemaeus, Nicomachus Gerasius etc.).

525 *apud Latinos* Jedenfalls Boethius (cf. l. 526) und Macrobius. Nach Margolin (p. 177, n. 1) mag Er. auch Martianus Capella meinen.

runt, harmoniarum metam figunt in ea, quae vocatur δις διὰ πασῶν. Boetius item libro De musica primo tradit antiquitus harmonicam rationem heptachordo duntaxat constituisse, hoc est fidibus septem, quarum ima ὑπάτη dicebatur, summa νήτη. Deinde alias chordas adiicientibus aliis ita creuit
 530 vocum numerus, vt ad duplicatum heptachordum perueniretur. Atque hic progrediendi finis futurus videbatur, nisi quod ipsa symphoniarum ratio μέσην illam, quae in heptachordo locum nomini congruentem obtinuerat et vtroque ad extremam relata chordam harmoniam διὰ τεσσάρων aedebat, desiderare videretur. Hac igitur adiecta et in suum immissa locum ad quindecim chordas
 535 peruentum est, quarum extremam alteram προσλαμβανόμενον dixere, alteram νήτην ὑπερβολαῖον. Ita fit, vt μέσην vtroque relata reddat harmoniam διὰ πασῶν, rursum extremarum vtralibet ad μέσην relata eandem constituat harmoniam. Porro summa relata ad imam symphoniam reddat, quam vocant δις διὰ πασῶν, propterea quod hac, qua dixi ratione bis complectatur eam harmoniam, cui
 540 nomen διὰ πασῶν. Quoniam autem hac fini constitit harmonica ratio nec vltius procedere licuit, tractum est in popularem sermonem, vt quae longissimo discrimine inter se dissita essent, ea δις διὰ πασῶν distare dicerent perinde quasi dicas adeo seiuncta, vt magis seiungi non queant. Cui simillimum illud: ἐκ διαμέτρου, id est *ex diametro*.
 545 Verum quoniam velut imprudentes nostrique, pene dixerim, obliti paulo altius musicam ingressi sumus quam operis instituti ratio postulabat, libet obiter et illud subnectere, quod equidem arbitror nec admodum vulgo cognitum nec iniucundum scitu fore. Etenim cum haec meis illinirem commentariis, forte fortuna superuenit Ambrosius Leo Nolanus, philosophus
 550 huius tempestatis eximius et in peruestigandis disciplinarum mysteriis incredibili quadam diligentia solertiaque praeditus, neque vero mediocriter exercitatus euoluendis et excutiendis vtriusque linguae scriptoribus. Is igitur
 LB 96 posteaquam scribentibus nobis interuenisset, recitatis iis, quae iam scripseram, ‘Vereor’, inquam, ‘Ambrosi, ne vulgus hoc musicorum huic adagio nostro,
 555 δις διὰ πασῶν, negocium facessat obstrepatque ac prorsum δις διὰ πασῶν a mea discrepet sententia, quippe qui non dubitarint harmoniarum limitem vel ad vigesimum vocis gradum proferre. Quare tu Problematum autor et musices non modo scientissimus, verumetiam peritissimus, hoc mihi paucis, nisi molestum est, expedias velim, quam ob causam antiquitas tantopere metuerit
 560 vltra decimamquintam chordam vel tantillum progredi, vt etiam prouerbio res ea iactata fuerit; aut qui factum sit, vt hi neoterici non vereantur tanto spacio symphoniarum proferre pomeria praeteritisque veterum metis et, quemadmodum dici consuevit ὑπὲρ τὰ ἔσκαμμένα πηδῶντες, non vereantur etiam ad vigesimam

529 νήτη B-I: νήτη quasi Νεάτη A.

536 διὰ πασῶν B-I: Δις διὰ πασῶν A.

548 illinirem B C E-I: illinerem A D.

556 dubitarint B H I: dubitariam A C-G.

562 pomeria [pomoeria C] A-H: promeria I.

563 ἔσκαμμένα A-H: ἔσκαμένα I.

- 526 *harmoniarum ... πασῶν* Cf. Macr. *Somn.* II, 1, 24: "Sed hic numerus symphoniarum ad musicam pertinet quam vel flatus humanus intendere vel capere potest humanus auditus. Vltro autem se tendit harmoniae caelestis accessio." Siehe auch n.l. 524 (Plut. *De animae procreatione*).
- 526–540 *Boethius ... πασῶν* Boeth. *De inst. mus.* I, 20 (G. Friedlein, *De institutione musica*, Leipzig, 1867, pp. 205–212).
- 527–528 *heptachordo* Zu dem Heptachord und dessen Entwicklung: Margolin, p. 178, n. 1.
- 528–529 *quarum ... νῆτη* Für Boethius war die ὑπάτη (*ima* bei Er.) die tiefste Saite (d.h. die Saite, die den tiefsten Ton gibt, die aber oben auf das Instrument aufgezo-gen ist) cf. I, 20: "Inque his quae grauis-sima quidem erat, vocata est hypate quasi maior atque honorabilior, vnde Iouem etiam hypaton vocant" (Friedlein, p. 206) und die νῆτη (*summa* bei Er.) die höchste Saite (d.h. die Saite, die den höchsten Ton gibt, aber unten auf das Instrument aufgezo-gen ist) cf. I, 20: "Nete, quasi neate id est inferior." Der Kommentar Margolins zu dieser Stelle ist für uns nicht ganz verständlich. Er behauptet (p. 179, n. 1): "Il faut remarquer que dans le texte même de Boèce (éd. G. Friedlein), ce n'est pas l'hypate qui est définie comme la plus basse (en dépit de l'étymologie du terme grec [?]), mais la nète Ce qui peut nous faire croire qu'Érasme avait sous les yeux (ou dans la mémoire) plutôt le texte de Macrobe que celui de Boèce, c'est précisément qu'il traduit normalement ὑπάτη par la plus basse et νῆτη par la plus haute; en effet, il reproduit textuellement Macrobe." Margolin erwähnt die betreffende(n) Belegstelle(n) des Macrobius nicht.
- 529 *νῆτη* In *A*: νῆτη quasi νεάτη (cf. app. crit.). Vergleiche Boeth. I, 20: "Septima autem dicitur nete, quasi neate" (p. 206). Auch dies weist darauf hin, dass Er. Boeth. benützte. Zu dem Saiteninstrument im Altertum: *A Dictionary of Greek and Roman Antiquities* (ed. William Smith, William Wayne, G.E. Marindin), London, 1914 (3. Aufl.), vol II, p. 104, s.v. *lyra*.
- 540–541 *Quoniam ... licuit* Die Anzahl der Saiten soll auf fünfzehn (der doppelte Diapason) begrenzt sein. Cf. I. 559 sqq.: "Expeditas velim, quam ob causam antiquitas tantopere metuerit vltra decimamquin-tam chordam vel tantillum progredi."
- 544 *ἐκ διαμέτρου* *Adag.* 945 (E diametro opposita. Diametro distant), *LB* II, 380 F. Cf. *Proleg.* I. 30, ll. 500–501 und n.l. 501.
- 549–552 *Ambrosius ... scriptoribus* Er. schreibt 1518 an seinen Freund Ambrosius Leo Nolanus: "Tuum nomen semper exabit in meis prouerbiis" (Ep. 868, l. 92). Er mag dabei an die drei Stellen (nicht zwei, wie Margolin, p. 182, n. 3 behauptet), wo er Ambrosius, der als Hausarzt von Aldus Manutius zu dessen engerem Freundes-kreis gehörte, erwähnt und rühmt, gedacht haben: *Adag.* 2666, *ASD* II, 6, p. 461, ll. 701–703: "Quem virum (sc. Ambrosium) equidem non dubitem in peruestigandis naturae mysteriis vel cum quouis veterum philosophorum conferre" (cf. Heinimann-Kienzle ad loc.). Die zweite Stelle betrifft *Adag.* 1250, *LB* II, 505 E: "Quibus de rebus acutissime multa disseruit Ambrosius Leo Nolanus noster in Quaestionibus suis." Siehe weiter zu Ambrosius: *Contem-poraries* s.v. (Ambrogio) Leoni of Nola und Margolin, p. 182, n. 3.
- 557 *Problematum autor* Er. scheint auf Am-brosius' Werk *Nouum opus quaestionum seu problematum* anzuspielen. Cf. Ep. 868, l. 32: "De problematis rerum naturalium, quod opus iam olim habebas in manibus, admi-ror te nihil meminisse" (Allen, Ep. 868, n.l. 32). Auch in *Adag.* 2666, *ASD* II, 6, p. 461, l. 703 erwähnt Er. die *Quaestiones*. Nach Heinimann-Kienzle (n.l. 701) hatte Er. 1508 nur das Manuskript vor Augen (die Erstausgabe erschien vermutlich 1523 in Venedig). Margolin (p. 184, n. 3) scheint nicht zu erkennen, dass das Wort *Problematum* auf ein Buch hinweist (er übersetzt, p. 192: "Toi, qui es une autorité dans les cas litigieux.>").
- 559–560 *quam ob causam ... progredi* Er. kommt auf sein Thema zurück, cf. n.ll. 540–541.
- 561–564 *ut hi ... procedere* Die antike Musik-wissenschaft ging aufgrund des Bereichs der antiken Musikinstrumente (*lyra*, *ki-thara*) von dem doppelten Diapason aus. Zur Zeit des Er. gab es mehrere Instru-mente, deren Bereich die zwei Oktaven überschritt. Er. lehnt es trotzdem ab die Theorie des klassischen Altertums aufzu-geben (cf. Margolin, p. 184, n. 4).
- 562 *proferre ... metis* Cf. *Adag.* 2546 (Minore finire pomoerio et his similia), *ASD* II, 6, p. 368.
- 563 *ὑπὲρ τὰ ... πηδῶντες* Nach Plat. *Crat.* 413 a: Ὑπὲρ τὰ ἑσκαμμένα ἄλλεσθαι. Cf. *Collect.* 793 und Suid. ὑπὲρ 363.

chordam procedere'. Ad quae ille familiariter arridens, 'Nae tu', inquit, 'homo
 565 es plus satis diligens, vt quem hoc quoque sollicitum habeat, quid cantorum
 συμπόσια de tuis sentiant adagiis. Quanquam ad propellendas musicorum
 calumnias vnus ille sat erat clypeus, te vetus adagium referre. Id vtique
 conueniebat cum veterum musicorum, a quibus ductum est, ratione quadrare.
 Verumtamen vt tibi magis quam illis faciam satis, quid ego super hac re vel
 570 obseruarim vel sentiam, paucis accipe.

Principio quae res commouerit recentiores musicos, vt antiquitatis limites
 praeterierint, ipsi sane viderint. At equidem duplicem video causam, quam ob
 rem antiquitas in δις διὰ πασῶν consistendum duxerit. Primum quod ipsa
 natura videatur hanc symphoniarum veluti metam praestituisse, quippe quae
 575 modum hunc humanae tribuerit voci, vt ad decimumquintum modo gradum
 intendatur, vltra quem si quis conetur progredi, non iam illa vox genuina, sed
 coacta factitiaque et gannitus magis quam vox videatur. Rursus si altius
 nitaris eam deprimere, protinus a ratione vocis in screatum quempiam
 degeneret. Proinde cum vbique conueniat artem quoad licet naturae respon-
 580 dere, non abs re mihi videntur veteres iisdem cancellis circumscripsisse
 rationem artis, quibus natura vocem humanam circumscripserat. Satis erat ad
 persuadendum haec, opinor, causa, quanquam altera magis vrget. Ea est
 huiusmodi: Scis esse apud Boetium libro De musica iiii. harmoniam musices
 non ratione tantum, verum et sensu perpendi oportere. Quapropter Ptole-
 585 maeus apud hunc, quo dixi libro, Pythagoricorum quorundam sententiam
 reiicit, qui in diiudicandis harmoniis plurimum tribuerint rationi, minimum
 sensui, cum dicerent sensum semina modo quaedam cognitionis ministrare, at
 ratione perfectam constare scientiam. Rursum Aristoxeni refellit opinionem,
 qui plus satis tribuerit sensibus, perpusillum autem rationi, cum musicam
 590 harmoniam ita temperatam esse oporteat, vt neque sensui ratio refragetur
 neque sensus rationi reclamet. Neque dissentit a Ptolemaeo Aristoteles
 secundo Physicorum libro negans musicam mere mathematicam esse, sed
 partim ratione, partim sensibus constare. Quod fieri nequaquam potest, si
 595 semel vltra decimamquintam intentionem, hoc est δις διὰ πασῶν, processum
 fuerit. Nihil autem vetat ratio, quominus vel ad millesimum vsque tonum
 progrediare, recurrentibus subinde videlicet iisdem harmoniis, quas complec-
 titur διὰ πασῶν. Neque secus hic procedere liceat quam fit in numeris
 arithmetices, vbi non aliter agnoscitur ἡμιόλιος in duodecim millibus et octo
 millibus quam in quatuor et sex. Caeterum harmoniae sensus vltra decimam-
 600 quintam vocem velut euanescit iamque non magnopere refert, quae sit
 harmoniae ratio, quam non approbat sensus et ideo non approbat sensus, quia
 non euidenter percipit. Porro quominus percipiat, interuallum aequo longius
 in causa est. Rationis vis in immensum se porrigit, at e diuerso sensus
 corporis admodum angustis limitibus cohibetur. Quod enim accidit in oculo-
 605 rum sensu, vt, si longius aequo semota sint ea in quae fertur videndi vis,
 LB 97 obtundatur ac deficiat visus, | eoque magis deficiat, quo maiore distent

interuallo: id multo magis accidit aurium sensui, quippe minus agili quam oculorum. Iam vero quod vsu venit sensibus in percipiendis iis quae obiiciuntur, idem vsu venit animo per sensum diiudicanti.

- 610 Si colorem colori propius admoueas et, quemadmodum Graeci dicunt, πορφύραν παρὰ τὴν πορφύραν, nonne protinus dignoscit ex collatione sensus, quantum alter ab altero discrepet aut alteri cum altero conueniat? Itidem si vocem voci vicinam auribus exhibeas, incunctanter diiudicant, quae sit alterius cum altera vel concordia vel discordia; sin plus iusto dissitas interuallo, mox incipit anceps esse iudicium. Porro quemadmodum citius hebetatur aurium sensus quam oculorum, itidem citius obtunditur illarum quam horum iudicium, propterea quod altera res ex altera pendeat. Id ita esse non est cur pluribus argumentis confirmem, cum protinus ipsum experimentum fidem unicuique facere possit. Pulsa chordam quampiam in organo simulque tange, quae sit ab hac octaua, statim rationi suffragans sensus plene percipiet harmoniam et absolutissimam esse suo quoque comprobabit calculo. Rursum pulsata quapiam simul moue aliam, quae sit ab illa decimaquinta, statim et percipiet et approbabit sensus symphoniam agnoscens eam, quam paulo ante senserat in διὰ πασῶν. At vero si tacta ima moueris ab hac decimamnonam, nihil quidem obstrepat ratio, quominus sit harmonia, quae fuerat in διὰ πασῶν cum διὰ πέντε, verum auris acceptis vocibus non perinde percipit harmoniae
- 615
- 620
- 625

564 Nae s E-I: Ne A-D.

565 habeat C-I: habet A B.

577-578 Rursus si altius nitaris E-I: Rursum si nitaris altius A-D.

580 abs re B-I: abre A.

581 vocem humanam A-D H I: artem humanam E-G.

587 cognitionis B-I: cognitiones A, corr. s.

594 intentionem D-I: intensionem A-C.

608-609 obiiciuntur A F-I: abiiciuntur s B-E.

611 παρὰ C-I: περὶ A B; sensus C-I: ratio A B.

620 sensus B-I: ratio A.

625 sit G-I: eadem sit A-F; in B-I: om. A.

567 *clypeus* Bekannte Metapher, cf. *Epb.* 6, 16. Dazu: Margolin, p. 186, n. 1.

573-576 *Primum ... intendatur* Cf. Macrobi. *Somn.* II, 1, 24: "Sed hic numerus symphoniarum ad musicam pertinet quam vel flatus humanus intendere vel capere potest humanus auditus."

580 *cancellis circumscriptis* Cf. *Adag.* 2546, *ASD* II, 6, p. 368, l. 454.

583 Boeth. *De inst. mus.* V, 2, nicht das 4. Buch.

583-584 *harmoniam ... oportere* Nach Boeth. *De inst. mus.* V, 2: "Armonica est facultas differentias acutorum et grauium sonorum sensu ac ratione perpendens" (Friedlein, p. 352).

584-591 *Quapropter ... reclamationem* Boeth. *De inst. mus.* V, 3. Er. gibt Boethius' Gedanken genau wieder, und auch seine Wortwahl ist durch den Boethiustext beeinflusst

worden. Cf. n.l. 587 und n.l. 591.

587 *cum ... ministrare* Boeth. loc. cit.: "Sensum enim dare quaedam quodammodo semina cognitionis."

591 *neque ... reclamationem* Boeth. loc. cit. "Vt ne sensus reclamationem."

591-592 *Aristoteles ... libro* Nach Margolin (p. 188, n. 1) Aristot. *Phys.* VII (ohne weitere Angabe). Nach Mynors (*CWE* 31, p. 205, n.l. 101) vielleicht Aristot. *Phys.* II, 194 a 8.

611 *πορφύραν ... πορφύραν* Cf. *Adag.* 1074 (*Purpura iuxta purpuram diiudicanda*), *LB* II, 435 A und Strömberg, p. 64 sq.

619 *Pulsa ... organo* Er. bezeichnet mit 'organum' jedes Musikinstrument. Hier ist wie in *Adagium* 2036 ein Saiteninstrument gemeint. Cf. Heinemann-Kienzle, *ASD* II, 5, p. 61, n.l. 945-946.

rationem. Quod nisi sensus certos quosdam terminos haberet, intra quos certum illius et exploratum iudicium sepiretur, nihil te vetuerit, si libeat, vel vsque ad *χιλιάκις διὰ πασῶν* symphoniam procedere. Neque enim ratio quicquam offenditur numero, modo eandem agnoscat analogiam. Verum corporis sensibus natura suos quosdam limites praescipit, ultra quos progressi sensim iam incipiunt quasi caligare hallucinarique neque iam certo sicuti solent, sed ceu per nebulam, vt aiunt, ac per somnium iudicare. Non conueniebat autem, vt cuius incertum esset iudicium, id ad artis praecepta traheretur. At quoniam vltra decimumquintum vocis gradum veteres intellexerunt euanescere iudicium aurium, ibi metam harmoniarum figendam esse iudicarunt, ne merito quis illud tuum adagium obiicere posset: Ἀφανοῦς μουσικῆς οὐδὲν ὄφελος, [B] id est *Occultae musices nulla est utilitas*. [A] Iam igitur neoterici, qui contra veterum auctoritatem vltra summam chordam τετράχορδον adiecere, ad imam item adiecta vna, non perinde flagitium fecissent, si in decimanona chorda terminassent harmoniarum progressum, propterea quod hac ima ad summam relata, si non auribus, certe rationi perfectam symphoniam repraesentat. Atqui in vigesima neque sensus est harmoniae neque harmonia perfecta. Quare nihil est, Erasme, quod adagio tuo vllam metuas calumniam’.

Haec cum mihi tum argute tum admodum probabiliter ab Ambrosio meo dicta viderentur nec ea quidem admodum aliena a prouerbii ratione, libuit his meis lucubrationibus adiungere futurum auctarium, haudquaquam, vt arbitrator, ingratum lectori non omnino fastidioso.

650 [A] VBI TIMOR, IBI ET PVDOR 164

Ἰνα δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς, id est *Vbi timor, ibi et pudor*. Prouerbialis sententia, quae hodieque vulgo manet, cui similis illa Terentiana *Omnes deteriores sumus licentia*. Et maxima pars hominum formidine fustis a malefactis temperat. Plato libro De legibus quinto: Ἡ δὲ ἄδεια ἀναισχυντίαν ἐνέτεκεν, id est *Audacia vero parit impudentiam*. Ἀδειαν autem vocant, cum abest metus. [D] Idem in Euthyphrone citat ex poeta quopiam; est enim hemistichion carminis heroici:

Ἰνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς, id est
Vbi enim timor, et pudor illic.

[H] Suidas indicat esse Epicharmi.

660 [A] FORAS CARES, NON AMPLIUS ANTHISTERIA 165

LB 98 Θύραζε Κἄρες, οὐκέτ’ Ἀνθιστήρια, | id est
Cares foras, peracta enim Anthisteria.

Dici consuevit, vbi quis semper eadem sibi sperat commoda aut idem semper

- licitum fore credit, quod aliquando pro temporis ratione fuerit permissum.
 665 Veluti si quis semel expertus cuiuspiam liberalitatem, subinde redeat aliquid muneris petens, aut cum pueri permissam sibi ad tempus feriandi ludendique facultatem vltra tempus prorogant. Originem prouerbii tradunt ad hunc modum. Atheniensibus quidam Anthisterion appellabatur, quod is plurimos flores progigneret. In hoc festa quaequam agebantur et conuiuia
 670 liberiora, quemadmodum in Saturnalibus fieri consuevit apud Romanos, in quibus et seruis accumbere licebat feriatis interim ab opere. Exactis autem feriis cum iam ad solitas operas reuocarentur, hoc pacto dicebant heri: *Foras Cares, non iam amplius Anthisteria*. Cares autem seruos appellabant, quod ea gens mercenariis operis quaestum factitaret, velut omnium servi quicumque con-
 675 duxissent. Sunt qui dicant Cares olim Atticae regionis partem obtinuisse, Athenienses autem, cum Anthisteriorum solennitatem agerent, solere Cares in ciuitatem atque in domos receptos ad festi communionem admittere. Deinceps

638 est *pr. E-I: om. B-D.*

642 hac *E-I: hic A-D.*

648 lucubrationibus *H I: lucubratiunculis A-G.*

654 δὲ ἄδεια *A-F: δ' ἄδεια G-I.*

655 Idem *D-G: Item H I.*

673 iam amplius *A-D F-I: amplius iam E.*

676 Anthisteriorum *A-D F-I: arthisteriorum E in textum, corr. in Erratis.*

677 deinceps *H I: deinde A-G.*

633 *per nebulam ... iudicare Cf. Adag. 263.*

637 *tuum adagium Cf. Adag. 684 (Occultae musices nullus respectus), LB II, 295 B.*

164

651 "Ἴνα ... αἰδώς Diogen. 5, 30. Cf. Apost. 9, 6 (ἴνα γὰρ δέος κτλ.).

652 *hodieque vulgo* Suringar 233, p. 440 sqq. In den *Prouerbia communia* Nr. 159 findet sich dieses Sprichwort in einer negativen Fassung: "Daer gheen bedwanc en es daer en is gheen eere." Weiter: "Waar vrucht is, daar is ook schaamte" (Harrebomée II, p. 237).

Terentiana Ter. *Heaut.* 483 (652-653 Nam deteriores omnes sumus licentia).

653 Plat. *Leg.* III, 701 a, nicht das 5. Buch (*quinto*).

655 Idem Plat. *Euthyphr.* 12 b.

656 *ex poeta quopiam* Cf. Plat. *Euthyphr.* 12 a: 'Ο ποιητής ἐποίησεν ὁ ποιήσας. Nach Stobaeus (III, 31, 12, p. 671 Hense) war Stasinus der Verfasser der von Plato *Euthyphr.* 12 a b angeführten Verse. Es handelt sich um *Cypria* fr. 20 Kinkel = fr. 18 Bernabé (cf. *Proleg.* n.l. 325). Siehe auch: Malcolm Davies, *Epicorum Graecorum Fragmenta*, Göttingen, 1988, p. 43, fr. 24.

659 *Suidas ... Epicharmi* Cf. Kaibel, *Epichar-*

mus fr. 221, p. 130: "Ἐνθα δέος, ἐνταῦθα καιδώς, von dem Scholiasten zu Soph. *Ai.* 1073-1074 angeführt und Epicharmus zugeschrieben (cf. Georgios Andreas Christodoulou, *Τὰ ἀρχαία σχόλια εἰς Αἴαντα τοῦ Σοφοκλέους*, Athene, 1977, p. 222), in Suidas nicht nachweisbar. Er. irrt sich: die Erstausgabe der Sophokles-Scholien erschien 1518 (Joh. Lascaris). Vielleicht verwechselte Er. diese Ausgabe und das Sudalexikon, das 1514 von Aldus neu aufgelegt wurde.

165 Cf. *Adag.* 130, n.l. 798 und Strömberg, p. 56: Εἰσαεὶ Διονύσια εὐορτάζειν.

661 Bei den *Paroemiographen*: Zenob. 4, 33 = Ald. col. 97, zweiter Artikel. Suid. θύραζε 598. Apost. 8, 94 = Diogen. 5, 23 (661 Ἄνθεστήρια).

663 *Dici ... commoda* Nach Zenob. loc. cit.

673-675 *Cares ... conduxissent* Cf. *Adag.* 514 (In Care periculum) *LB II*, 226 F: "Suidas scribit Cares primos mortalium mercede militasse, vt qui vitam suam vilem haberent."

675-681 *Sunt ... Anthisteria* Nach Zenob. loc. cit. (Er. hat statt ὑπολελειμμένων (emendaut Valckenarius) ὑποβεβλημένων gelesen).

peracto solennitatis tempore, si quos e Caribus offendissent in vrbe cessantes, per iocum dicebant:

680 Θύραζε Κᾶρες, οὐκέτ' Ἀνθιστήρια, id est
Exite Cares, acta enim Anthisteria.

Sonat autem ea vox Graeca, perinde quasi dicas 'Floralia' Latine, quorum licentia multorum literis notissima est. [B] Non diuersum est quod ait Seneca in ludicro in Claudium scripto: *Non semper erunt Saturnalia.* Nam Saturnalibus
 685 seruis quoque libertas erat.

[A] FVRES CLAMOREM 166

Οἱ φῶρες τὴν βοήν, id est *Fures clamorem*, subaudiendum 'timent' aut 'sense-
 runt'. Quadrabit in eos, qui sibi conscii metuunt, ne deprehendantur, aut qui
 690 peracto maleficio fugitant pauitantque. Habet autem hoc cum omnis malefacti
 conscientia tum praecipue furti, vt hominem trepidum reddat ac lucifugam.
 Vnde est et in Hebraeorum sententiis impium vel persequente nullo fugere.
 Huc allusit Vergilius:

*Et cum clamarem, quo nunc se proripit ille?
 Tityre, coge pecus, tu post carecta latebas.*

695 [A] FVNICVLVM FVGIVNT MINIATVM 167

Τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλωμένον, id est
Vitant sinopi collitam restim rubra.

Apte dicetur, vbi quis properat officio suo fungi non ex animo, sed ne in
 mulctam incidat. Carmen sumptum ex Aristophane, cuius interpretes et item
 700 Suidas huiusmodi ferme commemorant. Atheniensium magistratus variis
 modis conati sunt efficere, vt populus quam maxime frequens ad concionem
 ventitaret. Obiectis enim repagulis quibusdam vias reliquas occludebant, quae
 non ducebant ad forum, tum merces tollebant ex mercatu, ne quid hac gratia
 ibi cessaretur, denique funem parant rubro colore, quem μίλτον, [B] id est
 705 interprete Plinio *minium* (vocant Latini nonnulli *cinabarim*) [A] appellant,
 oblitum. Hoc duo ministri publici populum cingentes agebant in concionem.
 Studebat quisque funiculum effugere, propterea quod quisquis colore notatus
 appareret contagio funis, is mulctam pendere cogebatur. Vnde qui notam
 metuunt, eos eleganter dicemus φεύγειν τὸ σχοινίον μεμιλωμένον, [B] id est
 710 *fugere funiculum miniatum.*

[A] FORTVNATOR STROBILIS CARCINI 168

Εὐδαιμονέστερος Καρκίνου Στροβίλων, id est *Fortunator Carcini Strobilis.* Ironia

715

prouerbialis in infelicem et improbum. Carcinus poeta quispiam fuit, cuius filii dicti sunt Strobili ab Aristophane, quos et γλυκυτραχήλους vocat, id est *dulciceruicos*. Iocus autem sumptus est a nominum allusione. Nam Graece Carcinus cancrum, Strobili cochleas significant. Vtrunque genus distortum ac foedum. [C] Adagium recensetur apud Suidam [G] et Zenodotum; [E] extat apud Aristophanem in Pace. |

678 peracto C-I: acto A B.

687 βοήν A-F: βωήν G-I.

689 peracto C I: acto A B.

691 Hebraeorum B-I: Haebreorum A.

699 sumptum E-I: sumptum est A-D; item A-D F-I: idem E.

703 ex E-I: e A-D.

704 μίλτον B-I: sinopin A.

706 Hoc B-I: Huc A, corr. s.

708 mulctam s C-I: multam A B.

709 μεμιλωμένον A B D-I: μεμιλωμένον C.

712 Καρκίνου A-C F-I: Καρκίνου D, E in *textu*, corr. in *Erratis*.

714 vocat A-D G-I: vocant E F.

717 et Zenodotum G-I: Zenodotum χ.

682-683 *Sonat ... est* Cf. *Proleg.* n.l. 616-617.

683 Sen. *Apol.* 12, 2 (684 Saturnalia erunt).
Zusatz B nach der Erscheinung der Erstausgabe der Apokolokyntosis, Rom, 1513.
Cf. *Adag.* 201, ll. 4-5.

166

687 Οί ... βοήν Diogen. 7, 36 = Apost. 12, 46.

691 in *Hebraeorum sententiis* Prv. 28, 1: "Fugit impius nemine persequente."

692 Verg. *Ecl.* 3, 19-20.

167

696 Aristoph. *Ach.* 22. Dieser Vers wird auch *Adag.* 285, l. 60 angeführt.

699 *interpres* Cf. Schol. Aristoph. *Ach.* 22 a (i) und (ii) (Koster, p. 10).

700 *Suidas* Cf. Suid. *σχοινίον* 1810.

700-706 *Atheniensium ... concionem* Nach Schol. Aristoph. und Suid. locc. citt.

705 Plin. *Nat.* XXXIII, 115.

168 Cf. *Adag.* 2130 (Carcini poemata), *ASD* II, 5, p. 122.

712 Εὐδαιμονέστερος ... Στροβίλων Suid. εὐδαιμονέστερος 3402 und Στρόβιλοι 1208. Zenob. Ald. col. 89. Die drei Stellen bieten die Lesart εὐδαιμονέστερος τῶν κτλ.

712-713 *Ironia prouerbialis* Cf. die n.l. 712 genannten Stellen.

713-714 *Carcinus ... vocat* Nach Suid. locc. citt.

714 *Aristophane* Cf. Aristoph. *Pax* 864:

Εὐδαιμονέστερος φανεῖ τῶν Καρκίνου Στροβίλων. Dieser Vers wird von Er. in *Adag.* 2130, *ASD* II, 5, p. 122, l. 404 angeführt. γλυκυτραχήλους Cf. Suid. εὐδαιμονέστερος 3402: Οὐς ἀνωτέρω ὄρτυγας καὶ γυλιοτραχήλους εἶρηκε (sc. Aristoph.); 'ἀνωτέρω' bezieht sich vermutlich auf Aristoph. *Pax* 789: "Ὀρτυγας οἰκογενεῖς γυλιαχένας (sic) ὄρχηστάς. Siehe auch Suid. Στρόβιλοι 1208: Οὐς καὶ γυλιοτραχήλους εἶρηκε (sc. Aristoph.). Suid. locc. citt. folgt der Lesart γυλιοτραχήλους (sic die Edition von Chalcondyles, Mailand 1499 und die Aldina 1514), Er. schreibt: γλυκυτραχήλους (= mit lieblichem Halse, von Liddell-Scott nicht belegt).

715-716 *Nam ... cancrum* Cf. *Adag.* 2130, l. 411: "Nam καρκίνος Graecis et cancrum animal significat."

716 *Strobili ... significant* Cf. Suid. Στρόβιλοι 1208: Στρόβιλοι καὶ οἱ κοχλῆλαι.

717-718 *Adagium ... Pace* Es fällt auf, dass Er. erst in den Zusätzen C, G und E seine Quellen nennt. Er. kannte 1508 Suid. (Erstausgabe Mailand 1499); die Quellenangabe schob er erst nach der Erscheinung der Aldina 1514 ein.

717 *Zenodotum* Sc. Zenob. Ald. col. 89, cf. n.l. 712.

LB 99 [A] FESTO DIE SI QUID PRODEGERIS 169

720 Plautus in *Aulularia* sub persona senis Euclionis:

*Festo die si quid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi peperceris.*

725 Schema prouerbiale. Admonet autem, ne in sumptibus solennibus ita profusi simus, vt non suppetat quo feramus quotidianos. Nam festi dies vel sacris offerendis vel diurnis epulationibus vel ludis in honorem deorum vel feriiis obseruandis celebrabantur: profesti ad rei priuatae publicaeque administrationem concedebantur. Accommodabitur non perperam et in eos, qui iuuenes rem prodigunt esuritori senes quieue intempestiue profundunt postea desideraturi.

730 [A] FELES TARTESSIA 170

Γαλῆ Ταρτησσία, id est *Feles Tartessia*. De magnis et ridiculis dicebatur. Tartessii sunt in Iberia, apud quos feles maximae nasci dicuntur. Fortasse non inepte dicetur et de rapacibus. Aristophanes in *Vespis*:

735 "Ὡσπερ με γαλῆν κρέα κλέψασαν
Τηροῦσιν ἔχοντ' ὀβελίσκους, id est
*Nunc me uti felem rapta carne
Observant gestantem verua.*

Item Lucianus, cum ait ἀρπακτικώτεροι τῶν γαλῶν, [B] id est *rapaciores felibus*, [A] nimirum et ipse felium significat rapacitatem vulgo notam fuisse.

740 [A] FERRE IVGVM 171

Plautus in *Curculione*: *Iamne fert iugum?* De puella percunctatur quispiam, num iam per aetatem virum reciperet. Id enim significari satis arguunt ea, quae sequuntur: *Tam a me pudica est, quasi soror mea sit*. Horatius in *Odis* de puella nondum viro matura:

745 *Nondum subacta ferre iugum valet
Ceruice,*

750 videlicet indicans, vnde ducta sit translatio, nimirum a iuueno, cui nondum suppetunt vires, vt in ducendo aratro pares operis vices sustineat. Nam et coitus duorum ex aequo negocium est, itidem vt in iugo. Vnde dictum etiam coniugium.

[A] FELI CROCOTON 172

Γαλῆ κροκωτόν, id est *Feli crocoton*, subaudiendum 'das' aut 'addis'. Dicitur

solitum, quoties honos additur indignis et quos haudquaquam decet. Aut cum
 755 datur quippiam iis, qui munere non norunt vti, veluti si quis a Musis
 alienissimo bellissimum donaret librum. Crocoton vestis genus est rotundae
 ac fimbriatae, qua diuites utebantur matronae. [B] Apud Nonium in dictione
 richa refertur inter vestes delicatas et crocoton. Sic enim arbitror legendum:
mollicinam, crocotam, chirodotam, richam. Ac teste Plutarcho quidam Herculem
 760 pingebant κροκωτοφόρον Omphalae seruientem. [A] Sumptum adagium ab
 apologo Stratidis, quem alio loco narrauimus. Porro vox haec γαλή *felemne*
 significet, an *mustelam*, an quem vulgo *catum* appellant, quoniam inter eruditos
 controuersum esse video, relinquo aliis iudicandum.

[A]

MVSTELAM HABES

173

Γαλήν ἔχεις, id est *Mustelam habes*. In eum quadrat, cui omnia sunt inauspicata

732 Tartessii s B-I: Tartesii A.; maximae A
 C-I: maxime s B.
 736 me A-F: om. G-I.

758 chirodotam B-G: chirodatam H I.
 759 Omphalae B-D: Omphale E-I.

169 Collect. 64.

720 Plaut. *Aul.* 380-381.

170

731 Γαλή Ταρτησία Diogen. 3, 71 = Apost.
5, 20 (Ταρτησία). Suid. γαλή 29.732 *Tartessii* ... *dicuntur* Nach Suid. γαλή 29,
siehe auch Suid. Ταρτησός 137.733 Aristoph. *Vesp.* 363-364.735 ἔχοντ' Sc. ἔχοντε (Dual des Partizips Prä-
sens), nicht wie Er. meint ἔχοντα (sc. με
ἔχοντα: Akkusativ Sg. des Partizips Prä-
sens). Cf. Stephanus *Animadversiones* ad loc.
Auch die Scholien zu Aristoph. *Vesp.* 364
a weisen auf diesen Dual hin (Koster, p.
61).738 Lucian. *Pisc.* 34 (738 ἀρπακτικώτεροι δὲ
τῶν γαλῶν). Cf. *Proleg.* I. 629.

171 Collect. 65.

741 Plaut. *Cure.* 50: "Iamne ea fert iugum?"743 *quae sequuntur* Plaut. *Cure.* 51.*Horatius* Hor. *Carm.* II, 5, 1-2.749-750 *itidem* ... *coniugium* Cf. Isid. *Orig.* IX,
7, 20: "Coniugium dictum quia coniuncti
sunt, vel a iugo quo in nuptiis copulan-
tur."

172

752 Γαλή κροκωτόν Das Adagium findet sich
gerade in dieser Form nicht bei den Paroe-
miographen: Zenob. 2, 93: Οὐ πρέπει γαλή
κροκωτόν. Zenob. Ald. col. 59: Οὐ πρέπει
γαλή κροκωτός (sic Plut. *Paroem.* 2, 1).
Apost. 5, 21: Οὐ πρέπει γαλή κροκωτός.
Suid. γαλή 35: Γαλή τὸν κροκωτόν. Suid.
κροκωτός 2460: Τὸν κροκωτόν ἢ γαλή. Man

kann jedoch aus dem Verweis auf Strattis
 (cf. I. 760) folgern, dass Zenob. die Quelle
 gewesen ist (Zenob. 2, 93. Ald. col. 59).

755-756 *Crocoton* ... *matronae* Cf. Suid. ἐγκυκ-
λιον 135.756 Non. p. 539, 22 M, Lindsay, p. 865:
"Nouius Paedio: molucinum, crocotam,
ciridotam, ricam, ricinum" (*mollicinam* v.l.)
= Ribbeck CRF, Nouius, *Paedium* fr. IV,
p. 322. Diese Stelle des Nonius führt Ioh.
Bapt. Pius in seinen *Annotationes* cap.
LVIII (anlässlich *Hist. Aug.* VIII, 8, 2:
"chiroditas Dalmatarum") im nahezu glei-
chen Wortlaut an.
758 *Plutarcho* *Mor.* 785 e: "Ἡ καθάπερ ἔνιοι
τὸν Ἡρακλέα παίζοντες οὐκ εὖ γράφουσιν ἐν
Ὀμφάλης κροκωτοφόρον.
759-760 *ab apologo Stratidis* Strattis wird von
Zenob 2, 93 (Ald. col. 59) erwähnt. Es
handelt sich um Strattis fr. 71 Kock (I, p.
731) = Strattis fr. 75 PCG (VII, p. 657).
alio loco Cf. *Adag.* 611 (*Simia simia est*,
ctiamsi aurea gestet insignia), LB II, 265 B
C: "Narratur apologus non absimilis de
fele, quam Venus belle adornatam in pedis-
sequarum (sc. pedisequarum) ordinem ad-
sciuerat ac satis apte ἐγυναίκεζε, donec
mure e cauo quopiam in medium procur-
rente declarauit sese nihil aliud esse quam
felem."

173

764 Γαλήν ἔχεις Diogen. 3, 84. Cf. Apost. 5,
26.

765 tanquam fatis ac diis iratis, vt aiunt. Olim creditum est hoc animal inauspicatum infaustumque esse iis, qui haberent domique alerent, vt non admodum dissideat ab illis: *Equum habet Seianum* et *Aurum habet Tolosanum*. Vnde nunc etiam apud quasdam gentes, nominatim apud Britannos, infelix omen habetur, si cum paratur venatio aliquis mustelam nomet, cuius etiam occursus vulgo
770 nunc habetur inauspicatus. Adagium refertur a Diogeniano.

[A]

FASTVOSVS MAXIMVS

174

LB 100 Κόμπος Μάξιμος, id est *Fastuosus Maximus*. In eum dicebatur, qui sibi plus satis arrogasset in sapientia. | Sumptum a moribus Maximi cuiuspiam arrogantis et sibi immodice placentis. In nonnullis exemplaribus inuenio κομπᾶς
775 Μάξιμος. Graecis κόμπος arrogantiam insolentiamque significat, vnde κομπεῖν καὶ κομπάζειν. Proinde et Euripides: Γλώσσης τε κόμποι, id est *Linguaeque fastus*. Recensetur et hoc in Diogeniani collectaneis.

[A]

E MVLTIS PALEIS PAVLVM FRVCTVS COLLEGI

175

780 Ἐκ πολλῶν ἀχύρων ὀλίγον καρπὸν συνήγαγον, id est *Ex multis paleis parum fructus collegi*, id est multo labore non multum emolumenti sum consecutus [C] aut e verboso sermone paululum bonae sententiae percepī, ex ingenti volumine minimum doctrinae retuli. [A] Translatum ab excussoribus tritici.

[A]

OPORTET REMVM DVCERE QVI DIDICIT

176

785 Δεῖ κώπην ἐλαύνειν μαθόντα, id est *Oportet remum impellere eum, qui didicerit*. Vnumquenque decet eam artem exercere, quam antea doctus sit. Refertur a Plutarcho in commentariolo, cui titulus Ὅτι διδακτὸν ἢ ἀρετῆ. Idem admonet Horatianum illud in Arte poetica:

790 *Ludere qui nescit, campestribus abstinet armis,
Indoctusque pilae discinae trochiae quiescit,
Ne spissae risum tollant impune coronae;
Qui nescit, versus tamen audet fingere.*

Quin et hodiernis temporibus huiusmodi vulgo iactatur adagium: *Qui lusus non nouit legem, abstineat*.

[A]

EX IPSO BOVE LORA SVMERE

177

795 Ἐκ τοῦ βοῦς τοὺς ἱμάντας λαμβάνειν, id est *Ex ipso boue lora sumere*, dicuntur qui, quo laedant quempiam, id ab ipso quem laedunt accipiunt. Veluti si quis versibus incesset eum, a quo carminis componendi rationem didicisset, aut tyrannus pecuniam extorqueat a ciuibus, qua satellitium ad opprimendam

- ciuitatem alat, [C] aut si quis rhetorices praesidiis rhetorice oppugnaret. [A]
 800 Metaphora sumpta ab agricolis, qui lora caedunt e boum tergoribus, quibus
 boues vincunt. Plutarchus in commentario, cui titulus "Οτι οὐκ ἔστι ζῆν
 ἠδέως: Τί ἂν λέγοι τις; ἀρκεῖ γὰρ ἡ φύσις τῆς σαρκὸς ἕλην ἔχουσα νόσων ἐν ἑαυτῇ
 καὶ τοῦτο δὴ τὸ παιζόμενον 'ἐκ τοῦ βοῦς τοὺς ἱμάντας' λαμβάνουσα τὰς
 805 ἀλγηδόνας ἐκ τοῦ σώματος, id est *Quid igitur dixerit quispiam? Satis est ipsa
 corporis natura morborum materiam in se continens ac iuxta quod ioco dici solet
 'tanquam ex ipso boue lora' sumens ita ex ipso corpore dolores.*

[A]

EX VNO OMNIA SPECTA

178

- 'Ἐξ ἑνὸς τὰ πάνθ' ὄρα, id est *Ex vno omnia spectata*. Vergilius item: *Et crimine ab
 vno | disce omneis*. Admonet adagium ex vnus euentus experimento reliquorum
 810 simillium coniecturam oportere facere. Refertur a Suida. [F] Tametsi is
 ostendit in eos dictum, qui perperam ex vno quopiam aestimant omnia. Legit
 enim non ὄρα, sed ὄρα. Veluti si quis vnum Gallum expertus perfidum
 iudicaret omnes esse tales.

776 Proinde C-I: Vnde A B.

781 percepi C D F-I: percipi E.

781-782 volumine C D F-I: molimine E in
textu, corr. in Erratis

789 Indoctusque A-C E-I: Indoctisque D.

796 laedant E-I: laedunt A-D.

800 sumpta E-I: sumpta est A-D; caedunt
 D-I: cedunt A-C.

805 se G-I: sese A-F.

765 diis iratis Cf. *Adag.* 72, ll. 961-965.765-766 *Olim ... alerent* Cf. Diogen. (Apost.)
 loc. cit.: Παρόσον οἱ γαλῆν ἔχοντες οὐκ
 εὐτυχοῦσι.767 *Equum ... Seianum* Cf. *Adag.* 997 (Equum
 habet Seianum), LB II, 395 F.*Aurum ... Tolosanum* Cf. *Adag.* 998 (Aurum
 habet Tolosanum), LB II, 396 B.769-770 *uulgo nunc* Cf. Suringar 128, p. 233.770 *Diogeniano* Cf. n.l. 764.

174

772 Κόμπος Μάξιμος Diogen. 5, 46 (Leutsch:
 κομπὰς mit Hinweis auf unsere Stelle).772-774 *In eum ... placentis* Nach Diogen.
 loc. cit.774 *nonnullis exemplaribus* Vielleicht ein Ver-
 weis auf Apost. 10, 2: Κομπὰς Μάξιμος:
 ἐπὶ τῶν ὑπὲρ τὸ δέον φρονεῖν οἰομένων: οὗτος
 γὰρ ὁ Μάξιμος ἀλαζῶν ἐγένετο. Cf. Zenob.
 Ald. col. 106: κόπας Μάξιμος. Dazu: Cru-
 ssius, *Suppl. Paroem.* III a, p. 20, n.776 Eur. *Hec.* 627.776-777 *Linguaeque fastus* Cf. *ASD* I, 1, p.
 246, l. 677: "Linguaeque fastus. Ille felicis-
 simus" etc.777 *Diogeniani collectaneis* Cf. n.l. 772.

175

779 'Ἐκ πολλῶν ... συνήγαγον Zenob. Ald.

col. 78 = Suid. ἐκ πολλῶν 591.

176

784 Δεῖ ... μαθόντα Plut. *Mor.* 440 a.786 "Οτι ... ἀρετή Plut. *Mor.* 439 a (786 Εἰ
 διδακτόν).787 *Horatianum illud* Hor. *Ars* 379-382.792 *Quin ... adagium* Suringar 162, p. 296
 sqq. "Die het spel niet verstaat, moet het
 niet spelen" (aus Harrebomée I, p. 371).

177

795 'Ἐκ ... λαμβάνειν Nach Plut. *Mor.* 1090 f
 (cf. n.l. 801) = Adesp. fr. 466 Kock (III,
 p. 496): 'Ἐκ τοῦ βοῦς γὰρ τοὺς ἱμάντας
 λαμβάνει, angeführt von Marx (vol II, p.
 124) bei Lucil. fr. 326 (= Krenkel fr. 334).801 Plut. *Mor.* 1090 e f.

178

808 'Ἐξ ... ὄρα Suid. ἐξ ἑνός 1630 (ὄρα). Cf.
 Apost. 7, 49. (Suid. und Apost. ähneln sich
 sehr).*Vergilius* Verg. *Aen.* II, 65-66.810 a *Suida* Cf. Suid. loc. cit.811 *in eos ... omnia* Suid. loc. cit.811-812 *Legit ... ὄρα* In der Aldina aus dem
 Jahre 1514 und der Mailander Edition von
 Chalcondyles (1499): ὄρα (ohne iota-sub-
 scriptum).

[A]

EX ASPECTV NASCITVR AMOR

179

815 Ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γὰρ γίνεταί ἀνθρώποις ἐρᾶν, id est
Amor ex videndo nascitur mortalibus.

Senarius prouerbialis admonens oculos amorem potissimum conciliare. Non enim amatur incognitum, ex conuictu nascitur amor mutuus. Et oculi praecipue sunt ad amandum illices. In his enim peculiaris animi sedes. Et in
 820 his aiunt poetae cupidinem excubantem sua iacula mittere. Maro velut indicauit adagium cum ait:

Vt vidi, vt perii, vt me malus abstulit error.

Rursum in Georgicis: *Vritque videndo | foemina.* Item apud Terentium Chaerea visa duntaxat virgine, quam impotenter coepit ardere. Iuuenalis prodigii loco
 825 refert de caeco amante:

Qui nunquam visae flagrabat amore puellae.

Legimus philosophos quosdam, et inter hos Democritum, sibimet oculos
 LB 101 ademisse tanquam omnium malarum cupiditatum autores. Quapropter pio-
 830 rum | hominum est meminisse haudquaquam esse tutum videre, quod non licet concupiscere. Prouerbii meminit Diogenianus.

[A]

E SVBLIMI ME DERIDES

180

Ἄφ' ὑψηλοῦ μου καταγελάς, id est *E sublimi me derides.* De eo, qui cum fastu ridet quempiam ac despectim. Translatum ab iis, qui ex aedito loco verba faciunt. Vnde et despiciere dictum a Latinis pro contemnere, quod quisquis in
 835 eminenti loco est, is veluti tutior negligit eum, qui stat in humiliore loco.

[A]

EXTRA LVTVM PEDES HABES

181

Ἐκ τοῦ πηλοῦ πόδας ἔχεις, id est *Extra lutum pedes habes*, hoc est emersisti e periculo aut extra periculum constitutus es. A viatoribus sumptum. Simile illi: Ἐξω βέλους, [B] id est *Extra iaculum.* [A] Et in luto dicuntur haesitare, qui
 840 molestis inuoluuntur negociis, vnde se nequeant explicare.

[A]

EX VMBRA IN SOLEM

182

Ex umbra in solem educere est rem prius abditam et ociosam in publicum et in communem vitae vsum deducere. Translatum ab athleticis, quibus mos solis et pulueris patientia confirmare corporis robur. Delicatorum autem est in umbra
 845 latitare. Venustius fiet, si ad animi rem torqueatur, veluti si quis dicat philosophiam a Socrate ex umbra in solem esse productam. Exempla passim apud scriptores obuia.

[A]

EXCVBIAS AGERE IN NAVPACTO

183

- Φρουρήσαι ἐν Ναυπάκτῳ, id est *Excubare Naupacti*. Achiui capta Naupacto
 850 Pausaniam excubiis custodiaeque praefectum interfecerunt autore Theo-
 pompo. Vnde res in iocum vulgi videtur abiisse aduersus eos, qui pereunt
 ignauia sua aut qui munus odiosum ac plenum discriminis administrant.
 Refertur a Zenodoto. [C] Suidas effert ad hunc modum: Φρουρήσεις ἐν
 855 Ναυπάκτῳ, id est *Excubabis Naupacti*. Is adfert et aliam adagionis originem.
 Quum iis, qui Naupactum praesidio tuebantur, perpusillum salarii dependere-
 tur atque illi plurima quae ad rem pertinebant, emerent, militari ioco iactatum
 est, vt apparet, in eos, qui frustra sudarent quosque sua spes frustraretur. [A]
 Naupactus autem Aetoliae ciuitas, quam tum Philippus obtinebat, [F] a
 compingendis nauibus dicta, quod illic Heraclidae primum nauim extruxerint.

818 nascitur G-I: oritur A-F.

823 Chaerea D-I: Cherea A-C.

833 ridet C-I: ridet A B.

837 hoc est B-I: i. A, id est s.

843 deducere H I: educere A-G.

849 Naupacti C-I: Cum C-E; tuebantur χ G-

855 Quum F-I: Cum C-E; tuebantur χ G-
I: tuentur C-F.

179

815 Diogen. 4, 49: 'Ἐκ τοῦ γὰρ ἐσορᾶν γίνετ'
 ἀνθρώποις ἐρᾶν (cf. app. crit. Leutsch),
 ähnlich Apost. 6, 89: 'Ἐκ τοῦ εἰσορᾶν γίνε-
 ται ἀνθρώποις ἐρᾶν.

820 Maro Verg. *Ecl.* 8, 41.823 *Rursum* Verg. *Georg.* III, 215-216.
apud Terentium Ter. *Eun.* 292 sq.

824 Iuv. 4, 114.

827-828 *Legimus ... autores* Nach Gell. X, 17.
Cf. Diels, Demokritos 68 A 23.830 *Diogenianus* Cf. n.l. 815.

180

832 'Ἀφ' ... καταγελάς Bei den Paroemiogra-
 phen: Diogen. 3, 24. Apost. 4, 62. Suid.
 ἀφ' ὑψηλοῦ 4666.

181 Otto 993.

837 'Ἐκ ... ἔχεις Bei den Paroemiographen:
 Zenob. 3, 62 = Ald. col. 78 (837 ἐκτός
 πηλοῦ). Apost. 6, 95 a (Walz, p. 225, cf. n.
 12). Cf. Suid. ἐκτός πηλοῦ 675.

839 'Ἐξω βέλους Cf. *Adag.* 293. Zenob. locc.
 citt. erwähnt diese Redensart im Zusam-
 menhang mit unserem Adagium.

182

842 *Ex umbra ... educere* Vielleicht nach Cic.
Leg. III, 14: "Ex vmbraculis eruditorum
 loque non modo in solem atque in
 puluerem, sed in ipsum discrimen aciem-

que produxit." Cf. *Brut.* 37: "Processerat
 enim in solem et puluerem ... vt e
 Theophrasti doctissimi hominis vmbracu-
 lis."

843-844 *Translatum ... robur* Cf. Cic. *Leg.* III,
14.

183

849 Φρουρήσαι ἐν Ναυπάκτῳ Zenob. 6, 33 =
 Ald. col. 167 (Gaisford setzte in seiner
 Edition τοὺς φρουροὺς hinzu: τοὺς φρουροὺς
 ἀπέσφαξαν: om. Zenob. Ald.).

849-851 *Achiui ... Theopompo* Nach Zenob.
loc. cit.850-851 *autore Theopompo* Cf. *FGrHist* 115 F
235 (= Suid. φρουρήσεις 742 und Zenob.
6, 33).853 *Zenodoto* Cf. n.l. 849.

Suidas Suid. φρουρήσεις 742. Cf. Apost. 17,
 98: Φρουρήσεις ἐν Ναυπάκτῳ.

854 *aliam ... originem* Cf. Suid. loc. cit.858 *Naupactus ... ciuitas* Cf. Suid. Ναύπακτος
66 und Steph. Byz. Ναύπακτος, Meineke,
p. 470.

Philippus Philippus wird von Zenob. Suid.
 (φρουρήσεις 742) und Apost. erwähnt.

858-859 *a compingendis ... extruxerint* Suid.
 Ναύπακτος 66: 'Από τῆς ἐκεῖ ναυπηγίας τῶν
 'Ηρακλειδῶν. Steph. Byz. loc. cit.

860 [A]

DEVOTIONIS TEMPLVM

184

'Αρᾶς ἱερὸν, id est *Execrationis templum*. In eos dicebatur, qui crebris execrationibus vti consueuerunt. Qui mos nunc vulgo plerisque plurimum improbandus, vt nihil dicant, nisi diras admisceant deuotiones et imprecamina vel ipso horrenda auditu. Erant autem antiquitus etiam publicae quaedam detestationes, velut apud Athenienses in eum, qui viam non monstrasset erranti; in quarum locum Christianis successit ea, quam vocant excommunicationem. Item deuotiones hostium, quarum meminit Macrobius et Horatius in Odis:

*Diris agam vos, dira deprecatio
Nulla expiatur victima.*

870

[F] Hesychius indicat templum execrationis fuisse Athenis, cuius meminerit Aristophanes in Horis; dici porro de graui calamitate. Alibi, ni fallor, nobis dictum est de execrationibus tragicis, quas Diogenes philosophus iocabatur sibi occurrisset, quod viueret ἀνέστιος, ἄπολις, ἄπατρις, ἀχρήματος, ἄστατος καὶ ἐφημερόβιος, [G] id est *carens domo, ciuitate, patria, pecunia, nullam habens certam sedem et in diem viuens*. [A] Prouerbiū refertur a Diogeniano.

875

[A]

EXPERTES INVIDENTIAE MV SARVM FORES

185

LB 102

880

'Αφθονοὶ Μουσῶν θύραι, id est *Candidae Musarum ianuae*. De his dictitatum, qui literaturam suam candide libenterque impertiunt aliis et ad docendum prompti propensique sunt. Neque male congruet etiam in dociles | iuxta id, quod alibi commemorauimus, Ἀνεωγμένα Μουσῶν θύραι, id est *Apertae Musarum ianuae*.

[A]

EVRV BATIZARE

186

885

890

890

895

Εὐρυβατεύεσθαι, id est *Eurybatizare*, est improbis vti moribus. Eurybatus, ex Cercopibus vnus, fuit insignitae improbitatis homo. Huius meminit Lucianus in Pseudomante: Ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον ἢ Φρυώνδαν ἢ Ἀριστόδημον ἢ Σώστρατον, id est *Vltra Cercopas, ultra Eurybatum aut Phryndonam aut Aristodemum aut Sostratum*. Neque vero vnus duntaxat huius nominis fuit, infamis versutia morumque improbitate; nam et Ephesius quidam Eurybatus fuit, qui cum a Croeso cum multa pecuniarum vi missus esset, vt exercitum contraheret, ad Cyrum defecit, vt autor est Ephorus. Alii malunt ad Eurybatum referre, qui fuisse perhibetur alter e Cercopibus, vt dixi. Duris ad Eurybatum refert Vlyssis socium. Nicander prodidit Eurybatum quendam Aeginensem fuisse longe versutissimum scelestissimumque. Neque vero desunt, qui dicant hoc nomine furem fuisse quempiam astutia singulari. Is cum deprehensus captusque seruaretur, custodes in conuiuio animi causa iusserunt, vt ostenderet, quibusnam modis consueuerit domos conscendere. Cumque illum initio renuentem scilicet, tanquam inuitus facturus esset, rogarent instantius ac vix tandem persuasissent, ille aptatis spongiis ac stimulis fer-

reisque retinaculis, quas ἐγκεντρίδας Graeci vocant, parietem coepit conscendere. Porro suspectantibus illis et artificii nouitatem admirantibus Eurybatus
 900 prehensio laqueari per tegulas aufugit, priusquam illi domum circumire potuerint. Atque hunc ad modum delusis custodibus periculum euasit. Meminit huius et Eustathius in primum Iliados admonens eam vocem ambigue pronounciari Εὐρύβατον καὶ Εὐρυβάτην, dictam autem παρὰ τὸ εὐρὸ
 905 βάζειν, quod *late grassaretur*. Itaque peculiariter conueniet in eum, qui deprehensus arte quapiam elabitur.

867 deuotiones A-G: deuotionis H I.

868 vos χ G-I: te A-F.

874-875 id est ... viuens G-I, addit χ.

877 De his A C-I: De is B.

888 Croeso B-I: Creso A, corr. s.

890 Eurybatum B-I: Euribatum A, corr. s; e E-I: ex A-D.

903 dictam A-H: dictum I.

903-904 εὐρὸ βάζειν *scriptissimus cum Eustathio: εὐρυβάζειν A-I.*

184

861 Ἄραξ ἱερὸν Diogen. 2, 92 = Apost. 3, 99 (Apost. om. ἦ nach ἀρωμένων).

861-862 *In eos ... consueuerunt* Nach Diogen. loc. cit.

867 Macrobian. *Sat.* III, 9, 7-15. Siehe auch V, 12, 5-6.

Horatius Hor. *Epod.* 5, 89-90 (868 detestatio) von Er. auch in Adagium 661 (LB II, 285 E) angeführt. Cf. n.l. 871.

870-871 *Hesychius ... calamitate* Nach Hesych. ἀραξ ἱερὸν 6978, Latte (p. 236).

871 *Aristophanes* Es handelt sich um Aristoph. *Horae* fr. 575 Kock (I, p. 538) = fr. 585 PCG (III, 2, p. 301).

Alibi Cf. *Adag.* 661 (Oedipi imprecatio), LB II, 285 A.

872-874 *Diogenes ... ἐφημερόβιος* Er. paraphrasiert die Verse, die der Philosoph Diogenes nach Diog. Laert. VI, 38 anführte, sehr frei. Es betrifft Adesp. fr. 284 N. = Diog. Sinop. 88, fr. 4 (*TrGF* vol. I, p. 257): Ἀπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος / πτωχός, πλανήτης, βίον ἔχων τοῦφ' ἡμέραν (ἐφημερον). Er. scheint in unserem Adagium übrigens nur in der griechischen Übersetzung zu sagen, was er in *Adag.* 661 (285 C) auf lateinisch behauptet: "Esse enim sine domo (ἀνέστιος), sine ciuitate (ἀπολις), priuatum patria (ἄπατρις), pauperem (ἀχρήματος), palantem (ἄστατος), vitam in diem agentem (ἐφημερόβιος)."

874-875 *id est ... viuens* Inhaltlich nicht zu unterscheiden von dem zitierten Passus aus *Adag.* 661 (cf. n.l. 872-874).

875 *Diogeniano* Cf. n.l. 861.

185

877 Ἀφθονοὶ ... θύραι Diogen. 3, 23 =

Apost. 4, 54.

879 *alibi Adag.* 1641 (Apertae Musarum ianuae), *ASD* II, 4, p. 114.

880 Ἀνεωγγμένοι Μουσῶν θύραι Zenob. 1, 89. Zenob. Ald. col. 33 aus Suid. ἀνεωγγμένοι 2283 (cf. Heinimann-Kienzle, p. 115, n.l. 612).

186

882 Εὐρυβατεύεσθαι Diogen. 4, 76. Suid. εὐρυβατεύεσθαι 3715.

882-883 *ex Cercopibus* Siehe Adagium 1635 (Cercopium coetus), *ASD* II, 4, p. 110 und den Kommentar ad loc.

883 Lucian. *Alex.* 4.

884 Φρυώνωνδαν Zu Phrynondas: *Adag.* 2622 (Phrynondas alter), *ASD* II, 6, p. 437.

885-886 *Vltra ... Sostratum* Cf. *ASD* I, 1, p. 451, l. 15: "Vel superior Cercopibus, Eurybato, Phrynonda, Aristodemo, Sostrato."

887-901 *nam ... euasit* Er. paraphrasiert entweder die Erklärungen zu dem Stichwort Εὐρύβατος 3718 des Suidas oder Apost. 8, 12. Apost. hat Suid. loc. cit. nahezu wörtlich übernommen.

889 *Ephorus* Cf. *FGrHist* 70 F 58 c (= Suid. loc. cit.).

890 *Duris* Cf. *FGrHist* 76 F 20 (= Suid. loc. cit.).

891 *Nicander* Nicandr. fr. 112 O. Schneider = fr. 112 Gow, Scholfield (*Nicander, The Poems and Poetical Fragments, edited with a Translation and Notes*, by A.S.F. Gow and A.F. Scholfield, Cambridge, 1953, p. 166).

902 *Eustathius* Cf. Eust. p. 110, 10 zu *Il.* I, 321.

903-904 *dictam ... grassaretur* Nach Eust. p. 110, 4 zu *Il.* I, 320.

[A]

FACIUNT ET SPHACELI IMMUNITATEM

187

Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν, id est *Faciunt et sphaceli immunitatem*. Athenis celebratum prouerbium de his, qui quouis praetextu quod volunt assequuntur. Natum aiunt ab euentu huiusmodi. Pisistratus tyrannus decimas exigebat
 910 ab Atheniensibus eorum, quae in agris prouenissent. Itaque cum aliquando obambularet videretque senem quendam in saxis quibusdam, hoc est loco petricoso, laborantem, rogabat quosnam fructus inde colligeret. At is respondens ‘Dolores’, inquit, ‘et sphacelos atque horum decimas exigit Pisistratus’. Porro tyrannus admiratus hominis libertatem decimas Atheniensibus remisit.
 915 Ea res in vulgi sermonem abiit etiam sphacelos immunitatem parere. Sphacelus autem morbi genus est, quod ex immodica defatigatione solet accidere. Quidam putant esse tormina articulorum, quidam ossium tabem. [B] Theophrastus libro De causis plantarum quinto demonstrat et plantarum radicibus vitium accidere, quod ab hominum morbo σφακελισμός appelletur. Adagium
 920 recensetur a Suida. [F] Hesychius indicat quemlibet dolorem grauem sphacelum dici.

[A]

ET MEVM TELVM CVSPIDEM HABET ACVMINATAM

188

Ipsissimam prouerbii speciem habet, quod scriptum est apud Homerum Iliadis Υ sub Hectoris persona:

925 Ἐπει ἦ καὶ ἐμὸν βέλος ὄξυ πάροιθεν, id est
Telum quando meum quoque cuspide acuta est.

Recte vtemur, quoties fatebimur nos inferiores quidem esse, verum non deesse tamen, quo queamus nocere. Cui simile Vergilianum illud: *Et nostro sequitur de vulnere sanguis*. Item illud apud Ouidium:

930 *Et mihi sunt vires, et mea tela nocent.*

[A]

IGNAUI VERTITVR COLOR

189

Τοῦ κακοῦ τρέπεται χρῶς, id est *Ignauī vertitur color*. Plutarchus in Causis naturalibus, problemate Quam ob rem polypus colorem mutet, hoc tanquam
 LB 103 pro|uerbio iactatum adducit: Διὸ καὶ λέλεκται τοῦ μὲν κακοῦ τρέπεται χρῶς, id
 935 est *Ignauī vertitur color*. Nam id accidit in metu, vt vultus exalbescat, maxime timidus, videlicet sanguine ad vitalia refugiente. [C] Plusculum accedit veneris, si ad animum transferatur, veluti si dicas philosophum nihil omnino formidare eorum, quae vulgus horret: Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρῶς, [H] id est
 940 *Vertitur ignauī sane color*. [C] Porro prouerbium natum est ex Homericæ Iliados N. Carmen sic habet:

Τοῦ μὲν γάρ τε κακοῦ τρέπεται χρῶς ἄλλυδις ἄλλη,
 Οὐδέ οἱ ἀτρέμας ἦσθαι ἐρητύετ' ἐν φρεσὶ θυμός,

945 Ἄλλὰ μετοκλάζει καὶ ἐπ' ἀμφοτέρους πόδας ἴζει,
 Ἐν δέ τε οἱ κραδίη μεγάλη στέρνοισι πατάσσει
 Κῆρας οἰομένω, πάταγος δέ τε γίγνεται ὀδόντων·
 Τοῦ δ' ἀγαθοῦ οὔτ' ἄρ' τρέπεται χρώς οὔτε τι λίην
 Ταρβεῖ, id est
*Vertitur ignavi color euariatque subinde,
 Nec mens certa manet, verum hic illucque vacillat,
 950 Ac migrans e corde pedes in utrosque residit.
 Palpitat et valide cor ei praecordia subter
 Fata putanti animo, occipiunt quoque stridere dentes;
 Contra forti nec variat color at neque valde
 Horrescit.*

955 [A] AD CONSILIVM NE ACCESSERIS ANTE QVAM VOCERIS 190

Μὴ πρότερον εἰς βουλὴν παρέλθῃς, πρὶν ἂν κληθεῖς, id est *Ad consilium ne accesseris prius quam voceris.* Haec sententia, quae nunc nomine Catonis celebra-

916 est E-I: om. A-D.

918 et B F-I: ex C-E.

924 Iliadis Υ G-I: Iliados Υ A-C, Iliados I
 D, Iliadis I E, Iliadis ι F, F addit in margine
 Υ.

926 est B-I: om. A.

927-928 non deesse B-I: esse A.

932-933 Causis naturalibus B-I: Symposiaco

187 Bühler IV, pp. 67-73.

907 Καὶ ... ἀτέλειαν Suid. καὶ σφάκελοι 1206.
 Suid. σφακελισμός 1711 (zweiter Teil dieses
 Stichworts). Zenob. 4, 76. Ald. col. 101.
 Die genannten Stellen geben alle die von
 Er. ll. 909-914 paraphrasierte Geschichte
 wieder; sie ähneln sich sehr. Nach Er. l.
 920 war Suid. seine Quelle (Zusatz B).

912-913 *At is ... Pisistratus* Zu dieser Ant-
 wort des Bauern: Bühler IV, p. 69 ("De
 interpretando responso agricolae magna
 inter viros eruditos quaestio orta est" etc.).

915-916 *Sphacelus* Zu diesem Begriff: Bühler
 IV, p. 71 ("Restat vt vim vocis σφάκελος
 excutiam" etc.).

Sphacelus ... accidere Es ist uns nicht
 bekannt aus welchen Quellen diese Kennt-
 nis des Er. stammt.

917 *Quidam ... tabem* Cf. Suid. σφακελισμός
 1711: Σφάκελον δ' ἐνοιι τὴν σῆψιν λέγουσι
 τῶν ὀστέων, sic Apost. 15, 84. Man ver-
 gleiche Plat. Schol. zu *Tim.* 84 b: "Ἐνοιι δὲ
 τὴν τῶν ὀστέων σῆψιν (Greene, p. 289).

917-918 Thphr. *Caus. plant.* V, 9, 1.

920 a *Suida* Cf. n.l. 907.

A.

938 μὲν H I: om. C-G; τε *scripsimus*, cf. l. 941:
 γε H I, om. C-G.

945 δέ τε γίγνεται D-I: δ' ἔτ' ἐγίγνεται C.

946 οὔτε τι D-I: οὐδέτι C.

951 Palpitat D-I: Palpiter C.

953 at F-I: ac C-E.

Hesychius Hesych. σφακελισμός 39 (Schmidt,
 p. 112): Σφακελισμός γὰρ καὶ σφάκελος ἢ
 ἄμετρος ὀδύνη.

188 Cf. Otto 1751, p. 342 Anm.

923 Hom. *Il.* XX, 437.

925-926 Ein unvollständiger Hexameter Ho-
 mers wird von Er. als ein unvollständiger,
 lateinischer Hexameter übersetzt.

928 *Vergilianum illud* Verg. *Aen.* XII, 51.

929 Ov. *Her.* 16 (15), 354.

189 Cf. *Adag.* 93. Auch in diesem Ada-
 gium spricht Er. von dem Farbwechsel des
 Polypus (l. 293 sqq.).

932 Τοῦ ... χρώς Nach Hom. *Il.* XIII, 279
 von Plut. *Mor.* 916 b (cf. ll. 932-933 *Plu-
 tarchus in Causis naturalibus*) angeführt.

938 Τοῦ ... χρώς Hom. *Il.* XIII, 279.

939 Hom. *Il.* XIII, 279-285.

190 Otto 5.

956 Die griechische Fassung dieses Sprich-
 worts ist vermutlich von Er. selbst verfer-
 tigt worden.

957 *nomine Catonis* Zu diesem lückenhaft
 überlieferten Sprichwort: M. Boas, *Dis-
 ticha Catonis*, Amsterdam, 1952, pp. 13-14.

tur, prouerbialis fuisse videtur vel Plutarcho teste, cuius haec verba sunt libro Συμποσιακῶν primo: "Ατοπος μὲν οὖν, ἔφη, καὶ παροιμιώδης Μενέλαος, εἴ γε σύμβουλος ἐγένετο μὴ παρακεκλημένος, id est *Ridiculus igitur, inquit, et prouerbio obnoxius Menelaus, siquidem consultor factus est non accersitus*. Nisi quis mauult haec ad illam referre paroemiam:

"Ακλητοι δειλοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαΐτας ἰόνται.

Quod alias referemus.

965 [A] IVCVNDISSIMA NAVIGATIO IUXTA TERRAM, AMBVLATIO IUXTA MARE 191

Plutarchus primo Symposiacōn libro veluti vulgo iactatum citat: Πλοῦς μὲν ὁ παρὰ γῆν, περίπατος δὲ ὁ παρὰ θάλατταν ἡδιστος, id est *Nauigatio iuxta terram, rursum ambulatio, quae fit iuxta mare, iucundissima est*. Recte torquebitur ad eam sententiam, vt dicamus ita demum esse iucundissimum vnumquodque, si diuersi generis admixtu temperatum adhibeatur, veluti si in lusibus nonnihl eruditionis aspergas, rursum in studiis aliquid ludicrum admisceas. Simillimum est huic, quod ex Philoxeno poeta citat idem in commentario, quem inscripsit Quomodo sint audiendi poetae: Τῶν κρεῶν τὰ μὴ κρέα ἡδιστά ἐστι καὶ τῶν ἰχθύων οἱ μὴ ἰχθύες, id est *Ex carnibus, quae carnes non sunt suauissimae, item ex piscibus, qui non sunt pisces*. Itidem philosophia admixta poematis magis delectat et poesis admixta philosophiae magis capit animum.

[A] CVPIDINVM CRVMENA PORRI FOLIO VINCTA EST 192

Πράσου φύλλω τὸ τῶν ἐρώτων δέδεται βαλάντιον, id est *Porri folio amorum vincata est crumena*. Refertur eodem in loco quem modo citauimus, sed praestat ipsius verba subscribere: "Ο δ' ἄν τις μάλιστα θαυμάσειεν, φειδωλὸς ἀνὴρ καὶ μικρολόγος ἐμπεσῶν εἰς ἔρωτα καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρος ἀνεθεις καὶ μαλαχθεὶς ἀπαλὸς καὶ ὑγρὸς καὶ ἡδίων, ὥστε τουτί τὸ παιζόμενον μὴ πάνυ φαίνεσθαι γελοῖον ὅτι πράσου φύλλω τὸ τῶν ἐρώτων δέδεται βαλάντιον. Ἐλέχθη δὲ καὶ ὅτι τῷ μεθύειν τὸ ἐρᾶν ὁμοίον ἐστι· ποῖει γὰρ θερμούς καὶ ἰλαρούς καὶ διακεχυμένους, id est *Quodque vel maxime miretur aliquis, vir parcus et sordidus simul ac in amorem inciderit, non aliter quam igni impositum ferrum fit mollior ac tener, len\tus ac suauior, vt non vsquequaque deridiculum videatur illud, quod ioco populari dicitur: cupidinum crumenas porri folio vinctas esse. Dictum est autem ob eam causam, quod amor adsimilis sit ebrietati. Reddit enim calidos et hilares et effusos*. Plutarchus itaque sentire videtur prouerbum alludere ad porri naturam, cuius vis est calefacere, ciere vrinam, iritare venerem, mouere menses et aluum inflare, quemadmodum docet Dioscorides libro ii. Suidas ostendit hoc adagium dictum de iis, qui per amorem immoderatos faciunt sumptus luxuque indulgent, quemadmodum solent in comoediis amantes. [B] Plutarchus in libello, quem inscripsit Ἐρωτικόν, hoc quoque inter caeteras cupidinis siue amoris laudes commemorat,

quod e sordido splendidum, e parco liberalem, e tristi ciuilem, e timido audacem reddit hominem. [A] Proinde cupidinis loculi porri folio vincti dicuntur, quod facile soluantur vel quod admodum fragile sit porri folium vel quod huius genuina vis soluere corpus ac mouere.

1000 [A]

QVEM FORTVNA PINXERIT

193

Ὅν ἡ τύχη μέλανα γράφει, τοῦτον οὐ πᾶς χρόνος δύναται λευκᾶναι, id est *Quem*

977 *Post adagium 191 in A hoc est adagium, cuius vicem in C-I adagium 3415 obtinet; in B hoc adagium abest.* Musicam docet amor, etiam siquis fuerit ante indoctus. Plutarchus in eodem libro refert et hoc adagium expressum trochaico versu: Μουσικὴν δ' ἔρωσ διδάσκει κἂν ἄμουσος ἢ τὸ πρῶν, Musicam docet amor etsi fuerit indoctus prius. Sensus est amorem ad industriam excitare [excitate A] animum artiumque et omnis elegantiae magistrum optimum esse. Vnde et Plato deum hunc πικνὸς ἐπιχειρητὴν appellat, quod nihil non experiat. Si qui-

dem e taciturno loquaculum reddit, e verendo assentatorem, ex negligente diligentem. *Pro adagio 192 B-D adagium 193 habent; vicem adagii 193 in B-D adagium 192 obtinet, sed in A adagium 3245.*

978 βαλάντιον A D-I: βαδάντιον B C.

980 δ' ἄν A-F: δὲ ἄν G-I.

990 calefacere B-I: calfacere A, corr. s.

1000 *vide ad l. 977.*

1 ἢ A: om. B-I; γράφει A: γράφει B-I.

1-3 *Quem ... cedet B-I: Quem fortuna pinxerit atrum hunc ne omne quidem aeuum candidum poterit reddere. Cui for-*

Dieses Proverb ist von Er. in seiner Löwener Edition (Sept. 1515, NK 2603) der *Disticha Catonis* in dem *Libellus elegantissimus qui vulgo Cato inscribitur complectens sanctissimae vitae communis praecepta* aufgelistet. (Das Büchlein enthält einige Sprichwörter-sammlungen, unter denen dieser libellus).

958 Plut. *Mor.* 616 c.959 Μενέλαος Cf. Hom. *Il.* II, 408: Αὐτόμα-τος δὲ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος.962 *paroemiam* Cf. Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 39.

963 Nach Zenob. 2, 46: Ἀκλεῖτι κωμάζουσιν ἐς φίλων φίλοι, παροιμία ὁμοία τῆ: Αὐτόμα-τοι δ' ἀγαθοὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαΐτας ἴασιν. Siehe auch Suid. ἀκλεῖτι 898. Diogen. 1, 60. Apost. 1, 92. In *Adag.* 935, LB II, 378 A (cf. n.l. 964) findet sich die Fassung: "Αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαΐτας ἴασιν id est Vltro adeunt hominis timidi coniuia fortes" (= Zenob. 2, 19, sic Schol. Plat. *Symp.* 174 b, Greene, p. 56). Cf. Eupolis fr. 289 Kock (I, p. 337) = fr. 315 PCG. Die an unserer Stelle gegebene Fassung dieses Sprichworts haben wir nicht nachgewiesen.

964 *alias Adag.* 935 (Bonī ad bonorum coniuia vltro accedunt), LB II, 377 E, cf. n.l. 963.

191

966 Plut. *Mor.* 621 d (967 δ' ὁ).

vulgo iactatum Plut. loc. cit.: Ἀκούων οὖν πολλῶν λεγόντων.

969-971 *si diuersi ... admisceas* Vielleicht eine Anspielung auf Hor. *Ars* 343-344: "Omne tulit punctum qui miscuit vile dulci / lectorem delectando pariterque monendo."

972 *idem* Plut. *Mor.* 14 c.

975-976 *Itidem ... animum* Dies ist zum Teil das Thema der Darlegung Plutarchs *Quomodo sint audiendi poetae*, aus der Er. gerade zitiert hat.

192

978 Πράσσου ... βαλάντιον Plut. *Mor.* 622 d, von Suid. πράσσου 2228 angeführt, cf. n.l. 992.

979 *Refertur ... loco* Plut. *Mor.* 622 d (980 τε καὶ; 983 ἐρώντων Turnebus: ἐρώτων codd.; 984 ἐστίν).

modo Cf. *Adag.* 191, l. 966.

990-992 *cuius ... libro ii.* Nach Diosc. II, 149: Φυσῶδες (aluum inflare), κακὸς χυμὸν, δυσ-ὄνειρον, οὐρητικόν (ciere vrinam), καταμη-νίων ἀγωγόν (mouere menses), ἀφροδισιά τε παρορμᾶ (iritare venerem).

992 Suid. πράσσου 2228.

993-994 *quemadmodum ... amantes* Nicht von Suid., sondern von Er. gesagt.

994 Plut. *Mor.* 762 b c.

193

1 Apost. 12, 76 (1 τοῦτον ὁ πᾶς χρόνος οὐ δύναται).

fortuna nigrum scripserit, hunc non vniuersum aeuum candidum reddere potest, hoc est cui fortuna refragatur, huic quicquid tentauerit, infeliciter cedit. [B] Allusum est ad nigros et albos calculos suffragiorum. Recensetur in collectaneis
 5 *Apostolii.*

[A]

QVI MORI NOLIT ANTE TEMPVS

194

Athenaeus in Sermonibus conuiuialibus de Sybaritis huiusmodi refert prouer-
 bium: 'Ο βουλόμενος ἐν Συβάρει μὴ πρὸ μοίρας ἀποθανεῖν οὔτε δυόμενον οὔτε
 10 *ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ὄραν δεῖ, hoc est Qui non velit apud Sybaritas ante diem fatalem*
mori, eum haud oportet solem conspiciere nec occidentem nec orientem. Hoc ideo vulgo
iactatum scribit, quod Sybaritarum ciuitas in humili loco ac velut in conualle
sita fuerit, vt aestatis tempore mane pariter ac vesperi frigus immensum
sentirent, meridie intolerandum ardorem. [E] Cicero libro De finibus bono-
 15 *rum secundo docet idem dictum in quosdam Asotos, cui genti nomen*
inditum est a luxu vitae. Nam sub solis occasum erant ebrii, mane stertebant.
Columella in prooemio Rerum rusticarum vsurpat in ganeones, qui noctes
libidinibus et ebrietate, dies somno vel ludo consumunt. Mox deinde, inquit, vt
apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus et exusto sudore
 20 *sitim quaerimus noctesque libidinibus et ebrietatibus, dies ludo vel somno consumimus.*
Ac nos dicimus fortunatos, quod nec orientem solem videmus nec occidentem.

[A]

BARBAE TENVS SAPIENTES

195

'Εκ πώγωνος σοφοί, καὶ ἀπὸ πώγωνος σοφισταί, καὶ ἀπὸ πώγωνος φιλόσοφοι, id
 est *Barbae tenuis sapientes et sophistae et philosophi.* Sic appellabantur qui praeter
 25 *barbam et pallium nihil haberent philosophi.* Vsurpatur aliquoties apud
 Plutarchum in Symposiacis. Huc allusit Horatius, cum ait: *Iussit sapientem*
pascere barbam. Lucianus item subinde iocatur in philosophorum τὸν βαθὺν
 πώγωνα, [B] id est *profundam barbam.* [A] In Eunucho Bagoas ait: 'Si
 philosophum oporteat ex barba metiri, hircos primam laudem ablaturus'.
 Similiter Martialis:

30 *Propendet mento nec tibi barba minor.*

Recte torquebitur in hos, qui vniuersam vitae sanctimoniam non in animo
 neque in moribus, sed in cultu constituunt.

[A] INTER LAPIDES PVGNABANT NEC LAPIDEM TOLLERE POTERANT 196

LB 105 Plutarchus quartae decadis Symposiacae primo pro|blemate: 'Ἰδὼν δὲ τὸ
 35 *παιδίον ἅμα τῷ Φίλωνι τὸν νέον ἄρτω χρώμενον ἄλλου δὲ μηδενὸς δεόμενον, ὧ*
'Ἡράκλεις', ἔφη, 'τοῦτο ἄρα ἦν τὸ λεγόμενον· ἐν δὲ λίθοις ἐμάχοντο, λίθον δ' οὐκ
ἦν ἀνελέσθαι', id est Vbi vero videret ministrum puerum vna cum Philone vtentem

pane neque praeterea quicquam requirentem: 'Papae', inquit, 'hoc nimirum erat illud,
quod vulgo dici solet: [E] Pugna erat in saxis neque saxum tollere quibant'. Apparet
dictum in eos, qui praesenti commodo non fruuntur vel ob ignauiam vel ob
peruersam de rebus opinionem, vt qui vel saxum grauentur ex aceruo tollere,
quo repellant aduersarium. Refertur idem carmen apud Athenaeum libro
decimo et aliud subiicit veluti consimilis sententiae:

Δίψη δ' ἐξώλλυντο, ὕδωρ δ' ὑπερεῖχε γενείου, id est
Deperiere siti superante ad labra liquore.

tuna refragatur, is quicquid tentauerit infelicer cesserit A.

6 *Adagium* 194 in *A vicem adagii* 193 obtinet; *adagium* 195 in *A* 194 etc.

10 oportet C-I: oportere A B.

17 somno F-I: sumno E.

18 exusto G-I: exacto E F, exacto eradit χ.

19 somno F-I: sumno E.

20 nec alt. E G-I: nnc F, corr. χ.

33 nec lapidem tollere E-I: et lapidem capere non A-D.

35 ὡ scripsimus cum BAS: ὡς A-I.

38 Papae D-I: Pape A B, Papè C.

3-4 *Allusum* ... *suffragiorum* Cf. *Adag.* 453, ll. 199-200: "Quod antiquitus missis in vram calculus, ita ferebantur a iudicibus vt albis absoluerent, nigris damnarent."

4-5 *Recensetur* ... *Apostolii* Erst in diesem Zusatz B erwähnt Er. seine Quelle.

194

7 Athen. XII, 520 a (8 τὸν βουλούμενον).

10-13 *Hoc* ... *ardorem* Nach Athen. XII, 519 f.

13 Cic. *Fin.* II, 23.

14 *idem dictum* Cf. Cic. loc. cit.: "Qui solem, vt aiunt, nec occidentem vmquam viderint nec orientem."

14-15 *in quosdam* ... *vitae* Er. irrt sich: asotus stammt aus dem Griechischen (ἄσωτος eig. heillos, verderbt) und bezeichnet kein Volk, sondern bedeutet 'Schlemmer', 'Schwelger'. Cf. *ASD* I, 6, p. 109, n.l. 961.

16 Colum. I praef. 16 (18 lactucis: *laconicis* v.l.; 20 nosmet ipsos ducimus; vidimus: *videmus* v.l.).

20 *quod* ... *occidentem* Cf. Sen. *Epist.* 122, 2: "Qui, vt M. Cato ait, nec orientem vmquam solem viderunt nec occidentem."

195 Otto 239, p. 53 Anm. Cf. *Adag.* 1795 (*Tragica simia*), *ASD* II, 4, p. 210, ll. 303-304: "Conuenit et in eos, qui barba pallioque philosophos se profitentur." Dazu: Heinimann-Kienzle, p. 211, n.ll. 303-304. Siehe *Adag.* 201, ll. 92-93.

39-42 *Pugna* ... *aduersarium* E-I: Saxa oppugnabant neque saxum vincere quibant. Dictum apparet de vita maiorem in modum laboriosa parcaque. Sumpta metaphora vel ab oppugnatione cuiuspiam arcis in praeruptis rupibus sitae aut a cultura agri petricosi et ob id praeter immodicos sudores non multum fructus adferentis suo colono. A-D.

40 fruuntur F-I: fruuntur E in *textu*, corr. in *Erratis*.

44 ἐξώλλυντο scripsimus cum Ald.: ἐξέλλυντο E-I.

22 Apost. 6, 93 e (Walz, p. 225). Er. benützte die von Arsenius erweiterte Apostoliussammlung, cf. *Proleg.* n.l. 61 und *Adag.* 422, n.l. 484. Zu Arsenius: *ASD* II, 5, p. 211, n.l. 117. Er. erwähnt Apost. nicht als Quelle.

24-25 *Vsurpatur* ... *Symposiacis* Plut. *Mor.* 709 b: Βαρὺ φθεγγόμενος ἐκ πάγωνος σοφιστάς.

24 *aliquoties* Eher Lukian als Plut., cf. n.l. 26 und n.ll. 27-28.

25 Hor. *Serm.* II, 3, 35.

26 Lucian. *Philops.* 5. Cf. *Pisc.* 11.

27-28 *In Eunuchio* ... *ablaturus* Nach Lucian. *Eun.* 9.

29 Martial. IX, 47, 4 (30 praependet sane: praependet mento, in der Aldina von 1501 und der Pariser Edition 1528).

196

34 Plut. *Mor.* 660 d. Der Text ist einigermaßen korrumpiert überliefert. Emendationen sind vorgeschlagen: 34-35 τῶν παιδίων τῶν Wytttenbach; 35 Φιλίω Xylander; τὸ νέον Reiske; 36 τοῦτ' ἄρ' ἦν.

39-42 *Apparet* ... *aduersarium* Er. hat seine ursprüngliche Interpretation dieses Sprichworts (cf. app. crit.) geändert, nachdem er das Athenaeuszitat (cf. ll. 44-45) hinzugefügt hatte.

42 Athen. X, 457 c.

[A]

IN ALIO MUNDO

197

Ἦς ἐν ἄλλῳ κόσμῳ, id est *Tanquam in alio mundo*. Schema prouerbiale est, quo nunc etiam vulgus vitur de iis, qui longe lateque dissident a moribus aliorum aut quibus omnia noua videntur aut qui longe dissiti sunt a patria. Plutarchus in Symposiacis: Τὸ δὲ τῶν Ἑλλήνων γένος ἔκφυλον ἕλωσ καὶ ἄποικον ἡμῶν, ὡσπερ ἐν ἄλλῳ τινὶ κόσμῳ γεγονότων καὶ ζώντων, id est *At Graecorum genus prorsus alienum ac peregrinum a nobis, velut in alio quopiam mundo natorum ac viuentium*. Non dissimili figura dixit Horatius in Odis: *Quid terras alio calentes / sole mutamus?* Et Macrobius in praefatione Saturnalium: *Nisi sicubi nos sub alio ortos coelo Latinae linguae vena non admittet*. Cum enim coelum sit omnibus commune, figuratum sit necesse est sub alio coelo nasci. Et de campis Elysiis apud Vergilium: *Solemque suum, sua sydera norunt*. 'Suum' dixit tanquam a nostro diuersum. Item Claudianus:

*Sunt altera nobis
Sydera, sunt orbis alii lumenque videbis
Purius.*

Rursum Vergilius in Bucolicis:

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.

Solet autem hoc vsu venire plerisque mortalibus, vt, si quando noui hospites in regionem longule a suo nido dissitam peruenerint, nihil non horreant, non stupeant, non admirentur perinde quasi in alium delati orbem.

[A]

PISCIS REPOSITVS

198

Ἀποκείμενος ἰχθύς, id est *Repositus piscis*, in prouerbium abiisse videtur aduersus eos, qui nihil seruant in posterum. [B] Nam pisces olim in deliciis erant. Et prudentis est e cibis semper aliquid habere sepositum, quo subitum excipiat hospitem, nec Achillem Homericum imitari, ad quem cum accedunt oratores aut Priamus domum inanem ac famelicam offendunt. Videtur autem sic efferendum adagium: Τὸν ἀποκείμενον ἰχθὺν οὐ δεῖ ἐς τὸ μέσον ἔλκειν, id est *Pisces repositum non oportet in medium retrahere*. [A] Plutarchus in Symposiacis: Ἐγὼ δὲ γελάσας, ἐκεῖνον δέ, εἶπον, ὦ ἑταῖρε, τὸν ἐκ τῆς παροιμίας ἀποκείμενον ἰχθὺν οὐχ ἐλκόμενον εἰς μέσον μετὰ τῆς Πυθαγορικῆς χοίνικος, id est *At ego ridens 'quin illum', inquam, 'de quo prouerbium fertur, repositum pisces, qui in medium non trahitur vna cum choenice Pythagorica'*. Licebit accommodare ad sermonem aut fabulam per se non admodum venustam, quae tamen iteretur non sine taedio.

[F] Conueniet in parcum ac de crastino sollicitum.

[A]

NON EST EIVSDEM ET MVLTa ET OPPORTVNA DICERE

199

Χωρίς τό τ' εἰπεῖν πολλά καί τὰ καίρια, id est
Seiuncta sunt haec, multa et apta dicere.

85 Senarius prouerbii vice celebratus admonet vitandam multiloquentiam, quod fere labi necesse sit, quisquis multum loqui conetur. Extat et in Hebraeorum prouerbiis in multiloquio non abesse peccatum.

47 id est E-I: om. A-D.

51 ζώντων A-F: ζόντων G-I.

56 Elysiis A-F: Elisii G-I.

69 eos ... posterum B-I: parcos et ea quoque seruantes quae durare non queant A.

75 εἶπον B-I: εἰπεῖν A.

76 ἐλκόμενον B-I: ἔλκομεν A; χοίνικος A-F

H I: φοίνικος G; id est E-I: om. A-C, i. D.

77-78 qui in medium non trahitur B-I: in medium trahimus A.

197 Cf. Payr, p. 380 sqq.

47 Ὡς ... κόσμῳ Nach Plut. *Mor.* 669 d, cf. l. 51.

47-48 *quo ... vititur* Cf. Suringar 88, p. 156 sq. "In eene andere wereld komen" (aus Harrebomée II, p. 451).

49 Plut. *Mor.* 669 d (50 ἐναλίων γένος).

50 Ἑλλήνων Cf. Payr, p. 381 Anm.: "Erasmus hatte einen verderbten Text. Es sind nicht Griechen, sondern die Meerestiere, die uns fremd sind, weil sie einer anderen Welt angehören."

53 Hor. *Carm.* II, 16, 18-19.

54 Macrob. *Sat.* I, praef. 11 (55 adiuuet).

57 Verg. *Aen.* VI, 641.

58 Claud. *De raptu Proserpinae* II, 282-284.

62 Verg. *Ecl.* I, 66.

198

68 Ἀποκείμενος ἰχθύς Apost. 9, 2 a (Ἰχθὺς ἀποκείμενος), aus der erweiterten Apostoliussammlung.

71-72 *Achillem ... offendunt* Achilles empfing eine Deputation der Griechen (cf. *Il.* IX, 197 sqq.) und Priamus (cf. *Il.* XXIV, 468 sqq.). Worauf sich die Worte *domum inanem ac famelicam* beziehen, ist uns nicht bekannt.

73 Τὸν ... ἔλκειν Vermutlich von Er. selbst nach Plut. *Mor.* 703 e (cf. n.l. 74) verfasst.

74 Plut. *Mor.* 703 e (75 δ' εἶπον; 76 ἰχθῦν διὰ τί Stephanus; οὐχ ἔλκομεν in der späteren Baseler Edition 1542 und auch Apost. loc. cit: Πλούταρχος ... ἰχθῦν οὐχ ἔλκομεν). Die Fassung des Plutarchtextes schwankt bei Er. Er las 1508 (die Erstausgabe der *Moralien* war noch nicht erschienen, wurde aber schon vorbereitet) ἔλκομεν (nach Apost.?) und übersetzte *trahimus* (cf. app. crit.). Nachdem die Plutarch-Aldina 1509 erschienen war, ersetzt er ἔλκομεν durch ἐλκόμενον und passt die Übersetzung an.

78-80 *Licebit ... sollicitum* Nach der zuerst gebotenen Interpretation (*Licebit ... taedio*) trägt Er. noch eine nach (*Conueniet ... sollicitum*). Möglicherweise genügt jene ihm nicht. Vergleiche übrigens l. 69: *aduersus eos, qui nihil seruant in posterum*.

199

82 Apost. 18, 47 = Soph. *Oed. Col.* 808, auch angeführt von Suid. *χωρίς* 445 (τὰ καίρια: τὸ καίρια v.l. cf. Jebb ad loc.).

85-86 in *Hebraeorum prouerbiis* *Prv.* 10, 19: "In multiloquio peccatum non deerit."

[A]

PSAPHONIS AVES

200

Ψάφωνος ὄρνιθες, id est *Psaphonis aues*. Vbi quis noua quapiam arte famam
 captat, vt cum aliquis subornat, a quibus laudetur eisque veluti dictat
 90 encomia, quibus apud vulgus celebrari velit. Narrant in Libya fuisse quendam
 nomine Psaphonem, qui diuinitatis opinionem affectans quamplurimas aues
 cepit vocales et humani sermonis dociles, eas sonare docuit haec verba: Μέγας
 θεὸς Ψάφων, id est *Magnus deus Psaphon*, atque ita doctas emisit in montes. At
 illae quae didicerant, canebant ac reliquas item aues sonare docebant. Porro
 95 Libes cum ignorarent commentum, credentes id diuinitus accidere Psaphoni
 rem diuinam facere instituerunt ipsumque in deorum numerum retulerunt.
 [C] Prouerbiū in collectaneis Apostolii repperi.

89 eisque *A D-I*: eiusque *B C*.90 Libya *A C-I*: Lybia *B*.92 cepit *D-I*: coepit *A-C*.93 atque ita *B-I*: ac *A*.94 sonare *HI*: eadem sonare *A-G*.95 Libes *A C-I*: Lybes *B*.97 repperi *C-H*: reperi *I*.

200

88 Ψάφωνος ὄρνιθες Apost. 18, 48. Dieses Lemma folgt dem in *Adag.* 199 behandeln.

90-96 *Narrant ... retulerunt* Nach Apost. loc. cit.

97 Apost. ist Er.' Quelle. Diese Geschichte über Psapho findet sich jedoch auch bei

Maximus Tyrius (*Dissertationes* 35, 4, p. 138 in der Edition Dübners, Parisiis 1877), dessen Werk von Cosmus Paccius übersetzt wurde und 1517 in Rom erschien (neu aufgelegt 1519 bei Froben / Beatus Rhenanus). Siehe auch Ael. *Var. hist.* XIV, 30.

CHILIADIS PRIMAE CENTVRIA III

[B]

AVT REGEM AVT FATVVM NASCI OPORTERE

201

Anneus Seneca vir amoenissimi, vt Tacitus ait, ingenii, quod quidem ex eo

2 oportere *E-I*: oportet *B-D*.

3 quidem *E-I*: quidem vel *B-D*.

201 Otto 1535. Strömberg, p. 74. Adagium 201 gehört zu der Gruppe der grossen zeitkritischen Adagien, zu denen Erasmus u.a. durch den Expansionsdrang der europäischen Herrscher und besonders des Papstes (Iulius II.) angeregt wurde. Siehe *Adag.* 2201 (Sileni Alcibiadis), *ASD* II, 5, p. 159 sqq., *Adag.* 2601 (Scarabaeus aquilam quaerit), *ASD* II, 6, p. 395 sqq. und den Kommentar von Heinimann-Kienzle ad locc. Mit diesen Adagien ist auch die kommentierte Ausgabe mit italienischer Übersetzung von Silv. Seidel-Menchi, *Erasmus da Rotterdam, Adagia, Sei saggi politici in forma di proverbi*, Turin, 1980, zu vergleichen. (Wir haben ihren Kommentar herangezogen). Das vorliegende Adagium weist in bezug auf das Thema auch grosse Verwandtschaft mit der *Inst. princ. Christ.* (herausgegeben von O. Herding, *ASD* IV, 1, p. 136 sqq.; hier nur *Inst.* abgekürzt), der es zeitlich unmittelbar vorausging, auf. Es ist demnach verwunderlich, dass Herding in seiner Einleitung (*ASD* IV, 1, p. 97 sqq.) gerade unser Adagium nicht mit Namen nennt, wenn er sagt: "Die Arbeit an den anderen Schriften könnte Spuren hinterlassen haben. So klingen z.B. einige der eben neu in die Massen der *Chiliades* aufgenommenen Adagia im Text des Fürstenspiegels an. Unmittelbar zitiert wird die klassische Mahnung zum Masshalten in der Politik: Σπάρετην

ἐλαχες ταύτην κόσμει usw." Man mag unser Adagium als eine Vorstufe, eine Vorstudie der *Institutio* betrachten, es ist ja auch ein Fürstenspiegel. Man kann jedoch nicht nur viele Parallelen zu der *Institutio*, sondern auch zu den zwei schon genannten Adagien, dem *Scarabaeus* und dem *Sileni Alcibiadis*, ziehen. Dieselben Themata und Motive finden sich in der *Inst.* und den drei Adagien: z.B. Die Lehre 'rex imago dei' ll. 136-138. Der Vergleich zwischen Herrscher und Tyrann, ll. 185-186. Die Aufgabe des Fürsten, ll. 192-194. Die Verwendung der 'tituli', l. 233. Unser Adagium erscheint zum ersten Mal in der Edition *B* der *Chiliades* und Er. hat nachträglich nahezu nichts geändert. Man bekommt den Eindruck, dass Er. das Adagium in einem fort schrieb. Georgius Spalatinus (1484-1545), Sohn des Georg Burckhardt von Spalt, übersetzte unser Adagium. Die Übersetzung erschien 1520 (cf. *BB* E 273, Jean Schoeffer, Mainz). Auch die *Sileni Alcibiadis*, die *Institutio*, die *Querela pacis* wurden von ihm übertragen. Dazu: Allen, introd. Ep. 501 und *Contemporaries* s.v. Spalatinus.

2 *Aut ... oportere* Sen. *Apocol.* 1, 1. Dieses Adagium wurde auch von Er. in der *Inst.* angeführt (*ASD* IV, 1, p. 168, ll. 56-57).

3 *Anneus ... ingenii* Siehe: Tac. *Ann.* XIII, 3: "Vt fuit illi viro [sc. Senecae] ingenium amoenum." Man vergleiche Beatus Rhena-

liquet libello ludicro, quem scripsit in Claudium Caesarem, (nam is nuper in
 5 Germania repertus in lucem emersit) huiusmodi refert adagium in eo, de quo
 modo diximus opusculo: *Aut regem aut fatuum nasci oportet*. Sed praestat illud
 ipsius verbis ascribere: *Ego, inquit, scio me liberum factum ex quo suum diem obiit*
ille, qui verum proverbium fecerat Aut regem aut fatuum nasci oportere. Rursum in
 eodem libello: *Occidit in vna domo Crassum Magnum, Scriboniam, Bassioniam,*
 10 *Assarios, nobiles tamen, Crassum vero tam fatuum, vt etiam regnare posset*. Iterum
 alio in loco obscurius quidem, sed tamen eodem allusit carmine:

Abrupit stolidae regalia tempora vitae.

Iam si vere scripsit Hesiodus non omnino de nihilo esse quod populari
 sermone celebratur, fortassis haud abs re fuerit vestigare, quae res huic
 15 prouerbio dederit occasionem, quod duo tam dissimilia nempe regem et
 fatuum ita coniugit, vt vtrunque alteri simillimum videri velit, praesertim cum
 haec sit peculiaris regum laus solaque vere regia, sapientia, prudentia,
 vigilantia caeteros antecellere. Consentaneum est igitur priscos illos reges
 maxima ex parte insigni stultitia praeditos fuisse, id quod partim e poetarum
 20 fabulis | partim ex historiographorum monumentis licet cognoscere. Siquidem
 Agamemnonem suum Homerus et hunc imitati tragici, ambitiosum potius
 quam cordatum faciunt. Quid autem stultius quam vnicae filiae crudelissima
 caede imperatoris mercari titulum? Quid ineptius quam pro barbara puellula
 tam iuueniliter digladiari, vt, quod suos amores retinere non posset, Achillem
 25 sua spoliaret amicula, nec id sane sine summo totius exercitus discrimine.
 Tum autem quam inepte stomachatur Achilles orbatus suis amoribus, quam
 pueriliter deplorat apud matrem. At hunc vnum nobis poeta velut absolutum
 egregii principis exemplar proposuit. Ad haec: quam non sapienter indignatur
 Ajax. Quam seniliter delirat Priamus, dum Helenam prostitutae pudicitiae
 30 mulierculam amplectens ac filiam appellans negat se poenitere belli, in quo tot
 clades acceperat, tot orbatus liberis, toties luctu funestatus, ne Paris non
 potiretur amica. Quid multis? Tota Ilias, quam est longa, nihil aliud quam
 quod eleganter scripsit Horatius:

Stultorum regum et populorum continet aestus.

35 Quanquam et Odyssea suos habet procos et Alcinoos, crassos et stupidos.
 Quin et Herculem ipsum robustum faciunt et animosum, sed hebetis crassique
 animi. Iam Hesiodus, quem nonnulli volunt antiquiorem Homero esse,
 principes *δωροφάγους* ac *νηπίους* appellat. Opinor quod et parum saperent in
 administranda republica et opibus per fas nefasque cumulandis inhiarent
 40 potius quam communibus populi commodis. Cuiusmodi fingunt et Midam
 illum ob animi stoliditatem asininis auriculis insignitum. Et haud scio an huc
 pertineat et illud, quod prisci theologi, nimirum poetae, sapientiam Apollini
 tribuunt ac Palladi, Ioui deorum et hominum monarchae fulmen duntaxat

5 Germania χ G-I: Germania nostra B-F. 6 illud C-I: om. B.

- 11 carmine *E-I*: in carmine *B-D*.
 23 caede *C-I*: cede *B*.
 34 aestus χ *G-I*: iras *B-F*.

- nus' Widmungsbrief zu seiner Edition der *Apocolocyntosis* an Th. Rappius: "Lucius Anneus Seneca, non modo philosophus grauissimus, sed et orator minime infelix, quem Tacitus amoenissimi ingenii fuisse scribit" (*Senecae lucubrations omnes*, fo. 608, cf. n.l. 4-5). Beatus Rhenanus mag diesen Hinweis auf Tac. von Er. übernommen haben. Cf. n.l. 10.
- 4-5 *libello* ... *emersit* Die Erstausgabe der *Apocolocyntosis* Senecas erschien 1513 (Rom) und wurde mit den Scholien des Beatus Rhenanus von Er. 1515 in den *Lucubrations* abgedruckt. Cf. Ep. 325, ll. 51-53: "Addidimus festiuissimum pariter et eruditissimum libellum de morte Claudii, nuper in nostra repertum Germania et eruditissimis Beati Rhenani scholiis explanatum." Zur selben Zeit erschien diese Satire mit den Rhenanusscholien in der ersten Frobenischen Ausgabe der *Moria* (zu dieser Ausgabe: Clarence Miller, *ASD* IV, 3, pp. 44-45).
- 7 *ipsius verbis* Sen. *Apocol.* I, 1.
 8 *Rursum* Sen. *Apocol.* II, 2.
 9 *Crassum Magnum* In der Seneca-Edition von 1515 *Crassum Magnum*, aber in den heutigen Ausgaben 'Crassum, Magnum'. Mit 'Magnum' wird Gnaeus Pompeius Magnus, der Schwiegersohn des Claudius, gemeint.
- 9-10 *Bassioniam, Assarios* Diese Namen sind Emendationen für die unverständlichen Namen 'Tristionias, Assarionem'. In der Edition von 1515: *Bassioniam, Assarion* (!).
- 10 *Crassum* ... *posset* Beatus Rhenanus bezieht sich in seinem Kommentar zu dieser Stelle auf Er.: "Alludit ad vulgi dicterium, quo regum stulticiam passim notabant. In quam et ab Erasmo declamatum est in prouerbio 'aut regem aut fatuum nasci oportet', quod in huius ludi exordio statim vsurpauit Seneca" (*Lucubrations*, fo. 623).
- 12 Sen. *Apocol.* 4, 1.
 13 Hes. *Erg.* 763-764: Φήμη δ' οὐ τις πάμπαν ἀπόλλυται, ἣν τινα λαοὶ / πολλοὶ φημιζοῦσι angeführt von Aristot. *Nic.* VII, 1153 b 28 und Plut. *Mor.* 737 c.
 18 *priscos illos reges* Er. übt seine Kritik nicht unmittelbar an dem zeitgenössischen Fürstentum, sondern Herrscher aus der Mythologie und Machthaber aus dem Alter-

- 35 Alcinoos *F-I*: Alcynooos *B-E*.
 38 δωροφάγους *B-H*: δωροφάγους *I*.
 40 communibus *C-I*: omnibus *B*.

- tum erscheinen als Gegenstand der Kritik (dazu: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 6, p. 395, einleitende Anm. zu *Adag.* 2601).
- 19-20 *poetarum fabulis* Cf. l. 20 sqq.
 20 *ex historiographorum monumentis* Cf. l. 51 sqq.
 21 *Homerus* Er. fasst den Inhalt der *Ilias* zusammen (ll. 21-32).
 22 *vnicae filiae* Nach Homerus war Iphigenia (Ἰφιγένεια) nicht Agamemnon's einzige Tochter (*Il.* IX, 145 und 287), aber in der Tragödie *Iphigenia Aulidensis* von Euripides hat Iphigenia in der Tat nur einen Bruder, keine Schwester (cf. *Ipb. A.* 414 sqq.).
 28-29 *quam* ... *Ajax* Cf. Hom. *Il.* XXIII, 473 sqq. (der Zwist zwischen Ajax, Oileus' Sohn, und Idomeneus); *Il.* XXIII, 754 sqq. (Ajax, Oileus' Sohn, und Odysseus im Wettbewerb); *Od.* XI, 543 (Ajax, Telamons Sohn, grollt in der Unterwelt).
 30 *negat* ... *belli* Es handelt sich um die Begegnung Helenas mit Priamus (*Il.* III, 161 sqq.). Priamus sagt übrigens nur: Ὅβρι μοι αἰτή ἐστὶ θεοὶ νό μοι αἰτιοὶ εἶσιν (164).
 33 Hor. *Epist.* I, 2, 8.
 35 *procos* Besonders *Od.* IV, XVI, XVII, XVIII.
Alcinoos Er. schätzt Alcinoos und die Phaeaken nicht hoch, cf. *Adag.* 1232 (Apollogus Alcinoi), *LB* II, 533 C: "Fretus videlicet Phaeacum inscitia barbarieque" und hält ihn und sein Volk für luxuriös: *Adag.* 1165 (Sybaritica mensa), *LB* II, 470 D: "Gregorius Theologus ad Basilium simili tropo mensam luxu redundantem Alcinoi dixit" etc. Cf. Otto 54.
 36-37 *Quin* ... *animi* Siehe z.B. Hercules in dem Drama *Alceste* von Euripides.
 37 *nonnulli* Cf. Suid. 'Ἡσίοδος 583: Ἦν δὲ Ὀμήρου κατὰ τινὰς πρεσβύτερος.
 38 δωροφάγους *ac* νηπίους Hes. *Erg.* 38-40, 264. Cf. *Adag.* 2601 (Scarabaeus aquilam quaerit), *ASD* II, 6, p. 400, l. 110.
 40 *Midam* Cf. *Adag.* 267 (Midas auriculas asini) nach Ov. *Met.* XI, 153 sqq.
 43-44 *fulmen* ... *supercilium* Man vergleiche Ov. *Met.* II, 848-849: "Cui dextra trisulcis / ignibus armata est, qui nutu concutit orbem." Er.' Wortwahl scheint von der Poesie beeinflusst. Siehe auch *Adag.* 2601, p. 398, ll. 53-54: "Qui ... solus irato Ioui trisulca tela porrigat."

45 trisulcum et nutum illum ac supercilium, quo totum Olypnum tremefacit, relinquunt. Alioqui quis nepos, quis balatro vnquam nugatus est nugacius aut nequius nequam fuit quam hic, cui regnum mundi dederunt? Technis fallit vxorem, nunc cygnus, nunc taurus, nunc aurum factus, insidias struit mulierculis, subornat Ganymedes ac coelum nothis implet. Ad eundem modum Neptunum et Plutonem feroces et inexorabiles fingunt, sapientiam non
50 tribuunt.

Sed vt ad recentiores veniamus historias et missas faciamus fabulas, quid tandem cordis fuisse credis Croeso Lydorum regi, – si modo talis fuit, qualem depinxit Herodotus – qui gemmis et auro congesto fretus Soloni indignabatur, quod sibi felicitis cognomen non tribuerit? Aut quid fingi
55 stultius potest Xerxe, cum ad Athum montem legatos mitteret eumque contumeliosissimis ac minacissimis literis territaret, cum Hellesponto mari certum plagarum numerum infligi iuberet? Neque vero minus regaliter desipuit Alexander ille Magnus, cum abdicato patre Iouis filius salutari gauderet, dum vino certaret, dum in conuiuuis ab adulatoribus vt deum
60 adorari sese pateretur, dum queritur hunc orbem suis victoriis angustum esse et Oceanum ingressus alios quaerit mundos, quos expugnet. Vt ne commemorem interim Dionysios, Ptolemaeos, Iulios, Neronos, Tiberios, Caligulas, Heliogabalos, Commodos, Domitios, quorum alius sibi dei nomen vindicauit, cum esset hominis vocabulo indignus, alius se totum assentatoribus deriden-
65 dum propinauit, alius ambitione praeceps vniuersum orbem insanissimis rerum tumultibus concussit.

Sed ego iure videar ineptus, qui catalogum hunc ingrediar et aquam, vt aiunt, quaeram in mari. Quin omnes potius et veterum et neotericorum annales euolue, nimirum ita comperies vix seculis aliquot vnum aut alterum
70 extitisse principem, qui non insigni stultitia maximam perniciem inuexerit rebus humanis. Siquidem princeps aut magno orbis totius malo stultus est aut magno omnium bono sapit; tametsi procliuius est laedere quam prodesse, et citius serpit vel peruat potius pernicius quam vtilitas. At nunc videmus
LB 108 nonnullos principes quiduis expetere potius quam id, quod vnum principis
75 vocabulo dignos reddit, et stultam plebeculam omnia potius suspicere in regibus quam id, quod solum erat requirendum. Iuuenis est: isto pacto sponsum commenda sponsae, non principem reipublicae. Formosus est: recte hoc nomine laudetur foemina. Bonis est lacertis aut lateribus: probe dixisti, si laudas athletam. Robustus est et tolerans laborum: isto titulo calones ac lixae
80 commendantur. Multum auri congestum habet: foeneratorem diligentem praedicat. Facundus est: sic admiror sophistam. Belle canit, belle saltat: histrionum ac tibicinum laus ista est, non regum. Inuictus est bibendo (nam hac quoque laude veteres delectati sunt principes): apte, si spongiam mihi laudas. Procerus est et ab humeris inter omnes eminent: praeclarum, si quid ex
85 alto detrahendum sit. Iam illa ‘scite ludit alea, scite laterunculis’ laus est cum infimis nebulonibus communis ac pudenda principi. Omnia congeras, cultum,

aurum, gemmas, imagines, ab Hercule deductum genus aut si mauis a Codro Cecropeue, nisi pectus mihi narras longe a vulgi stultitia semotum, liberum a sordidis humilium rerum cupiditatibus, a falsissimis multitudinis opinionibus, non audio laudem rege dignam. Neque enim temere diuinus ille Plato scripsit

55 Xerxe D-I: Xerse B C.

60 queritur B C E-I: quaeritur D.

44 *totum ... tremefacit* Nach Verg. *Aen.* IX, 106 (= X, 115): "Et totum nutu tremefacit Olympum" von Er. auch zitiert in *Adag.* 2601, p. 398, ll. 21-22; p. 423, l. 777.

47 *cygnus* Leda und der Schwan, cf. Ov. *Met.* VI, 109: "Fecit olorinis Ledam recubare sub alis."

taurus Europa und der Stier, cf. Ov. *Met.* II, 843 sqq.; *Met.* VI, 103: "Maeonis elusam designat imagine tauri / Europam." *aurum* Zeus als goldener Regen und Danae, cf. Ov. *Met.* IV, 610-611: "Neque enim Iouis esse putabat / Persea, quem pluuiio Danae conceperat auro"; *Met.* VI, 113: "Aureus vt Danaen ... luserit."

48 *subornat Ganymedes* Cf. *Adag.* 2601, p. 398, l. 52 und p. 410, l. 370.

53 Hdt. I, 28 sqq.

gemmis et auro Dieselbe Kombination: Cic. *Verr.* 2 IV, 39. Hor. *Carm.* II, 16, 7 (dazu: R.G.M. Nisbet, M. Hubbard, *A Commentary on Horace Odes Book II*, Oxford, 1977, p. 258).

55-57 *Xerxe ... iuberet?* Nach Plut. *Mor.* 455 d e, näml. der Dialog *De cōhibenda iracundia*, den Er. übersetzte und von Froben 1525 gedruckt wurde (Koster, *ASD* IV, 2, p. 108). Siehe p. 272, ll. 151-152: "Xerxes vero etiam ipsi mari notas ac plagas incussit ac monti misit epistolas, Atho infelix." Cf. Hdt. VII, 35: Τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πηγάς.

58-59 *Alexander ... gauderet* Cf. Curt. IV, 7, 30: "Iouis igitur filium se non solum appellari passus est, sed etiam iussit" und VIII, 5, 5. Plut. *Alex.* 27, 9-11 und 28.

59 *vino certaret* Cf. Plut. *Alex.* 70, 1-2; *Mor.* 124 c (näml. *De tuenda bona valetudine* von Er. übersetzt, *ASD* IV, 2, p. 193, l. 119 sqq.).

59-60 *dum ... pateretur* Cf. Curt. VIII, 5, 9-12.

60-61 *dum ... expugnet* Cf. Curt. IX, 6, 20: "Iamque haud procul absum fine mundi, quem egressus aliam Naturam, alium orbem aperire mihi statui" und Buch IX

62 Tiberios C-I: Tyberios B.

71 orbis totius G-I: totius orbis B-F.

passim (IX, 2, 26; IX, 3, 13; IX, 4, 19 sqq.).

62 *Dionysios* Cf. *Adag.* 1793 (Thrasybulo Dionysium dicitis esse similem), *ASD* II, 4, p. 208, l. 277: "Dionysius enim inter pestilentissimos tyrannos commemoratur."

Iulios Er. urteilt sehr ungünstig über Caesar, wie auch über Alexander und Xerxes: cf. ll. 240-241. *Inst.* p. 179, l. 424 sqq.; p. 182, l. 495.

63 *Domitios* Cf. *Inst.* p. 154, ll. 550-552: "Execrans humano generi detestata vocabula: Phalaridis Moezentii Dionysii Syracusani Neronis Caligulae Domitii, qui deus ac dominus dici voluerit." Nach Herding ist *Domitii* eine Verschreibung für 'Domitiani', cf. p. 155, n.l. 552. Also mag in unserem Adagium *Domitios* für 'Domitianos' geschrieben worden sein.

alius ... vindicauit Sc. Domitianus.

64-65 *se ... propinauit* Cf. Ter. *Eun.* 1087: "Hunc comedendum vobis propino et deridendum."

67-68 *aquam ... mari* Cf. *Adag.* 875 (In mari aquam quaeris), LB II, 360 B und *Adag.* 657 (In syluam ligna ferre), LB II, 284 C: "Eadem ratione dicimus in mare deferre aquam." Dazu: Otto 1060 und *Nachträge zu Otto*, p. 184 sq.

77-86 *Formosus ... principi* Man vergleiche *Inst.* p. 145, ll. 269-271: "Quid stultius quam his artibus metiri principem, si belle saltitet, si dextre ludat alea, si gnauiter potitet, si fastu turgeat, si regaliter expilet populum, si caetera faciat, quae nos pudet referre" und *Inst.* p. 172, l. 185-188.

86-87 *Omnia ... imagines* Cf. *Inst.* p. 136, ll. 20-21: "Imagines aurum gemmae nihilo plus habent momenti ad ciuitatis administrationem quam eadem nauclero conductura sint ad nauim gubernandam."

87 *a Codro* Cf. *Adag.* 3221 (Antiquior Codro), LB II, 1011 C.

90 Plat. *Rep.* V, 473 c d. Man vergleiche *Inst.* pp. 144-145, ll. 263-265: "Ne putaris temere dictum a Platone et a laudatissimis laudatum viris ita demum beatam fore rempublicam, si aut philosophentur princi-

non aliter felices fore respublicas, nisi si aut philosophis committeretur imperium aut quibus imperium contigisset, philosophiam sequerentur. Porro philosophiam sequi non est pallium aut peram circumferre, barbam demittere. Quid igitur? Ista quae vulgus stulte miratur, contemnere deque rebus longe
 95 secus sentire quam hominum multitudo sentit. Nec video qui fieri possit, vt qui putet sibi licere quicquid libet, qui diuitias vt magnum quiddam admiretur, qui pro imperio quoduis etiam iusiurandum violandum putet, qui inani rapiatur gloria, qui pudendae seruiat libidini, qui mortem vehementer horreat, salutarem principem agere possit. Ac primum quidem est recte de singulis
 100 iudicare, propterea quod infectis opinionibus ceu fontibus, vnde omnes vitae scatent actiones, omnia perperam gerantur oportet. Proximum est, vt abhorreant a turpibus, ferantur ad honesta. Nam vera sapientia non solum complectitur veri cognitionem, verumetiam studium et amorem honesti. Siquidem liceat fortassis inuenire, qui perspiciat bellum sine graui rerum humanarum
 105 pernicie suscipi non posse nec esse tanti veterem aliquem et obsoletum ditionis titulum; verum impellit ambitio, vt omnia misceat armis. Et est fortassis qui videat hinc maximam reipublicae pestem nasci, quod ad gerendos magistratus asciscuntur non qui prudentia, rerum vsu, vitae integritate,
 110 plurimum prodesse reipublicae possint, sed qui maxima pecuniae summa licitentur; verum huc pertrahit auaritia, vt neglecto publico malo fisci negotium agat. Et non deest qui intelligat principis esse munus, sicut ab omnibus accipit vectigal, ita omnium consulere rebus, praesidere in iudiciis, excludere maleficia, magistratus obseruare, corrigere leges inutiles. Verum ab hoc studio reuocant voluptates, per quas non est ocium curis principe dignis
 115 vacare. Est qui sentiat se plurimum prodesse posse rebus mortalium, verum id quidem non sine vitae discrimine. Hic deseret rempublicam quisquis existimabit infelicissimum esse mori.

Proinde primum omnium principis animus omnibus erroribus liberandus est, vt perspiciat quid vere honestum, quid vere gloriosum, quid vere
 120 magnificum. Deinde instillandum turpitudinis odium et amor honesti, quo videlicet perspiciat quid principem deceat, et nihil appetat, nisi quod sit bono ac salutari principe dignum, vt honestum vbi sit, videat et hoc vno metiatur omnia nec vnquam ab hoc aberret scopo. Atque hanc vocant sapientiam, qua necesse est, vt princeps tanto caeteros antecellat mortales, quanto dignitate,
 125 opibus, ornatu potentiaque antecedit. Atque vtinam saltem Christiani principes omnes sapientissimum illum regem imitentur, cui cum daretur optio,
 LB 109 quicquid vellet ab eo qui nihil non praestare poterat, nihil aliud optauit quam sapientiam et eam sapientiam, qua populum sibi commissum recte gubernaret. Atque idem, quaeso, quid aliud inculcat suo filio quam amorem ac studium
 130 sapientiae? Eodem spectat quod Aegyptii simulachrum principis ita representabant, vt oculum pingerent cum sceptro. Nimirum quod oculus in corpore, id verus princeps in republica. Quod sol in coelo, id princeps in populo. Sol oculus mundi, princeps oculus multitudinis. Quod animus in

135 homine, id princeps in ciuitate. Animus sapit, corpus obtemperat; et imperat
 quidem animus corpori, sed corporis bono nec sibi gerit regnum veluti
 tyrannus, sed ei cui praesidet. Denique Dei moderantis vniuersa salutaris
 princeps viuam imaginem refert. Atque eo magnificentior est princeps, quo
 propius ad archetypi sui formam accessit. Deus nihil non perspicit, nihil non
 140 sentit, nullis corrumpitur affectibus. Ita potentissimus est, vt idem sit optimus.
 Omnibus bene facit etiam indignis. Non punit nisi raro, idque coactus. Nobis
 administrat hunc mundum, non sibi. Hoc illi praemii loco est, si profuit;
 contra qui pestilens est princeps, is cacodaemonis simulachrum ac vicem
 reddere videtur. Aut non sapit aut si sapit, in publicam perniciem sapit. Quod
 145 habet potentiae, in reipublicae pestem abutitur. Et cum plurimum noceat
 omnibus, plus tamen vult nocere quam possit.

Nihil est bono rege praeclarior, nihil melius, nihil Deo propius; rursum

109 possint *F-I*: possit *B-E*.

111 sicut *F-I*: vt sicut *B-E*.

121 appetat *G-I*: expetat *B-F*.

122 principe *D-I*: principi *B C*.

139 nullis *B D-I*: nullus *C*.

141 mundum *B-D F-I*: modum *E*.

- pes aut philosophi capessant principatum”
 und M. Cytowska, *Érasme de Rotterdam et Marsile Ficin son maître* (cf. *Adag.* 68, n.l. 774), p. 177: “Il se réfère le plus souvent à l’idée qu’un État serait heureux s’il avait à sa tête des philosophes ou des souverains initiés à la philosophie.”
- 92-93 *Porro ... demittere* Cf. *Adag.* 195 und *Adag.* 2201, *ASD* II, 5, p. 162, ll. 52-53: “Huiusmodi Silenus fuit Antisthenes, baculo suo, pera pallioque maximorum regum fortunas antecellens.”
- 94-95 *Quid ... sentit* Cf. *Inst.* p. 145, ll. 273-275: “Verus princeps debet abesse a sordidis opinionibus ac studiis vulgi, imo solum hoc sordidum vile seque indignum ducat cum plebecula sentire, cui nunquam optima placuerunt.”
- 96 *qui putet ... libet* Cf. *Inst.* p. 149, l. 408: “Ne tibi putes licere quicquid libuerit” und Seidel-Menchi, p. 293, n.l. 125.
- 100 *infectis opinionibus seu fontibus* Zu einer ähnlichen Metapher: *Adag.* 2201, *ASD* II, 5, p. 172, l. 282 und *Inst.* pp. 141-142, ll. 178-180 und p. 134, l. 28 sqq.
- 107-110 *quod ... licitentur* In der *Inst.* übt Er. mehrmals Kritik an der Ämterkäuflichkeit, einer Erscheinung, die für den nachfeudalen Staat charakteristisch war. Dazu: Herding, p. 149, n.l. 370.
- 112 *vectigal* Dazu: *Inst.* p. 188, l. 727 sqq. *De vectigalibus et exactionibus*.
- 125-128 *Atque ... gubernaret* Cf. 1. *Rg.* 3, 5-15. Derselbe Hinweis auf Salomon in der

Inst. p. 170, ll. 115-119.

130-131 *Eodem ... sceptro* Plut. *Mor.* 354 f: Τὸν γὰρ βασιλέα καὶ κύριον Ὅσιριν ὀφθαλμῶ καὶ σκήπτρῳ γράφουσιν.

131-133 *Nimirum ... multitudinis* Cf. *Inst.* p. 171, ll. 133-134: “Quod deus in vniuerso, quod sol in mundo, quod oculus in corpore, hoc oportet esse principem in reipublica.”

133-134 *Quod ... ciuitate* In Analogie zu der Metapher ‘Christus caput corporis mystici ecclesiae’ (*Eph.* 1, 22; *Col.* 1, 18). Dazu: Seidel-Menchi, p. 294, n.l. 176.

135-136 *nec ... tyrannus* Cf. ll. 148-149.

136-138 *Denique ... accessit* Der gute Fürst gleicht Gott, cf. *Inst.* p. 151, l. 480: “Ita vere magni principis est et aeterni principis imaginem referentis” und p. 150, l. 441-442 und p. 171, ll. 133-134. Zu der mittelalterlichen Lehre “rex imago dei”: Seidel-Menchi, *Adag.* 2201, *ASD* II, 5, p. 173, n.l. 270-275.

138-139 *Deus ... affectibus* Cf. *Inst.* p. 152, l. 488: “Deus cum nullis tangatur affectibus.”

146-147 *Nihil ... similis* Cf. *Inst.* p. 150, ll. 441-444: “Princeps salutaris, vt erudite dictum est a Plutarcho, viuum quoddam est dei simulacrum, qui simul et optimus est et potentissimus ... E diuerso malus ac pestilens princeps mali daemonis imaginem repraesentat.”

146 *nihil Deo propius* Cf. n.l. 136-138.

nihil malo principe foedius, nihil peius, nihil cacodaemoni similius. Numen quoddam est princeps salutaris, at nulla belua nocentior tyranno. Tyrannus est autem quisquis sibi gerit imperium, quocunque nomine pingatur aut sculpatur. Non est nostrum de summis proceribus veluti pronunciare, sed tamen cogimur non sine suspiriis hanc quam dixi sapientiam, in Christianis principibus desiderare. Alioqui, vnde tot rerum nouationes, tot toties icta et rescissa foedera, tam crebri tumultus, tot strages, tot pugnae, tot minae, tot dissidia, nisi a stultitia proficiscuntur? Et haud scio an nonnulla huius mali pars nobis ipsis sit imputanda. Clauum nauis non committimus nisi eius rei perito, quod quatuor vectorum aut paucarum mercium sit periculum; et rempublicam, in qua tot hominum milia periclitantur, cuius committimus. Vt auriga fiat aliquis, discit artem, exercet, meditatur; at vt princeps sit aliquis, satis esse putamus natum esse. Atqui recte gerere principatum, vt est munus omnium longe pulcherrimum, ita est omnium etiam multo difficillimum. Deligis, cui nauim committas; non deligis, cui tot vrbes, tot hominum capita credas? Sed esto, receptius est quam vt conuelli possit. Nascuntur principes, et cuicumque sors fauerit, siue probus sit ille siue improbus, siue stultus siue sapiens, siue sanus siue motae mentis, modo figuram habeat hominis, ei summa rerum credenda est. Huius arbitrio mundus bellis et caedibus miscebitur, sacra ac prophana omnia perturbabuntur.

Sed ea res si minus mutari potest, proximum tamen erat diligenti institutione succurrere et, si non licet idoneum imperio deligere, enitendum est, vt idoneum imperio faciamus eum, quemcunque fortuna nobis dedit. Videmus qua sollicitudine, qua cura, qua vigilantia paterfamilias educat puerum, vnus fundi dominum futurum. Quanto igitur maiori cura instituendus est is, qui vel magno omnium bono futurus sit bonus, aut magno omnium exitio malus et de cuius vnus nutu salus aut perniciēs pendebit orbis? Quibus decretis, quibus philosophiae praeceptis, hoc pectus erit praemuniendum non solum aduersus tantas rerum | tempestates, quae solent in ciuitatibus exoriri, verumetiam aduersus fortunae indulgentiam, quam arrogantia et stultitia fere solet comitari, aduersus delicias, quibus vel optima natura corrumpi possit, multo maxime vero aduersus adulatorum pestiferas assentationes et illud venenatissimum 'euge', quod illi tum potissimum occinunt, cum princeps insanit maxime. Hic mihi iam tum infantulo adhibendus erat artifex quispiam egregius. Non enim recte fingitur princeps, nisi cum se nondum intelligit esse principem. Statim, inquam, asciscendus formator, in quo deligendo conueniet et hoc esse diligentiores, quod principem deligere non licet, instituere licet. Hic mihi in pectusculum adhuc vacuum ac sequax instillet opiniones principe dignas, muniat optimis de honesto decretis, ostendat discrimen veri principis ac tyranni, subiiciat oculis, quam Deo propinqua res est salutaris rex, quam tetra belua quamque abominanda tyrannus. Admoneat eum, qui sibi gerit imperium non reipublicae, praedonem esse non principem, nihil interesse inter piratas et principes piratarum animo praeditos, nisi quod hi, quo sunt potentiores, hoc maiorem adferunt perniciem rebus humanis. Inculcet quam

multis hominum milibus, imo quam vniuerso mundo prodesse queat, si in vnum sapientem ac bonum praestiterit virum. Doceat apud Christianos homines imperium nihil aliud esse quam reipublicae administrationem, non dominium. Imperium quidem appellari, sed meminerit se imperaturum et liberis et Christianis, hoc est bis liberis. Ad hoc vt princeps sit aliquis, non

154 nonnulla C-I: aliqua B.

156 paucarum C-I: om. B.

147 *cacodaemoni* Cf. *Inst.* p. 150, l. 466: "Cacodaemon amatur a nemine."

148 *at ... tyranno* *Inst.* p. 157, ll. 641-642: "Iam si tyranni quaeris imaginem, leonem vrsu lupum aut aquilam cogita, quae laniatu viuunt ac praeda." Dazu: Heinimann-Kienzle, *Adag.* 2601, *ASD* II, 6, p. 397 (erste Spalte).

148-149 *Tyrannus ... imperium* Man vergleiche *Inst.* p. 152, ll. 525-526: "Etenim qui sibi gerit imperium ... certe re tyrannus est, non princeps." Cf. n.ll. 185-186.

149-150 *quocunque ... sculpatur* Cf. *Inst.* p. 177, l. 353 sqq.

155 *Clauum ... perito* Cf. *Inst.* p. 136, ll. 15-16: "In nauigatione non ei committitur clauus, qui natalibus aut opibus aut forma caeteris antecellit, sed qui peritia gubernandi ... superat" und *Adag.* 176 (Oportet remum ducere qui didicit).

156-159 *et rempublicam ... esse* Cf. *Inst.* p. 139, ll. 111-113: "Nulla autem neque pulchrior ars neque difficilior quam bene regnandi, cur ad hanc vnam nullam desyderamus institutionem, sed satis esse ducimus natos esse." Cf. n.ll. 162-169.

162-169 *Nascuntur ... dedit* Dieser Gedanke findet sich im Anfang der *Institutio*: "Caeterum vbi nascitur princeps, non eligitur ... ibi praecipua boni principis spes a recta pendet institutione" (p. 136, ll. 27-29).

165-166 *sacra ac prophana* Cf. *Adag.* 282.

178 *adulatorum ... assentationes* Er zeigt immer eine grosse Abneigung gegen das 'genus adulatorum', das er für 'pestis' hält. Cf. z.B. *Inst.* p. 175, ll. 266-267: "Nisi modis omnibus arceantur assentatores, cui pesti maxime obnoxia est magnorum principum felicitas" und p. 177, l. 344: "Sed est omnium pestilentissimum adulatorum genus" und *Adag.* 241, l. 313: "(adulatoribus) Id genus aulae pestibus", passim. Er. Interesse für dieses Thema geht auch hervor aus seiner Übersetzung des Plut.-Traktats *De discrimine adulatoris et amici* (*Mor.* 48 sqq.), cf. *ASD* IV, 2, p. 117 sqq.

180 *mibi* Dat. ethicus: "meines Erachtens."

160 etiam F-I: et B-E.

161 credas C-I: credis B.

185-186 *discrimen ... tyranni* Er. erläutert den Unterschied zwischen dem guten Fürsten und dem Tyrannen in der *Inst.*: "Hoc interest inter principem ac tyrannum" etc., (p. 152, l. 529 sqq. mit Herdings reichem Kommentar). Dieselbe Gegenüberstellung von König und Tyrann findet sich mehrfach in Aristoteles' *Politik*. Dazu: Heinimann-Kienzle, *Adag.* 2601, *ASD* II, 6, p. 401, n.l. 111. Siehe auch *Adag.* 2201, *ASD* II, 5, p. 173, n.l. 275.

188-189 *praedonem ... praeditos* Cf. *Inst.* p. 159, ll. 719-721: "Grauiter a Seneca [*Benef.* II, 18, 6] scriptum est eodem loco quo ponimus latrones ac pyratas ponendos esse reges latronum ac pyratarum habentes animum." Die Parallele zwischen Räubern und Königen wird in der Literatur mehrfach gezogen, cf. z.B. *Aug. Civ.* IV, 4: "Remota itaque iustitia quid sunt regna nisi magna latrocinia" und *Cic. Rep.* III, 24. Dazu: Heinimann-Kienzle, *Adag.* 2601, p. 407, n.l. 266. Siehe auch *Adag.* 1765 (*Vt fici oculis incumbunt*), *ASD* II, 4, p. 192, ll. 915-917: "Dum et praesules exercent tyrannidem nec hi tamen pastores sunt, sed alia ratione praedones."

192-194 *Doceat ... dominium* Zu der Lehre von den Aufgaben des Fürsten: *Adag.* 2201, p. 172, ll. 282-284: "Principis munus dominium vocant, cum re vera nihil aliud sit agere principem quam rem communem administrare" (cf. p. 173, n.ll. 282-284) und *Inst.* p. 164, ll. 890-891: "Christianum imperium nihil aliud esse quam administrationem" und p. 159, ll. 703-704.

194-195 *sed meminerit ... liberis* Herding ad loc. weist auf *Aristot. Pol.* 1254 a hin. Man vergleiche *Inst.* p. 160, l. 741: "Liber liberis imperans non beluis."

195 *Christianis ... liberis* Jesus hat die Christen von Schuld und Tod befreit (cf. z.B. *Eph.* 1, 5-7). Siehe *Inst.* p. 165, l. 933: "(quos) Christus ab omni seruitute eremit."

195-196 *non ... fuisse* Cf. ll. 158-159.

satis esse natum fuisse, non satis esse vetustas imagines, non sceptrum, non diadema. Animus sapientia praecellens, animus pro publica incolumitate semper sollicitus et nihil spectans, nisi commune bonum, principem facit. Praemoneat, ne sese vel applausibus stultae plebeculae vel adulatorum laudibus metiatur. Ne quid agat impulsu odii, amoris, irae, aut vllius affectus instinctu. In creandis magistratibus, in condendis legibus, in caeteris muniis vnicum tantum spectet scopum, nempe honestum et publicam vtilitatem. Non satis esse, si ipse nemini faciat iniuriam, officialium quoque suorum integritatem praestandam esse principi. Non esse sitam in hoc principis laudem, si ditionis terminos proferat, si finitimos submoueat armis, verum si quam forte nactus est ditionem iustitia, frugalitate caeterisque pacis artibus efficiat florentiorem. Doceat, vt ad benemerendum de bonis sit propensissimus, ad ignoscendum facilis, ad puniendum non aliter accedat quam amicus medicus membrum deploratum amputaturus aut inustus, vt omnia studiose vitet, vnde perspiciat reipublicae magnum malum fore. Super omnia vero bellum modis omnibus declinet, quod aliis e rebus alia atque alia mala nascuntur, at bellum vniuersum malorum agmen semel effundit. Haec atque huiusmodi decreta sunt animo puerili sapientum apophthegmatis et laudatorum principum exemplis infigenda.

At nunc videmus vix vllos homines educari vel corruptius vel indiligentius iis, quos tanti refert omnium quam optime institutos fuisse. Infans hic orbi imperaturus stultissimis mulierculis committitur, quae adeo nihil instillant in animum illius principe dignum, vt etiam si quid recte moneat praeceptor aut si suapte sponte videatur ad mansuetudinem propensior, dehortentur et principem, hoc est tyrannum, agere doceant. Denique nemo non blanditur, nemo non assentatur. Applaudunt proceres, obsecundant ministri, adulatur et praeceptor non hoc agens, vt patriae salutarem reddat principem, sed vt sibi magnificam paret fortunam. Adulatur et theologus, quem vulgo confessorem vocant, episcopem aliquam aucupans. Assentatur magistratus, assentantur qui colludunt, qui conuiuunt, vt rectissime dixerit Carneades a regibus nullam artem recte disci praeter artem equitandi; propterea quod solus equus, quoniam non sentit principis ac plebei discrimen, nescit adulari regi, sed excutit, quicumque is fuerit, qui non apte norit insidere tergo.

Statim docetur fastum, docetur arrogantiam, admonetur licere quicquid libet. Audit omnes omnium possessiones esse principis, principem esse superiorem legibus, in pectore principis omnem legum et consiliorum mundum esse reconditum. Audit sacras maiestates, serenitates, diuinitates, terrestre numen et huiusmodi magnificos titulos. In summa, dum adhuc puer est, nihil aliud discit ludere quam tyrannidem. Mox rapitur ad puellas, inuitant, laudant, inseruiunt omnes. Hic adest aequalium effoeminatissima turba, nullus risus, nullus sermo nisi de puellis. Sub haec alea, choreae, conuiuia, citharae, discursus, in his aetatis optima pars conteritur. Quod si quando libeat literis oblectare ocium, leguntur aniles fabulae aut his perniciosiores historiae. Ex

240 his animus nulla praemunitus antidoto imbibit admirationem et zelum, vt
Graeci vocant, alicuius pestilentissimi ducis, puta Iulii Caesaris aut Xerxis aut
Alexandri Magni. Atque in his ipsis quae pessima sunt, maxime placent. Ab
his impetus dementes, ab his exemplum pessimum sumunt. Pone nunc, si
245 placet, ingenium non delectum e multis, quod oportuit, sed quaecunque
posset corrumpere; pone tot adulationis venena; pone delicias, quibus male
conuenit cum sapientia; pone voluptates; pone fortunae splendorem; pone
potestatem; pone aetatem ferocem et suapte sponte procliuem ad pessima;
super omnia pone pectus falsissimis infectum opinionibus: et miraris si hic ab

205 proferat *B D-I*: preferat *C*.

219 videatur *C-I*: videtur *B*.

221 adulator *C-I*: adulator *B*.

224 episcopem aliquam *F-I*: episcopatum ali-
quem *B-E*; Assentatur *E-I*: Assentantur

B-D.

226 equitandi *B-D F-I*: aequitandi *E*.

227 plebei *C-I*: plebi *B*.

239 nulla *C-I*: nullo *B*.

240 Xerxis *D-I*: Xersis *B C*.

209 *amputaturus aut inustus* Siehe die Ausdrücke 'vrere secare' (Cic. *Phil.* VIII, 15. Plin. *Nat.* XXIX, 13) und τέμνειν καὶ κόζειν (Plat. *Gorg.* 480 c; 521 e. Xen. *An.* V, 8, 19).

213-214 *sapientum ... exemplis* Apophthegmata sind (wie die Adagien) der geeignete Lesestoff für Herrscher. Cf. Ep. 2431, ll. 213-216: "Vniuersum autem hoc genus quod Prouerbia, sententias, insigniter dicta factaque complectitur, accommodatissimum est Principibus viris, quibus ob rei publicae negocia non vacat magnam vitae partem libris impendere."

216-220 *Infans ... doceant* Cf. Tac. *Dial. or.* 29: "At nunc natus infans delegatur Graeculae alicui ancillae, cui adiungitur vnus aut alter ex omnibus seruis ... horum fabulis et erroribus [et virides] teneri statim et rudes animi imbuuntur." Siehe auch *Inst.* p. 139, l. 104 sqq.

220-225 *Denique ... conuiuunt* Wieder wird das verderbte 'genus adulatorum' dargestellt, cf. n.l. 178.

225-228 *vt rectissime ... tergo* Nach Plut. *Mor.* 58 f. Dieselbe Plutarchstelle verwendet Er. in der *Inst.* p. 176, ll. 312-316. Er. übersetzte den betreffenden Traktat des Plut. (cf. n.l. 178). Siehe *ASD* IV, 2, p. 138, ll. 480-485.

232-233 *terrestre numen* Cf. *Adag.* 69 (Homo homini deus).

233 *titulos* Zu der Verwendung der 'tituli': *Inst.* p. 178, ll. 365-402 und *Adag.* 2601, *ASD* II, 6, p. 401, ll. 116-121. Heini-

mann-Kienzle ad loc. verweisen auf die von uns genannte Stelle der *Inst.* und auf *Adag.* 2201 (Sileni Alcibiadis), *ASD* II, 5, p. 168, l. 191 (siehe auch n.l. 191). Weiter: *Adag.* 2595 (In ostro formosus), *ASD* II, 6, p. 390, ll. 973-976: "Torquere licebit et in eos, qui falso per assentationem laudantur, aut in mendacissimos principum quorundam titulos. Quod genus sunt: Pater patriae, deliciae orbis, amor mundi, serenissimus, inclytus, clementissimus, cum meri sint reipublicae praedones."

233-234 *In summa ... tyrannidem* *Inst.* p. 140, ll. 114-115: "Queso quid exerceant adulti nisi tyrannidem, qui pueri nihil etiam luserunt nisi tyrannidem?"

239 *nulla ... antidoto* Cf. app. crit. Er. zieht die weibliche Form der männlichen vor, wie z.B. Gellius, XVII, 16, 6. Zu *antidoto* n.l. 240-241.

240-241 *puta ... Magni* Cf. *Inst.* p. 179, ll. 424-426: "Si non praemonitus antidoto Achillem aut Alexandrum Magnum aut Xersem aut Iulium legerit" und n.l. 62.

244 *vel Aristidis ingenium* Aristides galt als ein Muster an Redlichkeit, cf. Plut. *Aristid.* 3, 5: "Ὡς ἐκεῖνω [sc. Aristides] μάλιστα τῆς ἀρετῆς προσηκούσης. Nep. *Aristid.* 1, 2: "Vt vnus [sc. Aristides] post hominum memoriam (quem quidem nos audierimus) cognomine Iustus sit appellatus." Lact. *Inst.* III, 19, 8: "Quod igitur erit discrimen virtutis ac sceleris, si nihil interest vtrumne Aristides sit aliquis an Phalaris."

his profectus rudimentis ad gerendam rempublicam parum sapienter adminis-
 250 trat? Sed iuuenis est, inquit; sapiet aliquando rerum vsu. At principem non
 oportet esse iuuenem, etiam si iuuenis fuerit. Et cum misera est omnis
 prudentia, quae colligitur vsu rerum, tum in principe miserrima est. Nimio
 255 constabit reipublicae principis sui prudentia, si gerendo bello discet bellum
 rem esse modis omnibus fugiendam; si non prius intelligat magistratus
 integris viris esse committendos, quam improborum temeritate rempublicam
 labefactatam conspexerit. Nec est committendum vt, sicuti qui cithara discunt
 canere prius quam artem assequantur, citharas aliquot obterunt ac perdunt,
 quemadmodum scripsit Xenophon, ita princeps reipublicae pernicie discat
 rempublicam administrare. Non mirum igitur si quando videmus euenire, vt
 260 praepostere res geratur, nimirum vt cum affectus e corpore orti ab animo
 coerceri debeant, ab animo perturbationes proficiscantur in corpus, vt oculus
 minus perspiciat quam reliquum corpus, vt omnibus noxius sit ac pestilens,
 qui Dei vicem gerens omnibus debuit esse salutaris. An non videmus egregia
 oppida a populo condi, a principibus subuerti? Rempublicam ciuium industria
 265 ditescere, principum rapacitate spoliari? Bonas leges ferri a plebeis magistrati-
 bus, a principibus violari, populum studere paci, principes excitare bellum?

Haec, opinor, dederunt occasionem adagio quod retulimus, a quo quidem,
 nescio quo pacto, longius sumus digressi, sed iam ad id redimus. Dictum est
 igitur: *Aut fatuum aut regem nasci oportere*, quod huiusmodi ferme fuerint
 270 barbari reges apud veteres, quorum vtinam nostrae tempestatis principes sint
 dissimillimi. Nam et fatuis ob inopiam mentis omnia permittuntur, et regibus
 ob potentiam omnia laudi quoque tribuuntur. Possimus et de pari regum ac
 fatuorum felicitate dictum interpretari, quod regibus quicquid volunt, fortuna
 suppeditet, fatui vero non minus felices sint sua philautia, per quam sibi
 275 putant nihil bonarum rerum deesse. Porro prouerbiū apud Romanos natum
 videtur, apud quos regis cognomen erat inuisum ceu barbarum ac tyrannicum
 et pugnans cum publica libertate, quam illi vel in primis tum sectabantur. |

LB 112

[A]

MINVTVLA PLVVIA IMBREM PARIT

202

280 Ψεκάδες ὄμβρον γενῶσαι, id est *Minutae guttulae imbrem parientes*. Quoties res
 initio pusilla crescit in maius. Quemadmodum apud Plautum [E] in *Menaech-*
mis: [A] Nunc in te *cadunt folia*, post *cadent arbores*. Quare in minutis
 vigilandum, ne paulatim incidamus in maxima incommoda admonente pro-
 uerbiali senario:

285 Εἰ μὴ φυλάσσεις μίκρ', ἀπολεῖς τὰ μείζονα, id est
Maiora perdes, parua ni seruaueris.

[C] Est enim psecas tenuis irroratio, qualem reddunt et nebulae densiores.

[A]

CITRA VINVM TEMVLENTIA

203

290 Ἔβριος μέθη, id est *Ebrietas absque vino*. Theophrastus, vt testatur in Symposiacis Plutarchus, τὰ κουρεῖα ἄκονον μέθην ἐκάλει, id est *tonstrinas ebrietatem absque vino vocabat*. Propterea quod illic desidentes sermonibus ita temulenti redderentur, vt non aliter effutirent quicquid esset in animo quam inter pocula solent ebrii voces interdum per temulentiam effutientes per iugulum, vt ait Plinius, redituras. Horatius insolentiam ebrietatem appellat: *Fortunaque dulci | ebria*. Vulgo *panariam ebrietatem* appellant arrogantiam licentiamque morum, 295 quae secundis rebus comes esse consueuit. Et est haec quidem non paulo periculosior illa quam vinum adduxit. Siquidem vini aestus pauculis horis aut etiam somno deferuescit, haec multis in omnem vsque vitam durare consueuit.

[A]

PALMAM FERRE

204

300 *Palmam ferre et palmam tribuere et palmam praeripere* et his consimiles orationes,

272 Possimus *H I*: Possumus *B-G*.*A-D*.293 *Fortunaque dulci E-I*: Dulcique fortuna

258 Xen. *Oec.* II, 13. Cf. *Inst.* p. 169, ll. 74-75: "Nihil enim magni si citharas aliquot obterat, qui studet bonus esse citharodudus."

Cf. Otto 683.

282-283 *prouerbiali senario* Menandr. *Monost.* 245 Jäkel. In der Gruppe εις προσοχήν der Theokrit-Aldina.

263-264 *An non ... subuertit?* Cf. *Inst.* p. 165, ll. 916-918: "At saepenumero videmus ciuitates populi industria bene constitutas ac florentes principum euerti culpa" und Ep. 288, ll. 58-59: "Et multo gloriosius est ciuitates condere quam euertere"; ll. 60-61: "Nunc plebs extruit et excolit vrbes, stultitia principum euertit."

286 *Est ... densiores* Cf. *Adag.* 1844 (Psecas aut ros), *ASD* II, 4, p. 242, ll. 592-594: "Ψεκάς enim aspersio illa ac velut irroratio vocatur, quoties minutissimis guttulis irrigamur, vt pluuia rori simillima."

203

270 *barbari ... veteres* Von Er. in der *Inst.* erwähnt: p. 154, ll. 551-552; l. 581. Cf. n.l. 18.

288 Ἔβριος μέθη Nach Plut. *Mor.* 716 a: Οὕτως ἄκονος ἀεί μέθη. *Theophrastus* Thphr. fr. 76 Wimmer.

274 *philantia* Cf. *Adag.* 292.

276-277 *apud quos ... libertate* Cf. *Isid. Orig.* IX, 3, 19: "Tyranni Graecae dicuntur. Idem Latine et reges. Nam apud veteres inter regem et tyrannum nulla discretio erat."

289 Cf. Plut. *Mor.* 716 a: "Ὡσπερ τὰ κουρεῖα Θεόφραστος εἰώθει καλεῖν ἄκονα συμπόσια διὰ τὴν λαλιάν. Siehe auch *Mor.* 679 a: Διὸ καὶ Θεόφραστος ἄκονα συμπόσια παίζων ἐκάλει τὰ κουρεῖα διὰ τὴν λαλιάν.

202 Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 30.

293 Plin. *Nat.* XIV, 141: "Alii mortifera elocuntur rediturasque per iugulum voces non continent."

Horatius Hor. *Carm.* I, 37, 11-12.

279 Ψεκάδες ... γενῶσαι Apost. 18, 52.

279-280 *Quoties ... maius* Nach Apost. loc. cit.

294 *Vulgo* Suringar 41, p. 62 sq. Cf. Harrebomée I, p. 98: "Hij is zo dartzel en brood-dronken dat hij kerkmaar en straatmaar is."

204

280 Plaut. *Men.* 375 sq. von Er. in *Adag.* 1768 angeführt: "Folia nunc cadunt / nunc si triduum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent" (*ASD* II, 4, p. 194, ll. 964 965).

300 *Palmam* Die Bedeutung 'Sieg' (und 'Ruhm') des Wortes 'palma' kommt oft

tametsi propter frequentem vsum simplices esse videantur, tamen prouerbiali schemate dictae sunt; neque enim palma per se victoriam significat, sed arborem ἐμπεδόφυλλον, id est *perpetuo virentem frondibus*, quam Graeci φοίνικα vocant. Cur autem ab hac potissimum sumpta sit metaphora, illud arbitror in causa fuisse, quod (quemadmodum in Conuiuialibus quaestionibus refert Plutarchus) haec vna fuerit communis omnium sacrorum certaminum corona, cum alioqui singuli ludi peculiare quasdam arbores [B] aut herbas [A] haberent, quibus victores insigniebantur, veluti laurum, oleam, myrtum, apium. Praeterea sunt qui putent hanc arborem initio Phoebos sacram fuisse ante laurum et antiquissimum victoris insigne fuisse palmam, non aliam quampiam arborem. Quamobrem autem haec arbor potissimum delecta sit ad eum vsum ab antiquis, A. Gellius causam reddit libro Noctium Atticarum tertio, capite sexto scribens arbori palmae peculiare quiddam inesse, quod cum ingenio fortium virorum conueniat. *Nam si super eius, inquit, lignum magna pondera imponas ac tam grauitur vrgeas oneresque, vt magnitudo oneris sustineri non queat, non deorsum palma cedit nec infra flectitur, sed aduersus pondus resurgit et sursum nititur recuruatque*, huiusque tam stupendae rei citat autores, Aristotelem in septimo Problematum libro et Plutarchum in octauo Symposiacorum. Et Plutarchi quidem verba super hac re reperi in eo quem Gellius citat libro:

305 Φοίνικος γὰρ ξύλον, ἂν ἄνωθεν ἐπιθεῖς βαρυπιέζης, οὐ κάτω θλιβόμενον ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ κυρτοῦται πρὸς τὸναντίον, ὥσπερ ἀντιστάμενον τῷ βιαζομένῳ. Τοῦτο δὴ καὶ περὶ τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγωνάς ἐστι. Τοὺς μὲν <γὰρ> ὑπ' ἀσθενείας καὶ μαλακίας εἰκόντας αὐτοῖς πιέζουσι κάμπτοντες· οἱ δὲ ἐρρωμένως ὑπομένοντες τὴν ἄσκησιν οὐ μόνον τοῖς σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς φρονήμασιν ἐπαίρονται καὶ αὐξοῦνται, id est

315 *Nam palmae lignum, si superimposito pondere grauitur premas, haud deflectitur deorsum, verum in contrarium curuatur, perinde quasi resistens oneri vim facienti. Hoc ipsum sane accidit et in certaminibus athletarum. Etenim qui per imbecillitatem animique molliciem cedunt illis, eos premendo deflectunt; at qui fortiter in eo studio perdurant, hi non modo corporis robore, verumetiam animi prudentia prouehuntur atque augentur.* Idem affirmat Plinius libro decimosexto, capite quadragesimosecundo

320 *Pondus, inquit, sustinere validae abies, larix, etiam in transuersum positae. Robur, olea incuruantur ceduntque ponderi, illae renituntur nec temere rumpuntur, priusque carie quam viribus deficiunt. Et palma arborum valida in diuersum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora panditur, palma e contrario fornicatur.* Idem affirmat

330 *Theophrastus libro De plantis quinto. Hoc virilis animi robur cum palmae genuina vi congruens Vergilius scite descripsit, cum ait:*

335

*Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,
Quam tua te fortuna sinet.*

Nec abhorret hinc Horatianum illud:

340 *Duris vt ilex tona bipennibus
Nigrae feraci frondis in Algido,*

*Per damna, per caedes ab ipso
Ducit opes animumque ferro.*

*Non hydra secto corpore firmior
Vinci dolentem creuit in Herculem,
Monstrumue summisere Colchi
Maius Echioniaeue Thebae.*

*Merses profundo, pulchrior euenit.
Luctere, multa proruet integrum
Cum laude victorem geretque
Praelia coniugibus loquenda.*

- 309 apium B-I: om. A.
310 antiquissimum s B F-I: antiquissimam A C-E.
312 A. Gellius I: Aulus Gellius A-H.
322 γάρ suppleuimus cum Stephano: om. A-I.
326-327 Hoc ipsum sane G-I: Atque hoc ipsum A-F.
327 et G-I: om. A-F.
328 premendo C-I: om. A B.

- 330 quadragesimosecundo F-I: quadragesimotertio [xliii. B] A-E.
331-332 positae. Robur, olea C-I: positae, robur, oleae A B.
332 illae s E-I: iliae A-D.
334 panditur A C-E; pandatur s B F-I.
342 caedes C-I: cedes A B.
347 Echioniaeue A-G I: Echionaeue H.

- vor. Siehe die Lexica, z.B. RE XX, 1 (1941), p. 402, l. 32 sqq.
303 ἐμπεδόφυλλον Plut. Mor. 723 e. Zu dem Wort ἐμπεδόφυλλος: Diels Empedocles 31 B 77 (= Plut. Mor. 649 c) und 31 B 78 (= Thphr. Caus. plant. I, 13, 2).
303-304 quam ... vocant Cf. Isid. Orig. XVII, 7, 1.
306 Plutarchus Es handelt sich um Plutarchs Frage: Διὰ τί τῶν ἱεροῶν ἀγῶνων ἄλλος ἄλλον ἔχει στέφανον, τὸν δὲ φοίνικα πάντες (Mor. 723 sqq.).
309 apium Von Plut. Mor. 723 e nicht erwähnt und erst in B eingeschoben (cf. app. crit.).
309-311 Praeterea ... arborem Es scheint, dass die Palme nur für Apollo in Delos kultische Bedeutung gehabt hatte. Der Lorbeer jedoch gehörte ursprünglich und untrennbar zu Apollo (cf. Fr. Börner, P. Ovidius Naso. Metamorphosen. Kommentar, Buch I-III, Heidelberg, 1969, p. 143). Plut. bezeichnet die Palme als allgemein gültigen Siegespreis bei Agonen, was erst für die Kaiserzeit zutraf. Nach Livius (X, 47, 3) wurden im Jahre 293 erstmalig bei den Ludi Romani den Siegern Palmen gereicht.

- Zu der Palme: RE XX, 1 (1941), pp. 401-404 s.v. phoenix.
312 Gell. III, 6, 2 (314 si super palmae iniquiunt, arboris; 316 intra).
317-318 Aristotelem ... libro Cf. Aristot. fr. 229 Rose.
318 Plutarchum Mor. 724 e f (320 βάρη πτέσης; 321 ἀνθιστάμενον; 322 ἔστιν; 323 οἱ δ' ἐρωμένως; 324 αὔξονται Hubert: αὔξοῦνται codd.).
330 Plin. Nat. XVI, 222-223 (332 rumpantur: rumpuntur edd. vett.; 333 palmae arbor: palma arborum ed. 1496 [plana arborum ed. 1483]; 333-334 et populus. Cetera omnia in inferiora pandantur: At populus contra omnia inferiora panditur edd. vett.; 334 palma ex contrario fornicatim: Palma e contrario fornicatur edd. vett.). Wir haben die Pliniusedition des Beroaldus (1483) und die im Jahre 1496 in Venedig erschienene Pliniusausgabe herangezogen. Cf. Adag. 2.xx, n.l. 75.
335 Thphr. Hist. plant. V, 6, 1.
336 Verg. Aen. VI, 95-96.
339 Horatianum illud Hor. Carm. IV, 4, 57-68.

[A]

RELINQVE QVIPPIAM ET MEDIS

205

Λεϊπέ τι καὶ Μῆδοις, id est *Reliquum facito aliquid et Medis*. Prouerbialis iocus in eos, qui ex conuiuio nihil reliqui faciunt aut qui facultates vniuersas abligu-
 355 riunt. Plutarchus in Symposiacis: Ἡμῖν μὲν οὖν τοῖς Βοιωτοῖς τὸ Λεϊπέ τι καὶ Μῆδοις διὰ στόματός ἐστιν, ἐξ οὗ Μῆδοι τὴν τε Φωκίδα καὶ τὰ ἔσχατα τῆς Βοιωτίας ἄγοντες καὶ φέροντες ἐπέτρεχον, id est *Nobis quidem Boeotis illud in ore est, Relinque quippiam et Medis, ex quo Medi et Phocidem ipsam et extremos Boeotiae terminos incurzarunt omnia vexantes miscentesque populationibus*. Subiicit autem,
 360 quod etiam vulgo hodie dictitant, Λεϊπέ τι καὶ ξένοις ἐπελθοῦσιν, id est *Relinquito quippiam et hospitibus aduenturis*. Adagium ad varios vsus trahi potest aut per ironiam, vt si dicas diuiti, indignis et sumptuosis haeredibus suas opes destinanti relinquere: Relinque quippiam et Medis, hoc est comparce tu quod dissipent ii, qui tibi male volunt, aut immodice profuso aut intemperantius
 365 garrulo, quemadmodum in Phormione Terentius: *Parce sodes, | vt possis cum illa*.

[A]

DEORVM MANVS

206

Θεῶν χεῖρες, id est *Deorum manus*. Olim per ironiam, vt opinor, dicebantur efficacia illa pharmaca, quae plurimis ex rebus et e longinquo petitis conficiuntur,
 370 quibus hodie tum medici tum pharmacopolae vulgo faciunt imposturam. Plutarchus quarta decade τῶν Συμποσιακῶν simul et prouerbium refert et Erasistratum citat huiusmodi medicorum mixturas improbantem: Ἄλλὰ πολὺ μᾶλλον, ὅταν μὴ γινόντες τὰς βασιλικὰς καὶ ἀλεξιφαρμάκους ἐκείνας δυνάμεις, ἄς θεῶν χεῖρας ὠνόμαζον. Ἐρασίστρατος δὲ ἐλέγχει τὴν ἀτοπίαν καὶ περιεργίαν, ὁμοῦ μεταλλικὰ καὶ βοτανικὰ καὶ θηριακὰ καὶ τὰ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάττης εἰς τὸ αὐτὸ συγκεραννύοντας. Καλὸν γὰρ ταῦτα ἐάσαντας ἐν πιτσάνῃ καὶ σικύᾳ καὶ ὑδρελαίῳ τὴν ἱατρικὴν ἀπολιπεῖν. Ἄλλὰ νῆ Δία τὸ ποικίλον ἐξάγει καὶ γοητεύει τὴν ὄρεξιν. id est *Quin multo magis, cum regales illas et efficaces variorum remediorum mixturas conficiunt, quas deorum manus appellarunt. Erasistratus autem coarguit absurditatem et curiositatem eorum, qui simul et metallica et herbaria et ferina, quaeque terra gignit, quaeque mare in vnum commiscuerunt. At bene haberet, si his omissis in ptisana et cucurbita et hydrelaeo medendi artem finissent. Verum per Iouem ipsa rerum varietas imponit nobis et appetentiam illicit*. [B] Hactenus Plutarchus. Meminit huius adagii Galenus tractatu vi. citans ex Erophilo. [A] Libet obiter et C.
 385 Plinii verba hoc loco subscribere, quibus medicorum mixturas taxat. Ea sunt in praefatione libri xxiiii. *Hinc, inquit, nata medicina. Haec sola naturae placuerat esse remedia parata vulgo, inuentu facilia ac sine impendio, ex quibus viuimus. Postea fraudes hominum et ingeniorum capturae officinas inuenere istas, in quibus sua cuique homini venalis promittitur vita. Statim compositiones et mixturae inexplicabiles decantantur. Arabia atque India in remedio aestimantur. Hulcerique paruo medicina a Rubro mari imputatur, cum remedia vera quotidie pauperrimus quisque coenet. Nam si*
 LB 114
 390

ex horto aut petatur herba vel frutex quaeratur, nulla artium vilior fiet. Hactenus Plinius.

[A]

QVOT HOMINES, TOT SENTENTIAE

207

395 Nihil vel hodie vulgo tritius est quam haec Terentiana sententia: *Quot homines, tot sententiae.* Cui similis est apud eundem et illa *Suus cuique mos erat.* Persius item:

Mille hominum species et rerum discolor vsus.

Velle suum cuique est nec voto viuunt vno.

400 Eodem pertinet et illud epigrammaticum, quo dictum est inueniri qui non

356 ἔστιν A-H: ἔστι I.

360 vulgo hodie G-I: hodie vulgo A-F;
ἐπελθοῦσιν A B E-I: ἐπελτοῦσιν C D.

362 suas opes B-I: suas A, sua s.

368 id est E-I: om. A-D.

370 pharmacopolae A C-I: pharmacapolae s B.

374 ὀνόμαζον A F-I: ὀνόμαζεν s B-E.

376 συγκεραννόντας *scripsimus cum* B.A.S.: συγ-

κεραννόντας A-I [συγκεραννόντας E in textu, συγκεραννόντας in *Erratis*]; σικύα *scripsimus cum* B.A.S.: σικύα A-I.

377 γοητεύει A B D-I: γοιτεύει C.

381 his B-I: is A, *corr. s.*

384 Erophilo F-I: Trophilo B C, Erophylo D E.

385 medicorum G-I: huiusmodi medicorum A-F.

205 Strömberg, p. 69.

353 Λεῖπέ τι καὶ Μήδοις Nach Plut. *Mor.* 703 f, cf. n.l. 355.

355 Plut. *Mor.* loc. cit. Dieser Passus folgt dem in *Adag.* 198 angeführten Ausschnitt (l. 75 sqq.).

359 *Subiicit* Cf. Plut. und Strömberg locc. citt.

360 *vulgo hodie* Suringar 194, p. 362 sqq. "Laat wat, voor die nog nakomen" (aus Harrebomée III, p. 42).

365 Ter. *Phorm.* 793-794.

206

368 Θεῶν χεῖρες Nach Plut. *Mor.* 663 c, cf. n.l. 371.

370 *quibus ... imposturam* Er. schätzt mitunter die Ärzte und Apotheker seiner Zeit nicht hoch. Siehe Ep. 1381, ll. 180-184: "Corporum medici frequenter variant et in morborum iudiciis et in praescribendis remediis, nonnunquam et pro remediis praescribunt venena, iuxta dictum Graeci poetae: Φάρμακα πολλά μὲν ἔσθλα μειγμένα, πολλά δὲ λυγρά."

371 Plut. *Mor.* 663 c (373 μιγνύη; 374 ὀνόμαζεν Ἐρασίστρατος; διέλεγε Leonicus: δ' ἐλέγχει codd.; 376 συγκεραννόντος Turnebus: συγκεραννόντας codd.; τὰῦτ'; 377 ἐν

ὕδραλαίω). Er. zitiert nach einer Handschrift.

384 Galenus, Kühn XII, p. 966, aus dem 6. Buch *De compositione medicamentorum secundum locos.* Die editio princeps des Galenus erschien erst 1525 bei Aldus. Diese fünf-bändige Ausgabe hat Er. von dem Drukker geschenkt bekommen (cf. Ep. 1746). Dazu: Heinimann-Kienzle *Adag.* 2676, *ASD* II, 6, p. 469, n.l. 903-904. Engels, p. 28.

385 Plin. *Nat.* XXIV, 4-5 (387 et quibus: *ex quibus* edd. vett.; 390 in medio (sic edd. vett.); 392 petantur, aut herba: *aut petatur herba* edd. vett.; fiat: *fiet* edd. vett.). Zu den edd. vett.: *Adag.* 204, n.l. 330.

207 Otto 826. Cf. Payr, p. 382 sqq.

395 *hodie* Suringar 193, p. 357 sqq. In den *Proverbia communia* (Nr. 46): "Also menich hooft, so menighen sin." Dieses Proverb ist bei Suringar loc. cit. reich belegt.

Terentiana Ter. *Phorm.* 454.

396 *Suus ... erat* Zweiter Teil der genannten Verszeile des Ter. (*Phorm.* 454), jedoch das Wort 'erat' hinzugesetzt.

397 Pers. 5, 52-53.

400 *illud epigrammaticum* Martial. VIII, 18, 11.

recusent agris paternis cedere, *qui velit ingenio cedere*, reperiri neminem. Horatius decentissimam addidit allegoriam:

*Tres mihi conuiuiae prope dissentire videntur,
Poscentes vario multum diuersa palato.*

405 Idem primam omnium odam huius argumento sententiae conscripsit aliis studiis alios duci, aliis alia cordi esse. Allusit facetissime Terentius in Phormione, cum e tribus aduocatis primus ait, secundus negat, tertius deliberandum censet. Huc alluisse videtur et diuus Paulus apostolus, cum admonet, vt ad praecludendam aemulationem sinamus vnumquemque in suo
410 sensu abundare. [C] Cui consilio si theologorum vulgus auscultaret, non esset hodie tanta digladiatio de nihili quaestiunculis; sunt enim omnino quaedam quae citra pietatis dispendium ignorari possunt. [A] Eam sententiam Euripides in Phoenissis latius explicuit:

Εἰ πᾶσι ταῦτὸ καλὸν ἔφυ σοφόν θ' ἅμα,
415 Οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις·
Νῦν δ' οὐθ' ὅμοιον οὐδὲν οὔτ' ἴσον βροτοῖς,
Πλὴν ὀνομάσαι· τὸ δ' ἔργον οὐκ ἔστιν τόδε, id est
*Cunctis idem si pulchrum et egregium foret,
Nulla esset anceps hominibus contentio;
420 At nunc simile nil, nil idem mortalibus,
Nisi verba forsitan inter istos concinunt;
At re tamen factisque conuenit nihil.*

Idem in Hippolyto coronato:

Ἄλλοισιν ἄλλος θεῶν τε κ' ἀνθρώπων μέλει, id est
425 *Hic his, hic illis, et homo cordi est, et deus.*

Huc respexit Homerus in Odysseae ξ:

Ἄλλος γάρ τ' ἄλλοισιν ἀνὴρ ἐπιτέρπεται ἔργοις, id est
Nanque aliis aliae res arridentque placentque.

[A]

EVM AVSCVLTA, CVI QVATVOR SVNT AVRES

208

430 Inter Graecanicorum prouerbiorum collectanea refertur: Ἄκουε τοῦ τὰ τέσσαρα ὦτα ἔχοντος, id est *Eum ausculta cui quatuor sunt aures*. Huius adagionis huiusmodi quoddam interpretamentum adfert Zenodotus: Oraculo quondam fuisse responsum Entimo Cretensi et Antiphemo Rhodiensi, vt eum obserua-
435 rent, cui quatuor essent aures. Is autem erat praedo quidam Phoenix, quem cauendum esse monebat oraculum. Porro quod quatuor aures habere dictus est, non satis liquet verene habuerit, an per allegoriam sit accipiendum, quod quatuor locis exploratores haberet dispositos. Verum illi cum dei responsum

tanquam ridiculum negligerent, in praedonem inciderunt atque ab eo sunt extincti. Itaque ex hoc euentu vulgo natam esse paroemiam existimant. Sed
 440 mihi magis arridet, quod idem ex Aristophane grammatico refert: Lacedaemonios Apollinis simulachrum ita solere fingere, vt quatuor haberet aures et manus totidem, vel quod (vt autor est Sosibius) hac figura visus sit illis apud Amyclas pugnantibus, vel significantes, vt equidem coniiicio, viro prudenti res
 445 quamplurimas tum audiendas esse tum vsu vitae periclitandas. Porro creditum est antiquitus nulla oracula fuisse certiora quam Apollinis. Vnde iactatum
 LB 115 etiam illud: Τὰ ἐκ | τρίποδος. Atque ita monet prouerbium audiendos esse illos, qui diuturno complurium rerum vsu prae caeteris sapiunt, ita vt fere faciunt senes. Vnde et apud Homerum laudatur Nestoris oratio tanquam omnium auditu dignissima, et in Odysseae secundo libro Aegyptium heroa
 450 senem primo loco loquentem facit:

“Ὅς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην καὶ μύρια ἤδη, id est
Qui iam incuruus erat senio, sed plurima norat.

417 ἔστιν *scripsimus*: ἔστι A-I.

421 concinunt A-D F-I: concinnunt E in *textu*, corr. in *Erratis*.

423 Hippolyto A C-I: Hippolyto B.

425 Hic his ... deus B-I: Aliis alia placent deisque et hominibus A.

426 in Odysseae ξ χ G-I: in Odysseae [Odis-

seae s B] N A-E, in Odysseae v F, in *marginē* E.

443 vel significantes A G-I: significabant B-F.

451 γήραϊ A-E G-I: γύραϊ F, corr. χ; μύρια G-I: μύρια A-F, corr. χ.

401-402 *Horatius* Hor. *Epist.* II, 2, 61-62.

405-406 *Idem* ... esse Cf. Hor. *Carm.* I, 1.

406 Cf. Ter. *Phorm.* 449-457.

408 *Paulus apostolus* Cf. *Rom.* 14, 5.

409-410 *vnnumqueneque* ... abundare Cf. *Rom.* loc. cit.: “Vnusquisque in suo sensu abundet.”

410-412 *Cui* ... *possunt* Zusatz C enthält Kritik an den Theologen. In einer langen Abhandlung anlässlich 1. *Tim.* 6 (LB VI, 926 D-928 E) stellt Er. sich, wie an unserer Stelle, gegen die ‘nugae’ und ‘quaestiuncula’ der Theologen: “Quid autem nunc loquar de quaestiunculis, non solum superuacaneis, sed pene dixerim impiis, quas mouemus de potestate Dei, de potestate Romani Pontificis? An Deus possit quoduis malum, etiam odium sui praecipere, et omne bonum prohibere” etc. (LB VI, 927 B). Siehe auch *Moria*, *ASD* IV, 3, p. 164, l. 611 sqq.

412-413 *Euripides* Eur. *Phoen.* 499-502 (414 ταῦτόν: ταῦτό codd.; 417 ὀνόμασιν Porson; ὀνομάσαι codd.).

423 *Idem* Eur. *Hipp.* 104.

426 Hom. *Od.* XIV, 228.

208 *Collect.* 546. Bühler IV, pp. 291-298.

430 *Graecanicorum* ... *collectanea* Zenob. 1, 54 = Ald. col. 18-19. Cf. Diogen. 2, 5 (Er.’ Quelle für *Collect.* 546). Apost. 1, 93.

432 *Zenodotus* Cf. Zenob. loc. cit.

432-445 *Oraculo* ... *Apollinis* Nach Zenob. loc. cit. jedoch nicht genau.

435-437 *Porro* ... *dispositos* Zusatz von Er., nicht bei Zenob. loc. cit.

440-442 *Lacedaemonios* ... *totidem* Nicht aus Aristophanes, wie Er. behauptet, sondern nach Sosibios (*FGrHist* 595 F 25 j). Der von Zenob. 1, 54 genannte Aristophanes ist Aristophanes von Byzantium, cf. A. Nauck, *Aristophanis Byzantii fragmenta*, Halls, 1848/Hildesheim, 1969, Byz. prov. 7, p. 239 = William J. Slater, *Aristophanes Byzantii Fragmenta*, New York, 1986, fr. 355, p. 125.

446 Τὰ ἐκ τρίποδος Cf. *Adag.* 690 (Ex tripode), LB II, 297 E und *Proleg.* n.l. 456.

448 *apud Homerum* Cf. Hom. *Il.* I, 247 sqq.

451 Hom. *Od.* II, 16.

Eodem spectauit Euripides in Phoenissis, ad quem locum allusit Lucianus in Hercule Gallico, id quod obiter admonendum putauit, propterea quod is dialogus inter multos alios a nobis Latinus est factus et allusio nonnihil habet tenebrarum, sed carmen poetae referam:

Ἦν τέκνον, οὐχ ἅπαντα τῷ γήρῳ κακά,
Ἐτεόκλεες, πρόσσεστιν ἄλλ' ἡμπεριρία
Ἐχει τι λέξαι τῶν νέων σοφώτερον.

460 Verba sunt Iocastae iam anus ad Eteoclem adolescentem filium. Ea nos sic vertimus:

*O gnate Eteocles, cuncta nequaquam mala
Adsunt senectae, nam per experientiam
Vsuque rerum dicere haud nihil rudi
465 Potest iuuenta melius ac prudentius.*

Idem nunc vulgus nostratium effert subsordida quidem, sed tamen apta metaphora, cum aiunt: *Prospectandum vetulo latrante cane*, hoc est nequaquam negligendum quoties senes periculum cauendum admonent; canes enim vetuli non latrant temere quemadmodum iuenculi.

470 [A] SEMPER FELICITER CADVNT IOVIS TAXILLI 209

Ἄει γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι, id est
Semper cadunt feliciter tali Iouis.

Senarius est prouerbio celebratus diciturque solitus in eos, quibus res omnes perpetuo quodam fortunae fauore ex animi sententia cederent. Apparet
475 translatum a talorum iactu, vbi fortassis antiquitus obseruatum est Iouis talos feliciores esse. Nam mos erat iactibus alearum ominis causa deorum aut hominum nomina praefari. Vnde et Veneris iactus inter felices numeratur vel prouerbio teste: *Si saepe iacies, aliquando Venerem iacies*. Nisi malumus ad Iouis victoriam Iunonisque victae fabulam referre. Sunt qui putent quadrare in eos,
480 qui factis suis dignas poenas dependerint quasi Ioue non sinente culpam inultam. Mihi videtur non absurde dici posse et in viros fortunatos ac praepotentes, quorum etiam parum recte factis applauditur attestante versu prouerbiali:

Ὡς εὐκόλως πίπτουσιν αἱ λαμπραὶ τύχαι, id est
485 *Quam facile semper res cadunt potentium.*

Ab hac sententia non abhorret illud Euripidis in tragoedia, cui titulus Phoenissae:

Πάντα δ' εὐπετῇ θεοῖς, id est
Sunt | cuncta diis procliuia.

490 Tum illud Homero frequens:

Θεοὶ δὲ τε πάντα δύνανται, id est
Coelestes omnia possunt.

[A]

THESSALORVM COMMENTVM

210

495 Θεσσαλῶν σόφισμα, id est *Thessalorum commentum*, varias ad res accommodari scribit Suidas, tum ad eos qui in acie locum deserunt, tum ad illos qui cultu delicatiore vtuntur, tum ad hos qui dolis quempiam circumueniunt. Natum autem arbitrantur ex huiusmodi quapiam historia: Arato Thessalo cuidam oraculo responsum est, caueret ne clanculum vinceretur ab iis, qui maiore splendidioreque voto oraculum aduersus ipsum ambirent. Quod ille simul-
 500 atque audiuit, votum nuncupat se centum hominum capita deo sacrificaturum. Deinde posteaquam ea, quorum gratia venerat, ex animi sententia

458 ἡμπεριὰ B D-I: ἡμπεριὰ A C.
 460 Iocastae C-I: Iocaste A B.
 463 senectae A C-I: senecte B.
 464 Vsque G-I: Vsumque A-F.

491 id est B-E G-I: om. A, id ste F, corr. χ.
 497 cuidam C-I: cuipiam A B.
 500 se centum B-I: secentum A, corr. s.

453 Eur. *Phoen.* 528-530 (458 ἡμπεριὰ).
Lucianus Lukian führt in seiner prolalia *Herc.* 4 den Euripidesvers *Phoen.* 530 an.
 454-455 is *dialogus ... factus* Er. übersetzte Werke Lukians: "Itaque coactus ipse mihi praceptor esse, verti multos Luciani libellos, vel in hunc vsum, vt attentius Graeca legerem ... ex minutioribus dialogis delectos octodecim, praeterea Herculeum Gallicum, Funuchum" etc. (*Op. ep.* I, p. 7 sq., l. 24 sqq.). Siehe *ASD* I, 1, pp. 381-627.
 466 *vulgus nostratium* Suringar 70, p. 117 sqq. "Als de oude honden blaffen: zie toe" (aus Harrebomée I, p. 315). "Als die oude hont bast, so salmen wtsien" (*Proverbia communia* Nr. 16).
 467 *Prospectandum ... cane* Cf. *Collect.* 723.
 209 *Collect.* 488.
 471 Bei den Paroemiographen: Zenob. 2, 44. (Schneidewin ad loc. τιμωμένων statt τιμωρουμένων) = Zenob. Ald. col. 8. Diogen. 1, 58. Apost. 1, 40. Suid. ἀεί 607.
 473-474 *Senarius ... cederent* Erläuterung nach den genannten Paroemiographen.
 478 *proverbio* Cf. *Adag.* 113, ll. 280-281: "Vetus adagium est: Si saepe iactaueris, aliquando Venerem iacies" (nach Themistius, cf. *Adag.* 113, n.l. 278).
 478-479 *Nisi ... referre* Cf. *Collect.* 488: "Et haud scio an in iaciendis talis id antiquitus fuerit obseruatum Iouis iactum feliciorum

esse. Nisi ad Iouis Iunonisque fabulam referre maluimus." Vermutlich weist Er. hier auf die von ihm in *Adag.* 3223 (Scit quomodo Iupiter duxerit Iunonem), *LB* II, 1029 C, erzählte Geschichte über die Heirat Jupiters mit Iuno hin.
 479-480 *Sunt ... dependerint* Cf. Zenob. Ald. col. 8. Apost. 1, 40. Suid. ἀεί 607. In der Erläuterung zu unserem Proverb findet sich bei Zenob. 2, 44 und Diogen. 1, 58 die Form τιμωμένων (statt τιμωρουμένων), cf. n.l. 471 und Schneidewin ad loc.
 482-483 *versu proverbiali* Menandr. *Monost.* 862 Jäkel. Dieser Vers steht in der Theokrit-Aldina (in der Gruppe εἰς εὐτυχίαν), cf. *Adag.* 30, n.l. 952.
 486 Eur. *Phoen.* 689.
 489 *cuncta ... procliuia* Er.' Übersetzung folgt dem metrischen Schema des Eur. (*diis* monosyllabisch).
 490 Hom. *Od.* X, 306.
 210 Strömberg, pp. 98-99.
 494 Θεσσαλῶν σόφισμα Suid. Θετταλῶν 291. Zenob. 4, 29 = Ald. col. 96.
 494-503 *varias ... Apolline* Nach Suid. loc. cit.
 497 *Arato* Suid. loc. cit. Ἀράτω (!) in der Chalcondylesedition 1499 (Ἀρατίω: Adler). Eust. p. 331, 21 zu *Il.* II, 732: Ἀράτω. Dazu: van der Valk, app. crit. ad loc.

LB 116 confecisset, votum ac sacrum persolvere sine fine cunctabatur tanquam neque
 505 quotannis hecatomben ei deo polliceri sint soliti, neque reddere tamen | quod
 essent polliciti. Thessalorum fraudulentiam notat et Euripides in *Phoenissis*:

Καί πως νοήσας Ἐτεοκλῆς τὸ Θεσσαλὸν
 Εἰσήγαγε τὸ σόφισμ' ὁμιλίᾳ χθονός, [C] id est
At sentiens hoc Eteocles mox Thessalam
Adbibuit artem gentis ob commercium.

510 [A] Idem alibi:

Πολλοὶ παρῆσαν, ἀλλ' ἄπιστοι Θετταλοί, id est
Multus quidem aderat, lubrica tamen fide
Grex Thessalorum.

Idem declarat Demosthenes in *Olynthiaca prima*: Εἶτα τὰ τῶν Θετταλῶν ταῦτα
 515 γὰρ ἄπιστα μὲν ἦν δῆπου φύσει καὶ αἰεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις, id est *Accedunt*, inquit,
ad haec res Thessalorum, quae profecto cunctis quoque mortalibus natura semperque
infidae fuerunt. A quibusdam sic refertur hoc adagium: Ἄει γὰρ τὰ τῶν
 Θεσσαλῶν ἄπιστα, id est *Semper enim res Thessalorum infidae.* Aristophanis
 520 enarrator ab Iasone natum proverbum existimat, quod is Medae promissam
 fidem soluerit, quod quidem illa illi exprobrat apud Ouidium in *Heroidum*
Epistolis. [C] Prouerbii meminit et is, qui fragmenta nobis Athenaei tradidit.

[A]

THESSALORVM ALAE

211

Θετταλικαὶ πτέρυγες, id est *Alae Thessalicae.* Prouerbiali ioco quondam diceba-
 525 tur in vestes manicatas, quas Graeci χειριδωτούς vocant, quod hoc genere per
 luxum ac delicias vterentur Thessali. Apud Maronem hoc amictus genus
 tanquam parum virile Troianis ab hostibus opprobratur:

Et tunicae manicas et habent redimicula mitrae.

Et apud Plautum quidam cultu Punico velut auis exotica ridetur propter
 manicas aut angulos alarum instar, vtrinque propendentes atque extantes.

530 [A]

THESSALA MVLIER

212

Θεσσαλική γυνή, id est *Thessalica mulier.* In veneficas malarumque peritas
 artium dici solitum. Propterea quod ea gens praeter caeteras hoc nomine
 notata est, id quod ex Apuleiano Asino pluribusque scriptoribus aliis satis
 liquet. Vnde Horatius in *Odis*:

535 *Quae saga, quis te soluere Thessalis*
Magus venenis, quis poterit deus?

[E] Plautus in Amphitryone veneficum appellat Thessalum. Et Strepsiades apud Aristophanem in Nubibus consulit Socratem an adhibenda sit Thessala incantatrix, quae lunam coelo detrahat, quominus in Neomenia cogatur aes alienum reddere. [A] Eam superstitionem in Thessalos a Medea profectam existimant, quae cum illac fugeret per aerem vecta, scriniolem veneficiis ac magicis herbis plenum deiecerit, eaque sparsa suppullulasse. [C] Quin et Plinius libri trigesimi, cap. i. docet magiam ad Thessalos vsque propagatam

504 polliceri A-F: pollicere G-I; sint B-I: sunt A.

506 Θεσσαλὸν *scripsimus*: Θεσσαλῶν A-I.

517 infidae A B D-I: in fide C.

503 *dignum Apolline* Vielleicht eine Anspielung auf Hor. *Epist.* II, 1, 216.

503-505 *Qua ... polliciti* Cf. Zenob. 4, 29.

505 Eur. *Phoen.* 1407-1408 (507 ἐσθήγαγεν σόφισμ').

510 *Idem* Eur. fr. 422 N. angeführt in den Aristophanesscholien zu *Plut.* 521, die Er. auch weiter (cf. n.l. 517 und n.ll. 518-519) verwendet. (Wir haben die Aristophanes-edition mit Scholien, die 1498 von Marcus Musurus in Venedig bei Aldus herausgegeben wurde, herangezogen). Der betreffende Euripidesvers wird auch von Suid. ἀνδραποδίζω 2154 angeführt. Siehe auch Schol. Eur. *Phoen.* 1408: Λοιδορεῖ δὲ τοὺς Θεσσαλοὺς ὁ Εὐριπίδης: πολλοὶ γὰρ εἰσιν, ἀλλ' ἄπιστα Θεσσαλοῖς (Schwartz, p. 393).

514 Demosth. I (1. *Olynth.*), 22. Hat Er. diesen Hinweis auf Demosth. in den Euripidesscholien zu *Phoen.* 1408 gefunden? Er. führt Demosth. jedoch nicht nach diesen Scholien an (Εἰσὶ τὰ τῶν Θετταλῶν ἄπιστα δήπου φύσει ταῦτα καὶ ἀεὶ πᾶσιν ἀνθρώποις).

517 *A quibusdam* Cf. Schol. Aristoph. *Plut.* 521 (siehe n.l. 510).

518-519 *Aristophanis enarrator* Schol. Aristoph. 521 (cf. n.l. 510 und 517).

520 Siehe z.B. Ov. *Her.* 12, 19, 37 und 119-120.

521 *Proverbii ... tradidit* Athen. I, 11 b. Nach der Erstausgabe des Athenaeus 1514 hinzugesetzt.

211

523 Θετταλικαὶ πτέρυγες Suid. Θετταλικαὶ 290. Dieses Stichwort geht dem des Adagiums 210 voraus. Siehe auch Diogen. 5, 20 = Apost. 8, 88: Θετταλικά περὰ Αἱ γὰρ Θετταλικαὶ ἐσθῆτες περρωταὶ ἦσαν.

524 χειρῶν τοὺς Cf. app. crit. Hier zeigt sich Er.' Unsicherheit hinsichtlich der Wörter χειρόδοτος (mit der Hand gegeben) und

519 is G-I: om. A-F.

523 Θετταλικαὶ A-H: Θεσσαλικά I.

524 χειρῶν τοὺς *scripsimus*: χειροδωτοὺς A-F, χειροδοτοὺς G-I.

χειρῶν τοὺς (beärmelt, mit Ärmeln versehen). Joh. Bapt. Pius bespricht in seinen *Annotationes* (cap. LVIII) anlässlich *Hist. Aug.* VIII, 8, 2 ("chiridotus Dalmatarum") das Wort 'chiridotus': "Sunt enim chiridotae vestes manicatae" und führt u.a. Verg. *Aen.* IX, 616 (cf. I. 527) an. Siehe auch *Adag.* 172, n.l. 756.

525 *Apud Maronem* Verg. *Aen.* IX, 616.

528 Plaut. *Poen.* 975: "Sed quae illaec auis est quae huc cum tunicis aduenit?"

212

531 Θεσσαλικὴ γυνή Suid. Θετταλή 289. Dieses Stichwort geht dem des Adagiums 211 voraus. Zenob. Ald. col. 96 (= Suid. loc. cit. ἐπὶ τῶν ... ἀνέφουσαν).

531-533 *In veneficas ... notata est* Cf. Suid. loc. cit.

533 *Apuleiano Asino* Cf. Apul. *Met.* II, 1: "Reputansque me media Thessaliae loca tenere, quo artis magicae nativae contaminatae totius orbis consono ore celebrentur."

pluribusque scriptoribus Siehe z.B. Plat. *Gorg.* 513 a. Lucan. VI, 333 sqq. Stat. *Theb.* III, 140. Prop. I, 5, 6. Hor. *Epod.* 5, 45-46.

534 Hor. *Carm.* I, 27, 21-22.

537 Plaut. *Amph.* 1043.

538 Aristoph. *Nub.* 749-756. Suid. loc. cit. verweist auf Aristophanes ohne den Namen des betreffenden Dramas zu nennen und führt die Verse 749-752 an.

540-542 *Eam ... suppullulasse* Nach dem Verweis auf Medea des Suid. loc. cit. (Suid. loc. cit. gründet auf den Schol. Aristoph. *Nub.* 749).

543 Plin. *Nat.* XXX, 7 (545 subtilitati sine aemulo genitus: *subtilitatibus peritus* edd. vett.; cognominaret: *cognominarit* edd. vett.; nach dem Wort 'peritus' setzen die von uns herangezogenen Editionen, cf. *Adag.* 204, n.l. 330, die Wendung "in eadem Telmeso genitus" hinzu).

545 diu ab ea gente cognomen obtinuisse, adeo *vt Menander quoque literarum subtilitatibus peritus, Thessalam cognominarit fabulam complexam ambages foeminarum detrabentium lunam.* |

LB 117

[A]

IN SINU GAUDERE

213

In sinu gaudere est tacitam apud se voluptatem sentire neque quod vulgo faciunt foras proferre gaudii notas. Tibullus:

550 *Qui sapit, in tacito gaudeat ille sinu.*

Propertius item:

In tacito cohibe gaudia clausa sinu.

Idem:

Alter in alterius mutua flere sinu.

555 De amantibus dictum, qui secretas animi curas inuicem effundunt, quas aliis caelant tamen. Cicero Tusculanarum quaestionum libro iii.: *Quoniam haec plausibilia non sunt, vt in sinu gaudeant, gloriose loqui desinant.* Plinius Caecilius libro ii., epistola i.: *Quibus ex causis necesse est tanquam immaturam mortem eius in sinu tuo defleam.* [H] Est aliquoties apud Senecam velut epistola cvi.: *Si bona tua non iactaueris, si scieris in sinu gaudere.* [A] Atque ea quidem loquendi figura videtur ab Homero sumpta mutuo, qui in Odysseae vicesimosecundo libro sic ait:

Ἐν θυμῷ, γρηῦ, χαῖρε καὶ ἴσχεο, id est
In tacito longaeva sinu preme gaudia nutrix.

565 Perinde dictum est in sinu, quasi dicas: in pectore tuo, non in labiis aut fronte, quibus partibus vulgus consuevit prodere quid in animi penetralibus occultat. [H] M. Tullius in epistola quadam ad Quintum fratrem: *Mibi crede in sinu est, neque ego discingor.* His verbis promittit fidem silentii. Nam si quis discingatur, effluit quod sinui creditum est. Plutarchus in vita Catonis
570 Vticensis e sinu dixisse videtur pro intima familiaritate: Ὑπάτους Πείσωνα τε Καλπούρμιον, δὲ ἦν πατὴρ τῆς Καίσαρος γυναικός, καὶ Γαβίνιον Παῦλον, ἐκ τῶν Πομπηίου κόλπων ἄνθρωπον, ὡς φασιν οἱ τὸν τρόπον αὐτοῦ καὶ βίον εἰδότες, id est *Pisonem Calpurnium, qui erat pater uxoris Caesaris, et Gabinium Paulum ex intimis Pompeii sinibus, vt aiunt qui mores ac vitam hominis norunt.* Scaeuola lib.
575 Pandectarum xxii., tit. De probationibus cap. xxvii. paulo diuersius vsurpat: *Quod omnem, inquit, fortunam et substantiam, si quam a matre susceperat, in sinu meo habui sine vlla cautione. In sinu meo dixit pro in potestate ac fide mea, quod enim alterius fidei committimus, in sinum deponere dicimur. Ita Terentius: Hanc mihi in manum dat.*

580 [A] FERAS, NON CVLPES, QVOD VITARI NON POTEST 214

A. Gellius scribit Publii mimi sententias aliquot ad communem sermonem accommodatissimas vulgo circumferri solitas, e quibus haec vna est, quouis philosophorum dogmate salubrior:

Feras, non culpes, quod vitari non potest.

585 Quibus verbis admonemur, vt mala fatalia quae nulla ratione possint neque declinari neque propelli, saltem animi aequitate leniantur. Nec aliud, tametsi verbis aliis, docet Euripides in Phoenissis, cum ait:

Δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν, id est
Toleranda fata numinum.

590 Idem in eiusdem tragoediae calce:

Τὰς γὰρ ἐκ θεῶν ἀνάγκας θνητὸν ὄντα δεῖ φέρειν, id est
Quippe mortalem necesse est ferre fata numinum.

Homerus Odysseae libro ix.:

595 Νοῦσόν γ' οὐ πῶς ἔστι Διὸς μεγάλου ἀλέασθαι, id est
Nulli fas vitare malum ex Ioue rege profectum.

545 complexam D-I: complexum C.
556 libro iii. [tertio C-F] C-I: libro v. A B.
557 Caecilius D-I: Cecilius A-C
558 necesse est A B: necesse C-I.
561 Odysseae B-I: Odyseae A, corr. s.
567 occultat B-I: occultat A.
573 Calpurnium scripsimus: Calfurnium H-I.
581 A. Gellius I: Aulus Gellius A-H.

544 Menander Plin. spielt auf die Komödie Θεττάλη / Θετταλοί des Menanders an.
213 Collect. 485. Otto 1655.
549 Tib. III, 19, 8 = IV, 13, 8 (550 ipse).
551 Prop. II, 25, 30.
553 Idem Prop. I, 5, 30.
556 Cic. Tusc. III, 51.
557 Plin. Epist. II, 1, 10.
559 Sen. Epist. 105 (nicht 106), 3. Zusatz H, nachdem die überarbeitete Seneca-Ausgabe (Basel, 1529) erschienen war.
561 Hom. Od. XXII, 411.
566-567 fronte ... occultat Cf. Adag. 748 (Frontem exporrigere. Frontem contra- here), LB II, 316 E.
567 Cic. Ad Q. fr. II, 12, 1.
569 Plut. Cato min. 33, 7 (570 Ὑπάτους δὲ; 571 Αὔλον Xylander: Παῦλον codd.; 572 τὸν βίον).
574 Scaenola Cervidius Scaevola, Jurist 2. Jh. n. Chr., Dig. XXII, 3, 27. Er. verweist in

591 τὰς F-I: τὰ A-D, δεῖ E in textu, corr. in Erratis: τὰ.
592 Quippe ... numinum χ G-I: Mortalem enim necesse est tolerare fata numinum A-F.
594 γ' οὐπῶς A E-I: γ' οὐτως s B, γ' οὐτως C, γ' οὐπῶς D.

Adag. 1932 (In sinu manum habere), ASD II, 4, p. 296, l. 354 auf dieselbe Stelle.
578 Ter. Andr. 297.
214 Collect. 283. Otto 653.
581 Publii mimi Sc. Publilius Syrus bei Gell. XVII, 14, 4 (cf. l. 584).
581-582 ad ... accommodatissimas Cf. Gell. XVII, 14, 3: "Sententiae feruntur ple- raeque lepidae et ad communem sermo- num vsum commendatissimae."
584 Publil. Syr. 176/F 11 Meyer (idem Fried- rich), wo man 'mutari' statt 'vitari' (Gell. XVII, 14, 4) liest, cf. app. crit. ad loc. Diese Sentenz wurde von Er. in seiner Edition der *Disticha Catonis* unter die Aus- sagen des Publilius Syrus aufgenommen (cf. Adag. 190, n.l. 957).
587 Eur. Phoen. 382.
590 Idem Eur. Phoen. 1763.
593 Hom. Od. IX, 411.

Huc pertinet et illud scitum Varronis dictum: *Vxoris vitium aut tollendum esse aut ferendum*. Item adagium quod suo dicemus loco: Μὴ πρὸς κέντρον λακτίζεις, id est *Ne contra stimulum calcitres*.

[A] SVRSVM VERSVS SACRORVM FLVMINVM FERVNTVR FONTES 215

600 Prouerbialis allegoria, qua quippiam praepostere fieri significamus legitimasque rerum vices inuerti, quod genus sit, si puer senem admoneat, discipulus praeceptorem docere conetur, seruus imperare domino. Sumptum est adagium ex Euripidis Medea: |

LB 118 "Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί,
605 Καὶ δίκη καὶ πάντα πάλιν στρέφεται,
Ἄνδράσι μὲν δόλια βουλαί, θεῶν δὲ
Οὐκ ἔτι πίστις ἄρηρε.

Quibus verbis chorus indicat pristinum rerum ordinem inuerti: viros iam dolis muliebribus vti neque manere promissis, contra mulieres audere virilia.
610 Vsurpat hanc paroemiam Lucianus in Terpsione, vbi haeredipeta delusus Plutonem incusat, quod ipse iuuenis adhuc morte praereptus esset superstite sene quem captauerat idque contra naturalem ordinem: "Ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε, inquit. Rursus idem in Apologia libelli Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῶ συνόντων: Πολλὴ γοῦν ἡ διαφωνία τοῦ νῦν βίου πρὸς τὸ σύγγραμμα καὶ τὸ ἄνω τοὺς
615 ποταμούς χωρεῖν καὶ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα καὶ παλινωθεῖν πρὸς τὸ χεῖρον τοῦτο ἂν εἴη, id est *Longe*, inquit, *lateque a scriptis tua nunc dissidet vita. Iamque illud, quod aiunt, accideret, ut sursum versus incedant flumina cunctaque pariter inuenterentur atque in deterius recantarentur*. Vsurpat et Diogenes Laertius in vita Diogenis Cynici narrans quemadmodum Diogenes vbi, perinde quasi dominus esset
620 non seruus, hero suo mandaret, vt quod erat iussus faceret, atque ille prouerbio respondisset, "Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν, 'atqui si medicum', inquit, 'aegrotus esses aere tuo mercatus, vtrum illi monenti pareres an istum ad modum responderes, ἄνω ποταμῶν?'. Vsurpat et Aristoteles in Meteorologicis. Eodem allusit Vergilius in Aeneide, cum ait:

625 *Amnis et Adriacas retro fugit Aufidus vndas,*

vbi Seruius admonet subesse prouerbium de re neque verisimili neque consistente. Flaccus in Odis sic extulit:

630 *Quis neget arduis
Pronos relabi posse riuos
Montibus et Tiberim reuerti;
Cum tu coemptos vndique nobiles
Libros Panaeti, Socraticam et domum,
Mutare loricis Hiberis
Pollicitus meliora, tendis?*

635 [H] vbi prouerbium annotauit Porphyrius. [A] Item Ouidius in Heroidum Epistolis:

*Cum Paris Oenone poterit spirare relicta,
Ad fontem Xanthe versa recurret aqua.
Xanthe, retro propra versaeque recurrere lymphae,
640 Sustinet Oenonen deseruisse Paris.*

Item Propertius:

Fluminaque ad caput incipiunt reuocare liquores.

[A]

AD FELICEM INFLECTERE PARIETEM

216

645 Aristophanes in comoedia, cui titulus Ranae, bellissimum vsurpat adagium, quod vtinam in literis duntaxat extaret, non etiam in omnium prope mortaliu vita:

Ταῦτα μὲν πρὸς ἀνδρὸς ἔστι
Νοῦν ἔχοντος καὶ φρένας καὶ

600 fieri A C-I: om. B.

614-615 ἄνω τοὺς ποταμοὺς *scripsimus*: ἄνω τοῦ ποταμοῦ A-C E-I: τοῦ ἄνω ποταμοῦ D.

615 ἀνεστράφθαι A-D: ἀναστράφθαι E-I.

622 monenti A-H: momenti I.

630 Tiberim E F: Tyberim A-D G-I.

632 Panaeti E-I: Paneti A-D.

633 Hiberis *scripsimus*: hiberis A-D, Iberis E-I.

639 Xanthe A-D F-I: Xante E.

640 Oenonen A B E-I: Oenonē C, Oenonem D.

596 Varronis dictum Cf. Gell. I, 17, 4: "Vitium, inquit, vxoris aut tollendum aut ferendum est." Es handelt sich um Varro Men. fr. 83 Bücheler.

597 adagium Cf. Adag. 246.

215 Otto 678. Cf. Proleg. I. 68. Dieses Adagium gehört zu den adynata. Siehe dazu die Literaturhinweise bei R.G.M. Nisbet, M. Hubbard I (cf. Proleg. n.l. 660), p. 341 (zu Carm. I, 29, 10) und E. Curtius, *Europäische Literatur und Lateinisches Mittelalter*, Bern, 1948, p. 102 sqq.

601-602 si puer ... domino Er. listet hier Beispiele der sog. 'Verkehrten Welt' Topik auf (cf. Curtius loc. cit.).

603 Eur. Med. 410-414 (605 δῖκα; 606 δ'; 607 ἄραρε: ἄραρε v.l.).

610 hanc paroemiam Eur. Med. 410 (ἄνω ... παγαί) wird von den Paroemiographen als παροιμία qualifiziert: Zenob. 2, 56. Zenob. Ald. col. 36. Suid. ἄνω 2596. Siehe auch Diogen. 1, 27.

Lucianus Lucian. Dial. mort. 6, 2.

613 Rursus idem Lucian. Apol. 1 (615 τοῦτ').

618 Diog. Laert. VI, 36.

619-623 quemadmodum ... ποταμῶν? Nach Diog. Laert. loc. cit.

623 Aristot. Meteor. II, 356 a 19: Τὸ λεγόμενον ἄνω ποταμῶν ἕπερ ἀδύνατον.

624 Verg. Aen. XI, 405.

626 Seruius Cf. Serv. zu Aen. XI, 403 (nicht 405): "Haec autem ponit inter impossibilia. Et vtitur Graeco prouerbio ἄνω ποταμοί: sic Horatius" etc.

627 Flaccus Hor. Carm. I, 29, 10-16 (631 nobilis: nobiles v.l.).

635 Porphyrius Cf. Porph. ad Hor. loc. cit.: "Παροιμιῶδες cuius sensus est: Quis non credat" etc.

Ouidius Ov. Her. 5, 29-32.

641 Prop. II, 15, 33 (642 incipient).

216

644 Aristoph. Ran. 534-536 (650 ἀεί: αἰεί Ald. 1498). Cf. Otto 1344.

- 650 Πολλὰ περιπεπλευκότος
 Μετακυλίνδεν αὐτὸν αἰεὶ
 Πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον, id est
Nam viri est prudentis illud,
Atque cordati catique
 655 *Multum aquae cui nauigatum, vt*
Semper ad felicius se
Cautus inflectat latus.

Prouerbiū autem ita commodius effertur: Πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον ῥέπειν, id est *In felicem parietem vergere*. Aristophanis interpres translatum existimat ab his, qui naui vehuntur, qui si quando nauis alterum latus fluctu deprimatur, protinus in alterum transcurrunt, quod altius extat ab vndis. 660 Dicitur et in hos, qui commodi sui respectu semper ad potentiores ac fortunatiores amicos applicant sese ac, quemadmodum muscae ad culinae nidorem aduolant reuolantque, ita fortunam potiozem in amicitia, non fidem sequuntur. Aut qui, dum est anceps exitus belli, quietem agunt, porro 665 simulatque iam inclinarit fortuna, vt appareat vtra pars sit victoriam reportatura, protinus ad | eam adiunguntur. Hoc animo legitur fuisse Metius ille Vergilianus et Polymestor, qui *victricia arma secutus* magis quam hospitii fidem *Polydorum obtruncat et auro | vi potitur*. Huiusmodi genus hominum eleganter notat idem Aristophanes in Pluto. Siquidem hic Chremylus iam diues factus 670 queritur sese obtundi huiusmodi salutatoribus qui aurum olfecerant:

- Βάλλ' ἐς κόρακας· ὡς χαλεπὸν εἰσιν οἱ φίλοι
 Οἱ φαινόμενοι παραχρῆμ' ὅταν πράττη τις εὖ, id est
Malam in crucem; vt res molesta, vbi ilico
Ad res secundas demum amici prouolant.

675 Eodem pertinet Euripideum illud ex Medea:

- Πένητα φεύγει πᾶς τις ἐκποδῶν φίλος, id est
Tenuem atque egenum cuncti amici deserunt.

Aristophanes:

- 680 Μή μοι ποτ' ἔλθῃς, ὅταν ἐγὼ πράττω κακῶς, id est
Ne tum mihi adsis, quando res cedunt male.

Interpres prouerbiū subesse admonet dici solitum in eos, qui tum amicorum consuetudinem deserunt, cum in periculis versantur; caeterum poetam verbis in contrarium versis ad paroemiam alluisse, quae recte sic efferrī consueuerit:

- 685 Μή μοι ποτ' ἔλθῃς, ὅταν ἐγὼ πράττω καλῶς, id est
Ne tum mihi adsis, quando res sunt prosperae.

Ad hoc facit et illud apud Euripidem in Oreste:

Τοὺς φίλους

Ἐν τοῖς κακοῖς χρὴ τοῖς φίλοισιν ὠφελεῖν.

Ἵταν δ' ὁ δαίμων εὖ διδῶ, τί χρὴ φίλων;

690

Ἄρκαϊ γὰρ αὐτὸς ὁ θεὸς ὠφελεῖν θέλων, id est

Inuare amicos rebus afflictis decet.

Quorsum opus amicis, cum benigna sors fauet?

Siquidem ipsa per se sufficit Rhamnusia,

Volens secundis adiunare fauoribus.

695

Idem poeta propius allusit ad adagium in eadem tragoedia, nisi quod catholicam sententiam ad praecones retulit:

Τὸ γὰρ γένος τοῖόνδ' ἐστ'· ἐπὶ τὸν εὐτυχῆ

Πηδῶσ' ἀεὶ κήρυκες· ὅδε δ' αὐτοῖς φίλος,

Ὅς ἂν δύνηται πόλεος ἐν τ' ἀρχαῖσιν ῥῆ, id est

700

Nanque id genus sunt usque praecones, uti

Feliciorum partibus se accommodent

649 περιπελευκότης *scripsimus cum Ald.*: περιπελευκότης *A-I*.

659 ab his *E-I*: ab iis *A-D*.

660 extat *B-I*: extet *A*.

661 Dicetur et *C-I*: Dicitur *A B*.

667 Polymestor *A-D*: Polymnestor *E-I*; qui *B-I*: *om. A*.

670 queritur *A C-I*: quaeritur *B*.

672 ἔταν *A-D*: ἔτ' ἂν *E-G*, ἔτε ἂν *H I*.

678 Aristophanes *A-D*: Antiphanes in Progonis citante Athenaeo lib. vi. [li. 6 G H] *E-I*. Cf. *app. crit. l. 716*.

679 id est *B-G*: *om. A H-I*.

685 tum *A-F*: tu *G-I*.

689 διδῶ *scripsimus cum LB*: διδῶ *A-I*.

698 ὅδε δ' αὐτοῖς *F-I*: ὁ δ' αὐτοῖς *A-E*.

700 Nanque *A C-I*: Nam *B*.

652–656 *Nam ... latus* Er. übersetzt die trochäischen Dimeter des Aristoph. in lateinische Verszeilen mit derselben Struktur.

657–658 *Prouerbiuum ... vergere* Er. zieht den geläufigen Ausdruck ῥέπειν dem ziemlich seltenen μετακλινῆναι des Aristoph. vor. Man vergleiche Schol. Aristoph. *Ran.* 536: Πρὸς τὸν εὖ πράττοντα τοῖχον ῥέπειν und Eust. p. 1021, 13 zu Hom. *Il.* XV, 382: Καὶ παροιμία, τὸ ἐπὶ τὸν εὖ ἔχοντα τοῖχον ῥέπειν.

658–660 *Aristophanis ... vndis* Cf. Schol. Aristoph. *Ran.* 536.

666–667 *Metius ille Vergilianus* Dieser Hinweis betrifft Mettus (Mettius) Fufetius, der Verrat an den Römern beging. Cf. Verg. *Aen.* VIII, 642 sqq.

667 *Polymestor* Er. spielt auf die Geschichte von Polydor und Polymestor, die Verg. *Aen.* III, 41 sqq. erzählt (ohne den Namen Polymestors zu erwähnen), an. Der Name 'Polymestor' war Er. durch die Tragödie *Hecuba* von Euripides, die er übersetzte, bekannt. Zu der Schreibweise 'Polymnes-

tor' (seit *E*): Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 79, n.ll. 445–446.

victricia ... secutus Verg. *Aen.* III, 54.

668 *Polydorum ... potitur* Verg. *Aen.* III, 55–56.

669 Aristoph. *Plut.* 782–783.

671 Βάλλ' ἐς κόρακας Cf. *Adag.* 1096 (Ad coruos), *LB* II, 446 B und *Proleg.* n.l. 68.

675 Eur. *Med.* 561.

678 *Aristophanes* Cf. *app. crit.* Der Satz "Antiphanes in Progonis citante Athenaeo lib. VI" (*E-I*) wurde im Jahre 1523 irrtümlich an unserer Stelle eingeschoben. Dieser Passus gehört in *Adag.* 217, l. 716, cf. *app. crit. ad loc.*

679 Aristoph. *Av.* 134 (679 τότε γ' sic Ald. 1498: ποτ' sic Suid. μὴ 945, cf. n.l. 681).

681 *Interpres* Schol. Aristoph. *Av.* 134. Siehe auch Suid. μὴ 945, an welcher Stelle Aristoph. *Av.* 134 mit den Scholien angeführt wird (Suid. loc cit. ὁτ' ἐγώ).

686 Eur. *Or.* 665–668 (689 τί δει: τί χρὴ v.l.).

695 *Idem poeta* Eur. *Or.* 895–897 (697 τοιοῦτον ἐπὶ).

*Amentque demum hunc, qui sit inter principes
Reique qui temperet habenas publicae.*

Idem in Hercule furente:

705 Καὶ τῶν καλῶν μὲν ὅστις ἀπολαύειν θέλει,
Συμπλεῖν δὲ τοῖς φίλοισιν δυστυχοῦσιν οὐ, id est
*Cui res secundae, huic nauiganti quilibet
Comes ire quaerit, non item infelicibus.*

710 Huc pertinet, quod Aristoteles libro *Moralium Eudemiorum* septimo prouer-
bium dictum ostendit: Χρόνον δεικνύοναι τὸν φιλούμενον, id est *Tempus indicare
quis vere amet*. Tempestas enim arguit amicitiam ac fucatos illos amicos detegit.

[A]

AMICO AMICVS

217

715 Quod est apud Terentium in *Phormione*: *Solus est homo amico amicus*, Donatus
indicat esse paroemiam atque ita legi apud Apollodorum, cuius utique
Phormio Graeca est: Μόνος ἐπίσταται φιλεῖν τοὺς φίλους, id est *Solus nouit
diligere amicos*. † Aristophanes apud Athenaeum: †

720 Ἄλλ' οὐδὲν μέλει
Τῶν σκωμμάτων μοι· τῶν φίλων γὰρ ὦν φίλος
Ἔργοισι χρηστός, οὐ λόγοις ἔφυν μόνον, id est
*At nil moror dicteria;
Amico amicus cum siem, factis neque
Verbis modo prodesse propositum mihi,
Sed re simul factisque.*

725 Ipsa figura prouerbium prae se fert, quemadmodum initio demonstraui-
mus. Quadrabit in eos, qui nullum officium refugiunt, modo gratum faciant amicis.
Huic affine videtur illud Euripidis in *Medea*:

Βαρεῖαν ἐχθροῖς καὶ φίλοισιν εὐμενῆ, id est
Beneuolam amicis, rursus asperam hostibus.

[F] Theocritus in *Aita*:

730 Ἀλλήλους δ' ἐφίλησαν ἴσω ζυγῶ· ἦ ῥα τότε ἦσαν |
LB 120 Χρῦσειοι πάλαι ἄνδρες, ὅκ' ἀντεφίλησ' ὁ φιληθείς, id est
*Par amor ambobus, mortales aurei olim
Vinebant, tum cum redamabat amatus amantem.*

735 Aristoteles apud Laertium crebro solitus est dicere, ὧ φίλοι, φίλος οὐδεὶς,
significans veram amicitiam interisse inter mortales.

[A]

MVNERIBVS VEL DII CAPIVNTVR

218

Quod scripsit Ouidius:

*Munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque.**Placatur donis Iuppiter ipse datis.*

740 Euripides in Medea vulgi sermone fuisse celebratum ostendit, cum ait:

Πείθειν δῶρα καὶ θεοὺς λόγος·

Χρυσὸς δὲ κρείσσων μυρίων λόγων βροτοῖς, id est

*Donis vel ipsos dictitant flecti deos;**Certe inter homines mille dictis luteum*745 *Praepollet aurum prorsus ac praeponderat.*

Celebratur et hic versiculus, [E] quem etiam vsurpauit Plato libro tertio Politiae:

[A] Δῶρα θεοὺς πείθει καὶ αἰδοίους βασιλῆας, id est

Cum diuis flectunt venerandos munera reges.

704 Hercule E-I; Iunone A-D.

705 μὲν A-G: om. H I.

706 δυστυχοῦσιν A C-I: δοστυχοῦσιν B.

716 Aristophanes apud Athenaeum [Athenaeum C] A-I. Cf. *app. crit. l. 678: illa complexio verborum*: Antiphanes ... lib. vi. *hic legenda est. Per errorem in adagio 216 addita est.*

719 ἔφυν A-D G-I: ἔφω E F.

704 *Idem Eur. Herc. 1224-1225 (706 φίλοισι).*709 Aristot. *Eth. Eud. VII, 1238 a 15*: "Ὁ τε χρόνος λέγεται δεικνύναι τὸν φίλον.217 *Collect. 566. Otto 97.*713 Ter. *Phorm. 562.**Donatus Don. ad loc. In der Erstausgabe (Venedig, Vindelini Spirensis) wurde das Wort παροιμία eingeschoben, cf. Wessner II, p. 463, app. crit. ad loc.*714 *Apollodorum* Apollodorus fr. 19 Kock (III, p. 286).716 *Aristophanes ... Athenaeum Cf. Adag. 216, n.l. 678. An unserer Stelle soll man lesen: "Antiphanes in Progonis citante Athenaeo lib. vi." Es handelt sich um Athen. VI, 238 f, an welcher Stelle ein Fragment aus der Progonoi des Antiphanes angeführt wird: Antiphanes fr. 195 Kock (II, p. 94).*724 *initio Cf. Proleg. II. 111-115.*726 *Eur. Med. 809.*

725 officium A B D-I: officum C.

729-735 Theocritus ... mortales F-I, addit π.

733 cum G-I: quum π F.

734 ᾧ *scriptissimus cum Diog. Laertio: ᾧ F-I.*

738 capiunt E-I: placant A-D.

739 Placatur donis E-I: Flectitur iratus A-D.

748 αἰδοίους H I: αἰδέιους A-G.

729 Theocr. 12, 15-16 (731 πάλιν: πάλαι; ἔτ': ἔκ'. πάλαι und ἔκ' nach der 1516 erschienenen Theokritedition des Zach. Kallierges).

734 *apud Laertium* Diog. Laert. V, 21 (οὐδεὶς φίλος). Siehe Aristot. *Eth. Eud. VII, 1245 b 20*: Οὐθεὶς φίλος, ᾧ πολλοὶ φίλοι. *Eth. Nic. IX, 1171 a 15-17*: Οἱ δὲ πολὺφίλοι καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι.

218 Otto 1165.

737 *Ov. Ars III, 653-654.*740 *Fur. Med. 964-965.*746 *versiculus* Suid. δῶρα 1451.*Plato Cf. Plat. Rep. III, 390 e (748 πείθει δῶρ' αἰδοίους βασιλῆας). Er. mag den Verweis auf Plat. bei Suid. gefunden haben. Der betreffende Vers wird in dem Wortlaut des Suid. (und Diogen. 4, 21. Apost. 6, 42) angeführt.*

750 Vnde Seneca philosophi cuiusdam apophthegma referens ait omnium esse dulcissimum accipere.

[A]

MANVM DE TABVLA

219

M. Tullius in epistola quadam: *Heus tu, manum de tabula! magister adest citius quam putaramus.* Videtur autem hac prouerbiali figura manum de tabula
755 admonuisse, vt desisteret a scribendis dictionibus. Allusum autem apparet ad Apellis nobilissimi pictoris dictum. Qui cum *Protogenis opus immensi laboris ac curae supra modum anxiae miraretur*, ait *omnia sibi cum illo paria esse aut illi meliora, sed vno se praestare, quod manum ille de tabula nesciret tollere*, memorabili praecepto nocere saepe nimiam diligentiam. Haec Plinius libro xxxv., cap. x. Proinde si
760 quando admonebimus, vt recedat aliquis ab opere negociouae, quod in manibus habet, iubebimus illum manum de tabula tollere. Peculiariter autem conueniet in quosdam scriptores plus satis accuratos et morosae cuiusdam diligentiae, qui sine fine premunt suas lucubrationes semper aliquid addentes, adimentes, immutantes, et hoc ipso maxime peccantes, quod nihil peccare
765 conantur.

[A]

EMERE MALO QVAM ROGARE

220

M. Tullius in Verrinis actionibus adagii vice citat: *Emere malo quam rogare.* Quo significatum est haudquaquam gratis accipi quod precibus emitur: imo nihil emi charius quam quod roganti datur. Durum enim illud verbum
770 ingenuis animis 'rogo', nec inter amicos vnquam expectandum autore Seneca. Translatum a veterum consuetudine, qua vicinus a vicino supellectilem commodato rogabat, quam ipse forte domi non habebat. Hunc autem morem antiquitus fuisse ex Plauti tum Aulularia tum Rudentibus licet cognoscere. L. Apuleius in Floridis: *Neque enim leui mercede emit qui precatur, aut paruum
775 precium accipit qui rogatur, adeo vt omnia utensilia emere potius velis quam rogare.* Idem innuit obscurius quidem, sed eleganter Graecis celebratum prouerbium, quod alio reddemus loco, Εὐχου τῷ πλησίον ἔχειν, ἐπὶ πλέον δὲ τῆ χύτρα, id est *Precare vicino, vt habeat, magis autem ollae.* Significat autem optandum quidem, vt vicinum habeas locupletem, a quo queas vtendum sumere, quod ipse domi
780 non habeas, verum multo satius esse [B] te ipsum [A] domi possidere, quicquid postulat vitae vsus.

[A]

MANVM NON VERTERIM. [I] DIGITVM NON PORREXERIM

221

[A] Prouerbialis hyperbole: *Manum non verterim* pro eo, quod est: nihil omnino laboro aut mea nihil refert. Nihil enim facilius quam manum vertere.
785 Extat [B] praeter alios [A] apud Apuleium in Apologia magiae: [E] *Quid de me, inquit, Mezentius sentiat, manum non verterim.* Item Cicero libro quinto De

finibus: *Ne manum quidem versuros fuisse.* [I] Idem eius operis libro iii.: *Chrysippus quidem et Diogenes detracta vtilitate ne digitum quidem eius causa porrigendum esse dicebant, quibus ego vehementer assentior.* Agit illic de gloria siue |
 LB 121 bona fama, quae sit omnino contemnenda, si nihil adferat vtilitatis iuxta illud
 791 e Satyra:

Gloria quantalibet quid erit, si gloria tantum est?

[F] De pollice verso diximus alibi. Quintilianus libro xi. scribit manuum
 795 gestus tantum habere momenti in pronuntiatione, vt propemodum velut
 altera lingua *pro omnibus verbis* loquatur. Sed *admirationi* proprie conuenit *ille*
gestus, quo manus modice supinata ac per singulos a minimo collecta digito, redeunte
flexu simul explicatur atque conuertitur. Interrogationi congruit ille, cum verti-
 mus *manum vtcunque composita est.* Quin et hodie manum erectam inuertimus,
 800 quoties discrimen minimum significamus. [G] In sermone quem modo citauimus
 ex Quintiliano, quod est *pro omnibus verbis*, puto rectius legi, *pro omnibus*
membris, vt intelligas quicquid caeterarum corporis partium gestu significari
 potest, id solam praestare manum. [F] Apud Plutarchum in vita Timoleontis

756 Apellis G-I: Ethionis A-C, Echionis
 D-F, nomen Echionis eradit, sed non emendat
 χ.

777 χύτρα A-C E-I: τύτρα D in textu, corr.
 in Erratis.

783 verterim B-I: vorterim A.

784 aut C-I: om. A B.

786 Mezentius F-I: Mencentius E in textu,
 corr. in Erratis.

793 lib. xi. I: libro ii. [siue 11?] F-H, corr. χ.
 799-802 In sermone ... manum G-I, addit χ.

750 Seneca Von uns nicht nachgewiesen.

219 Collect. 375. Otto 1038.

753 Cic. Fam. VII, 25, 1.

756 Apellis ... dictum Plin. Nat. XXXV, 80
 (758 manum de tabula sciret tollere: *manum*
ille de tabula nesciret tollere edd. vett.). Cf.
 Apophth. VI, Apelles 35, LB IV, 315 A.
 220 Collect. 403. Otto 597.

767 M. Tullius Cic. Verr. 2 IV, 12 (767 malo
 emere).

768-769 *imo nihil ... datur* Nach Sen. Benef.
 II, 1, 4: "Nulla res carius constat, quam
 quae precibus empta est."

770 Sen. Benef. II, 2, 1: "Molestum verbum
 est, onerosum, demisso vultu dicendum,
 rogo."

773 Plaut. Aul. 390-391.

tum Rudentibus Plaut. Rud. 332, 404.

774 Apul. Flor. 16, Vallette, p. 153 (774 aut
 leui; 775 *potius* om.).

777 *alio ... loco* Cf. Adag. 2406 (Opta vicino,
 vt habeat, magis autem ollae), ASD II, 5,
 p. 300.

Εύχου ... χύτρα Cf. Apost. 8, 11.

221 Collect. 401. Otto 1041. 548.

783 Prouerbialis hyperbole Cf. Apul., l. 785.

785 Apul. Apol. 56.

786 Cic. Fin. V, 93.

787 Idem Cic. Fin. III, 57.

792 Iuv. 7, 81.

793 *alibi* Adag. 746 (Premere pollicem.
 Conuertere pollicem), LB II, 315 E. Cf.
 Proleg. n.l. 496.

Quintilianus Quint. Inst. XI, 3, 85: "Nam
 ceterae partes loquentem adiuuant, hae
 [manus] ... ipsae loquuntur."

795 *pro omnibus verbis* Nach Quint. Inst. XI, 3,
 72 (es handelt sich an dieser Stelle nicht
 um die Hände, sondern um das Gesicht).

795-798 *admirationi ... composita est* Quint.
 Inst. XI, 3, 100-101 (796 digitos).

798 *Quin et hodie* Cf. Suringar 114, p. 207 sq.

799 *modo* Cf. l. 795.

799-802 In sermone ... *manum* Er. irrt sich:
 nach ihm bezieht sich die Wendung *pro*
omnibus verbis auf die Hände. Gemeint ist
 jedoch das Gesicht, cf. n.l. 795. Er.
 Emendation scheint nicht notwendig zu
 sein.

802 Plut. Timol. 11, 2-3.

quidam missus ad Andromachum post multa inhumaniter ac barbarice dicta
 805 hoc gestu se subuersurum illorum ciuitatem. At Andromachus ridens, nisi
 quod manu similiter supinata ac mox versa, iussit illum quamprimum abire,
 nisi vellet talem reddi nauem ipsius.

[A]

SEMPER LEONTINI IUXTA POCVLA

222

Ἄει Λεόντιοι περὶ τοὺς κρατῆρας, id est *Semper Leontini iuxta crateres*. In
 810 voluptarios quadrabit aut in eos, qui semper iisdem studiis sunt addicti.
 Leontini Siciliae populi sunt, quos vbi Phalaris expugnasset, ne quando
 rebellionem pararent, ademptis armis ad compotationes et voluptates reiecit;
 atque hinc natum adagium, quod refertur a Diogeniano.

[A]

CESTREVS IEIVNAT

223

Κεστρεὺς νηστεύει, id est *Cestheus ieiunat*. De famelicis et voracibus dici
 815 consuevit. [F] Vnde et qui fame oscitant, Κεστρεῖς dicuntur, et κεστρεύειν,
 quod conuicium olim in Athenienses iactum tradit Hesychius. [A] Alii malunt
 referre ad eos, qui vitam innocuam agunt et ab aliorum iniuriis abstinent nec
 villum emolumentum ex sua innocentia ferunt. Est enim cestreus piscis genus
 820 quoddam, quod reliquis mutua deuoratione victitantibus vnum ab aliorum
 carnibus abstinet ideoque non capitur esca, sed in limum abdit sese atque ibi
 perdurat et, vt arbitratur nonnulli, limo pascitur. [C] Quin captus etiam non
 alitur escis aut villo animante, cum sit acutis dentibus. Quin ipse impune
 825 metu vero caput occultat arbitrans totum corpus iam esse tutum. Vnde et
 Aristophanes apud Athenaeum:

Ἄρ' ἔνδον ἀνδρῶν Κεστρέων ἀποικία; id est
Num intus virorum Cestrem colonia?

[F] Alludit ad Cestrinam Chaoniae partem. [C] Et apud eundem Diphilus:

830 Κεστρεὺς ἂν εἶην ἔνεκα νηστείας ἄκρας, id est
Cestheus futurus ob inedia[m] grauissimam.

Rursum libro septimo refert ex Anaxandride:

Τὰ πολλὰ ἄδειπνος περιπατεῖ, κεστρῖνός ἐστι νῆστις, id est
Incoenis obambulat fere, ieiunus ille mugil.

835 [A] Refertur adagium a Zenodoto, Diogeniano, Suida, Athenaeo [C] libro
 Dipnosophistarum septimo, [A] qui quidem [C] praeter alia complura et illud
 [A] asscribit piscem a nonnullis appellari ploten et a congro deuorari, vt
 congrum ipsum a murena. Theodorus Gaza mugilem vertit.

[A]

VBI AMICI, IBI OPES

224

840 Plautus in Truculento:

Verum est verbum quod memoratur: vbi amici, ibidem opes.

Citatur et a Fabio prouerbii vice libro Oratoriarum institutionum quinto. Sensus est potiores esse amicos quam pecuniam et ad vitae praesidium plus habere momenti amicos citra pecuniam quam absque amicis opes. Vnde et

807 nauem G-I: nauim F.

815 Κεστρεὺς ... ieiunat D-I: Cestreus ieiunat, id est [om. A] Κεστρεὺς νηστεύει A-C.

816 consuevit A-H: conuenit I.

828 Cestrium χ G-I: Cestrorum A-F.

829 alludit I: allusit F-H.

830 εἶην C E-I: ἔην D.

831 Cestreus ... grauissimam F-I: Cestreus

vtnam essem ieiunii causa summi C-E.

832 libro septimo E-I: lib. sexto C D; Anaxandride E-I: Alexandride C D.

833 νῆστις C-F: νήστῆς χ G-I.

834 Incoenis ... mugil χ G-I: Fere incoenatus vsque obambulat Cestrinus est ieiunus C-F.

837 piscem B-I: om. A.

840 Truculento F-I: Cruento A-E.

222 Collect. 422.

808 ΠΟCΥΛΑ 'Pocula' ist die Übersetzung des Wortes κρατήρας (cf. l. 809). Er scheint sich ein Trinkgefäß vorzustellen. Die Übersetzungen 'scyphus' und 'patera' sonstwo zeigen das auch. Cf. Heinimann-Kienzle, ASD II, 4, p. 153, n.l. 31. Vielleicht nach Isid. Orig. XX, 5, 3: "Cratera calix est duas habens ansas, et est Graecum nomen."

809 Diogen. 2, 50 (Λεοντῖνοι).

810-813 in eos ... adagium Nach Diogen. loc. cit.

813 Diogeniano Cf. n.l. 809.

223

815 Κεστρεὺς νηστεύει Bei den Paroemiographen: Zenob. 4, 52 = Ald. col. 104. Diogen. 5, 53. Apost. 9, 76. Suid. κεστρεῶν 1429. Siehe auch Athen. VII, 307 c, cf. l. 835.

815-816 De famelicis ... consuevit Nach Zenob., Diogen., Apost. locc. citt. und Suid. κεστρεῖς 1432.

816-817 Vnde ... Hesychius Zusatz F aus Hesych. Cf. Hesych. κεστρεῦειν 2383, κεστρεῖς 2384 Latte.

817-822 Alii ... pascitur Nach Zenob. 4, 52. Cf. Plut. Paroem. 1, 8.

822 nonnulli Vermutlich ist Zenobius' Verweis auf Aristot. (Hist. an. VIII, 591 a 25-26) gemeint. Siehe auch Suid. κεστρεῖς 1432.

822-823 Quin ... dentibus Vielleicht nach Aristot. (fr. 318 Rose) bei Athen. (VII, 307 a): 'Ο κεστρεὺς καρχαράδους ὦν οὐκ ἀλληλο-

φαγεῖ, ἅτε δὴ οὐδ' ἔλωσ σαρκοφαγῶν.

823-824 Quin ... lupro Nach Athen. VII, 307 c (= Aristot. Hist. an. IX, 610 b 16): 'Ἀπεσθίεται δ' ὁ μὲν κεστρεὺς ὑπὸ λάβρακος?

824-825 In metu ... tutum Cf. Athen. VII, 308 b (nach Aristot. Hist. an. VIII, 591 b 4-5).

826 Aristophanes apud Athenaeum Athen. VIII, 307 e. Aristoph. fr. 156 Kock (I, p. 430) = fr. 159 PCG.

829 Alludit ... partem Vielleicht nach Steph. Byz. Τροία, Meineke, p. 638 sq.: Εἰσὶ καὶ ἄλλαι Τροῖαι ... ἔστι καὶ πόλις ἐν Κεστρίᾳ τῆς Χαονίας. Dazu: RE XI (1921), p. 358, s.v. Kestria.

apud eundem Athen. VII, 307 f-308 a. Diphilus fr. 54 Kock (II, p. 558) = fr. 53 PCG.

832 Rursum ... Anaxandride Athen. VII, 307 e f (833 πόλλ' ἄδειπνος). Anaxandrides fr. 34 Kock (II, p. 148). In margine χ: "Distingue versus."

835 Refertur adagium Cf. n.l. 815.

837 ploten Cf. Athen. VII, 307 b: Καλοῦνται δὲ οἱ κεστρεῖς ὑπὸ τινῶν πλώτες, ὡς φησι Πολέμων.

837-838 a congru ... murena Nach Athen. VII, 307 c (= Aristot. Hist. an. IX, 610 b 16-17).

838 Theodorus ... vertit Siehe Adag. 2111, ASD II, 5, p. 112, l. 202: "Certe affinem cestreo, quem Gaza vertit mugilem."

224 Collect. 176. Otto 88.

840 Plaut. Truc. 885.

842 a Fabio Quint. Inst. V, 11, 41.

845 apud Scythas autore Luciano is habebatur ditissimus, qui certissimos et
 LB 122 optimos amicos possideret. Verum si quis | ad huius seculi mores respiciat,
 adagium inuertendum existimabit: vbi opes, ibi amici. Quandoquidem:

Vulgus amicitias utilitate probat.

et

850 *Illud amicitiae quondam venerabile nomen
 Prostat et in quaestu pro meretrice sedet.*

[A]

TERRA VOLAT

225

'Η γῆ ἔπτται, id est *Terra volat*. De re vehementer absona quaeque nullo
 pacto fieri queat. Suidas hoc adfert exemplum τοῦ ἀδυνάτου. [E] Iulianus in
 855 epistola quadam prouerbiij nomine refert mutato verbo: Κούφη ἢ γῆ, κατάπερ
 ὁ λόγος, id est *Leuis terra, quemadmodum dicitur*. [A] Adagium hoc ad illorum
 affinitatem pertinet quae retulimus alibi: Ζεὺς ἄπταις, id est *Iupiter orbis*, et:

Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri.

[A]

ILIAS MALORVM

226

860 Ἰλιάς κακῶν, id est *Ilias malorum*. De calamitatibus maximis simul et plurimis.
 Propterea quod in Iliade Homericam nullum mali genus non recensetur. Vnde
 ex hac docti putant tragoediarum argumenta fuisse sumpta, sicut ex Odyssea
 comoediarum. Est autem opus verbosum, vigintiquatuor voluminibus vix
 absolutum. Vnde et quamuis orationem plus satis prolixam Iliade longiorem
 865 vocant, vt Aeschines aduersus Demosthenem. [E] Ταῦτα δὲ εἰπὼν δίδωσιν
 ἀναγνῶναι ψήφισμα τῷ γραμματεῖ, μακρότερον μὲν τῆς Ἰλιάδος, κενώτερον δὲ
 τῶν λόγων οὗς εἴωθε λέγειν, id est [A] *His dictis decretum scribae legendum tradit,*
prolixius quidem Iliade, vanius autem verbis iis quae dicere consuevit. Eustathius
 inuertit adagionem ad hunc modum: Καὶ παροιμία μέντοι κακῶν Ἰλιάδα φησίν,
 870 αὕτη δὲ καλοῦ παντός Ἰλιάς, id est *Iliadem malorum prouerbiij ait, at haec omnium*
bonorum Ilias. Synesius in epistola quadam ad fratrem: Καὶ ὄλωσ κακῶν ἂν
 Ἰλιάς περιέστη τὴν πόλιν ἡμῶν, id est *In summa, malorum Ilias circumstetit urbem*
nostram. [B] Plutarchus in Praeceptis coniugalibus: Ὁ δὲ ἐκείνων Ἰλιάδα κακῶν
 875 Ἑλλήσι καὶ βαρβάροις ἐποίησεν, id est *At illorum nuptiae Iliada malorum Graecis*
ac barbaris inuexerunt. [G] Loquitur enim de coniugio Paridis et Helenae, quod
 inaestimabilium malorum fuit causa. [E] Vtitur et M. Tullius in Epistolis ad
 Atticum: *Tanta malorum impendet Ilias*.

[A]

LERNA MALORVM

227

Λέρνη κακῶν, id est *Lerna malorum*, de malis item plurimis simul in vnum

880 congestis et accumulatis. Paroemiam Strabo commemorat libro Geographiae octauo scribens Lernam lacum fuisse quempiam, Argiuorum ac Mycenaeorum agro communem, in quem cum passim ab omnibus purgamenta deportaren-

845 Scythas *B-I*: Schythas *A*; habebatur *B-I*: habetur *A*
 846 possideret *B-I*: possideat *A*.
 854 τοῦ *B-I*: *om. A*.
 856 Adagium hoc *E-I*: Quod si videbitur inter prouerbia collocandum *A-D*.
 857 pertinet *G-I*: pertinebit *A-F*.
 866 κενώτερον *I*: κενότερον *E-H*.
 867 decretum scribae *E-I*: inquit decretum scribit *A-D*.

845 *Luciano* Cf. *Lucian. Tox.*, einer der von Er. übersetzten Dialoge Lukians, der von der Freundschaft handelt. Cf. *ASD* I, 1, pp. 425-448.

848 *Ov. Pont.* II, 3, 8.

850-851 *Ov. Pont.* II, 3, 19-20.

225

853 Ἡ γῆ ἔπαται *Suid. ἀδύνατα* 537 (nach *Diog. Laert.* VII, 75).

854 τοῦ ἀδυνάτου *Dazu: Adag.* 215 einleitende Anmerkung.

Iulianus Iul. Epist. 23 Hertlein = *Epist.* 33 Bidez-Cumont = *B. Weis, Epist.* 34 (855-856 κούφη γῆ καθάπερ λέγεται).

857 *alibi* Cf. *Adag.* 874 (*Jupiter orbis*), *LB* II, 360 *A*.

et Cf. *Adag.* 873 (*Nil intra est oleam, nil extra est in nuce duri*), *LB* II, 359 *E* und *Hor. Epist.* II, 1, 31. Siehe auch *Adag.* 2.xviii, n.l. 68.

226 *Collect.* 193. Otto 849.

860 Ἰλιάς κακῶν *Bei den Paroemiographen: Zenob.* 4, 43 = *Ald. col.* 98. *Diogen.* 5, 26 = *Suid.* Ἰλιάς 314. *Apost.* 9, 3. *Diogen.* 1, 10 listet eine Anzahl gleichartiger Ausdrücke, unter denen unser Proverb (*Κακῶν Ἰλιάς* sic *Collect.* 193), auf. Cf. *Adag.* 229, n.l. 922.

860-861 *De ... recensetur* Nach *Zenob.* loc. cit.

861-863 *Vnde ... comoediarum* Wir haben die *docti* nicht nachweisen können (vielleicht handelt es sich um eine der humanistischen Quellen von Er.), aber siehe *Plat. Rep.* X, 607 a: Ὀμηρον ... πρῶτον τῶν τραγωδοποιῶν. Nach *Athen.* VIII, 347 e hat Aeschylus seine Tragödien 'Schnitte vom grossen Mahle Homers' genannt. *Aristot.* spricht in seiner *Poetica* über die zwei Elemente πάθος und ἦθος in der *Ilias* und der *Odyssee*: ἡ μὲν Ἰλιάς ἀπλοῦν καὶ παθητικόν,

870 αὐτῆ *C E-I*: αὐτῆ *A B D*; at *A B E-I*: ad *C D*.

873 coniugalibus *F-I*: coniugalibus *B-E*.

874 βαρβάρους *C-I*: βαββαροις *B*.

874-875 At ... inuexerunt χ *G-I*: At ille illorum *Iliada* malorum *Graecis* ac barbaris fecit *B-F*.

875-876 Loquitur ... causa *G-I*, addit χ.

881 *Mycenaeorum H I*: *Myceneorum A-G*.

ἡ δὲ Ὀδύσσεια πεπλεγμένον ... καὶ ἡθικὴ (1459 b 14-15) und *Quintilian (Inst.* VI, 2, 20) sagt, dass ἦθος mehr der Komödie, πάθος mehr der Tragödie angehört.

865 *Aesch. Adv. Ctesiph.* 100 (865 δ' εἰπῶν). Die Reden Aeschines' wurden 1513 zum ersten Mal in einem Sammelband, der Werke von verschiedenen Rednern enthielt, gedruckt (Aldus). Cf. *Husner* Nr. 132 'Orationes Rhetorum 16 graece'. Er schob den griechischen Text Aeschines' nach der Erscheinung dieser Ausgabe ein (Zusatz *E*).

866 κενώτερον Diese Lesart scheint der der Ausgaben *E-H* (κενότερον) vorzuziehen, da der genannte Sammelband (cf. n.l. 865) die Schreibung κενώτερον hat. (Cf. *app. crit.*).

868 *Eustathius* Vielleicht nach *Eust.* p. 444, 22-24 zu *Il.* IV, 48. Diese Stelle stimmt jedoch weder im Wortlaut noch inhaltlich ganz mit Er.' Text überein. Eine andere Stelle können wir nicht nachweisen. (Das betreffende Proverb wird von *Eust.* auch p. 1175, 61 zu *Il.* XIX, 129 angeführt).

871 *Syn. Epist.* 95, *Garzya*, p. 159 (cf. *Adag.* 104, n.l. 130). Die Erstausgabe der *Synesius-Briefe*, die von *Marcus Musurus* besorgt war, erschien 1499 in *Venedig* (*Epistolae diuersorum philosophorum, oratorum, rhetorum sex et viginti*).

873 *Plut. Mor.* 140 f-141 a (873 δ' ἐκείνων).

876 *Cic. Att.* VIII, 11, 3 (877 Ἰλιάς).

227 *Collect.* 193.

879 Λέρνη κακῶν *Bei den Paroemiographen: Zenob.* 4, 86. *Suid.* Λέρνη 302. *Diogen.* 1, 10 (cf. *Adag.* 226, n.l. 860). Siehe *Zenob.* *Ald. col.* 111, Λέρνη κακόν (sic!).

880 *Strab.* VIII, 6, 8, *Meineke*, p. 526.

881-883 *Lernam ... κακῶν* Nach *Strabo* loc. cit.

tur, vulgo natum prouerbium Λέρνη κακῶν, [B] id est *Lerna malorum*. [A] In hoc lacu poetae fingunt hydram illam septem capitum constitisse, quam
 885 Hercules igni Graeco confecerit. Eam autem hydram Hesiodus scribit ex Echidna et Typhaone prognatam, alitam a Iunone nimirum in odium Herculis. Zenodotus ait locum quempiam fuisse in Argolica, in quem cum omne sordium genus promiscue coniicerent, foetidas inde ac pestilentes nebulas solitas exhalari. Quanquam rectius autumat, vt adagium ad Danaidum fabulam referatur. Nam ferunt Danaum quinquaginta iuuenes, Aegypti filios, quibus totidem filias suas collocarat, omnes eadem nocte trucidasse atque horum capita in eum locum fuisse congesta. Hinc ortum esse prouerbium. Neque vero negat fieri potuisse, vt contumeliae causa in eundem locum in quo capita composuerat, iusserit et purgamenta comportari. Itaque quoties
 890 hominem significamus vehementer infamem atque omni turpitudinis genere contaminatum aut coetum hominum pestilentium quasique sentinam et colluuiem facinorosorum, recte dicemus: Λέρνην κακῶν, id est *Lernam malorum*. [E] Apud Hesychium Cratinus comicus theatrum, quod ex varia mixtaque hominum colluue constaret, Λέρνην θεατῶν appellauit.

900 [A] MARE MALORVM 228

LB 123 Κακῶν θάλασσα, id est *Mare malorum*, dici solitum | de calamitatibus immensis et omnigenis; inde sumptum, quod mare res quaedam est infinita vel quod infinitis erumnis abundant qui in eo versantur. Euripides in Hippolyto Stephanophoro:

905 Κακῶν δ' ὁ τάλας πέλαγος εἰσορῶ
 Τοσοῦτον, ὥστε μήποτ' ἐκνεῦσαι πάλιν, id est
Tantum malorum pelagus aspicio miser,
Vnde enatandi nulla spes alluceat.

Plautus in Asinaria meretricem et lenam mare vocat tanquam omnium autores calamitatum,

Mare, inquit, non est mare: vos estis mare acerrimum.

Aeschylus in Supplicibus:

915 Κακῶν δὲ πλῆθος ποταμὸς ὡς ἐπέρχεται·
 Ἄτης δ' ἄβυσσον πέλαγος οὐ μάλ' εὐπορον, id est
Agmen malorum fluminis ritu ingruit,
Velutique pelagus altum, ita vt fundo vacet
Nec sine periculo nauigetur maximo.

[H] Quin et sacrae literae vim inexhaustam rei cuiuspiam significantes abyssum appellant. Itidem diuus Chrysostomus Περὶ τῆς ἱερωσύνης lib. vi. Θέα, inquit, τὴν ἄβυσσον τῶν πόνων: Vide, inquit, *laborum immensum pelagus*.

920

[A]

MARE BONORVM

229

Dicitur et diuersam in partem Ἀγαθῶν θάλασσα, id est *Bonorum mare*, de magnis et vehementer cumulatis commoditatibus. Vel quod ipsum mare ministret innumerabiles opes rerum, puta piscium gemmarumque, vel quod
 925 amplissimum profundissimumque sit, adeo vt nec exhauriri possit nec redundet vnquam, cum tanta fluminum vis in ipsum influat.

[A]

THESAVRVS MALORVM

230

Θησαυρὸς κακῶν, [B] id est *Malorum thesaurus*. [A] Ad eundem modum inuenitur cum alibi tum apud Euripidem in Ione:

887 Zenodotus *A C-I*: Zenodatus *B*; cum *B-I*: *om. A*.
 896 coetum *B-I*: cetum *A*, *corr. s*.
 901 Mare malorum *G-I*: Malorum mare *A-F*.
 903 Hippolyto *A C-H*: Hippolito *B I*.
 905 δ' ὁ *A-F*: δὲ ὁ *G-I*.

917 periclo *A D-I*: periculo *B C*.
 921 Mare bonorum *I*: Bonorum mare *A-H*.
 926 in ipsum *B-I*: in illud *A*.
 927 Thesaurus malorum *I*: Malorum thesaurus *A-H*.
 929 cum alibi *C-I*: tum alibi *A*, *om. B*.

883-885 *In hoc ... confecerit* Der Verweis auf Hercules und die Hydra von Lerna findet sich bei Zenob. Ald. col. 111: Λέρνη πηγὴ ἔστιν ἐν Ἀργεὶ τῆς Πελοποννήσου καθ' ἣν Ἡρακλῆς τὴν ὕδραν κατείραστο.
 885 Hes. *Theog.* 304-315.
 887 Zenodotus Zenob. 4, 86.
 887-894 *locum ... comportari* Nach Zenob. loc. cit.
 898 Hesych. Λέρνη θεατῶν 691 Latte. Siehe zu Λέρνη θεατῶν: Suid. Λέρνη 302: Ἀντὶ τοῦ κακῶν θέατρον. Κρατῖνος. Es handelt sich um Cratinus fr. 347 Kock (I, p. 113) = fr. 392 *PCG*. Cf. Apost. 10, 57.

228

901 Κακῶν θάλασσα Man bekommt den Eindruck, dass sowohl die griechische als die lateinische Fassung dieses Adagiums von Er. selbst in Analogie zu *Adag.* 229 verfertigt ist. Er. hat jedenfalls für diese Fassungen keine Belegstellen gefunden. Wohl führt er derartige Ausdrücke aus den Autoren an. Dazu: Leutsch zu Zenob. 1, 9, *Paroem. Gr.* I, p. 3 (Ἀγαθῶν θάλασσα): "Voces πόντος, πέλαγος, κύματα, κλύδων, βυθός, ὠκεανός cett. ad significandam rei alicuius magnitudinem saepe vsurpantur."
 903 Eur. *Hipp.* 822-823 (905 δ', ὦ: δ' ὁ v.l.).
 907 Die Übersetzung der Dochmien des Verses 822 stellte Er. vor eine schwierige Aufgabe. Er setzt sie in einen Trimeter

um.

909 Plaut. *Asin.* 134 (911 Nam mare haud est mare, vos mare acerrimum).
 912 Aeschyl. *Hic.* 469-470.
 918 *sacrae literae* Cf. *Ap. Joh.* 9, 1-2.
 919 Chrys. *De sacerdotio* VI, 9, 49-50 (A. Malingrey, *Jean Chrysostome, Sur le sacerdoce*, SC 272, Paris, 1980, p. 336). Er. gab 1525 den griechischen Text des Werkes Περὶ ἱερωσύνης heraus, cf. Ep. 1558 (14. März 1525) an Pirckheimer, praefatio zu dem genannten Text, (dazu: Allen, *Introd. Ep.* 1558) und Ep. 1733 (11. Aug. 1526), ll. 1-21, von Brixius. Brixius übersetzte *De sacerdotio*: Seine Übersetzung unserer Stelle lautet: "Hic tu contemplare laborum pelagus curarumque abyssum."

229 *Collect.* 192.

922 Bei den *Paroemiographen*: Diogen. 1, 10. Zenob. 1, 9 = Ald. col. 2. Suid. ἀγαθῶν 123. Apost. 1, 5. Diogen. 1, 10 war die Quelle für *Collect.* 193 (*Ilias malorum*. Lerna malorum, cf. *Adag.* 226, 227) und *Collect.* 192 (*Diuitiarum pelagus*. Opum cumulus. Bonorum formicarium, cf. *Adag.* 229, 231, 232). Siehe Bühler IV, p. 171.
 230 Otto 1777.

928 Θησαυρὸς κακῶν Nach Eur. *Ion* 923-924, cf. n.l. 929.

929 Eur. *Ion* 923-924. In margine χ: "Distingue versus."

930 Οἱμοι, μέγας θησαυρός ὡς ἀνοίγνυται
 Κακῶν, id est
*Me miseram, ut ingens panditur thesaurus ac
 Penus malorum.*

Extat inter Graecanicas sententias huiusmodi senarius:

935 Θησαυρός ἐστὶ τῶν κακῶν κακὴ γυνή, id est
Thesaurus est mulier malorum, si mala est.

[D] Vsurpauit adagium Plautus in Mercatore: *Tu quidem thesaurum huc appor-
 tasti mali.* [A] Vnde est et illud crebrius in arcanis literis: *Theaurizant sibi
 malum*, id est colligunt, accersunt quasique reponunt. Siquidem thesaurum
 940 proprie vocamus rerum vitium vim pariter reconditarum.

[A]

ACERVVS BONORVM

231

Ἀγαθῶν σωρός, id est *Bonorum aceruus*. De opibus ingentibus. Vnde et
 frequenter extractas dapes, extractas opes et cumulas opes pro copiosis
 legimus tanquam aceruatim congestas neque pondere neque numero, sed ipso
 945 cumulo infusas. Aristophanes in Pluto:

Ἡμῖν γὰρ ἀγαθῶν σωρός εἰς τὴν οἰκίαν
 Ἐπεσπέπαικεν οὐδὲν ἡδικοῦσιν, id est
*Nobis bonorum aceruus influit in domum
 Sine fraude nemini patrata iniuria.*

950 Idem in eadem fabula:

Ὡς ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντά σοι φέρω, id est
Vt agminatim cuncta tibi fero bona.

Rursum in eadem fabula per iocum in malam partem flexit:

955 Δηλοῖς γὰρ αὐτὸν σωρὸν ἦκειν χρημάτων ἔχοντα, id est
Venisse narras, qui ferat pecuniarum aceruum.

Verba chori senilis, cui Carion seruus iocans ita respondet:

Πρεσβυτικῶν μὲν οὖν κακῶν ἔγωγ' ἔχοντα σωρὸν, id est
Imo senilium ferat qui ad vos malorum aceruum.

Allusit autem ad senectutem illorum iam capulo vicinam. Nam σωρός per ὃ
 960 μικρὸν *tumululum* significat *sepulchralem*, σωρός per ὃ μέγα *cumululum* atque *aceruum*.
 Proinde consentaneum est seruum eius vocis syllabam data opera perperam
 pronunciassse. Haec atque id genus alia tum fiunt venustiora, quemadmodum
 iam saepius admonuimus, si paulo longius a simplici sensu detorqueantur.
 LB 124 Veluti si quis dicat in aliis oratoribus alias atque alias eminere dicendi

- 965 virtutes, in M. Tullio vno τῶν πάντων ἀγαθῶν σωρὸν εἶναι, [B] id est *omnium bonorum aceruum esse*. [A] Resipiunt huius adagii naturam illa Ciceroni familia-
ria, 'cumulare officiis', 'cumulatissime satisfacere', 'cumulus meritorum'.

[A]

BONORVM MYRMECIA

232

- 970 Ἄγαθῶν μυρμηκία, id est *Bonorum myrmecia*, de immensis opibus. Nam myrmecia Graece significat cauernam aut agmen formicarum. Quanquam ab illis formicis sumptum videri potest, de quibus meminit Plinius libro vnde-
cimo, capite tricesimoprimum; quas ait esse colore felium, magnitudine luporum Aegypti. Eas in septentrionali Indorum, qui Dardae vocentur, regione aurum e cauernis egerere. *Erutum hyberno tempore Indi furantur aestiuo feruore*
975 *conditis propter vaporem intra cuniculos formicis, quae tamen odore sollicitatae prouolant, neque raro lacerant quamuis praeuolocibus camelis fugientes*. Atque huc videtur respexisse diuus Basilius, cum scribit ad nepotes, quicquid vltra

941 Aceruus bonorum I: Bonorum aceruus A-H.

946 σωρὸς A-D G-I: σωρὸν E F.

947 Ἐπεισπέπαικεν *scripsimus*: Ἐπεισπέπαικεν A F-I: Ἐπίσπεταί κεν s B-E, Ἐπίσπε-
παίκην [?] χ.

948 Nobis ... domum χ G-I: Nobis domum aceruus influit A-F.

956 Verba B-I: Verba sunt A.

959-960 σωρὸς per ο μικρὸν F-I: σωρὸς genere foeminino A-E.

960 σωρὸς per ω μέγα F-I: σωρὸς [σωρὸς A-C] genere masculino A-E.

965 M. Tullio A-E G-I: Marco Tullio F.

976 neque G-I: neque non A-F.

930-933 Οἴμοι ... *malorum* Die Gliederung in Verszeilen war in den Ausgaben D-F nicht richtig (in A-C wie Prosa fortlaufend abgedruckt): Οἴμοι ... κακῶν / Me ... panditur / Thesaurus ... *malorum*. In χ hat Er. diese Einteilung verbessert und in margine "Distingue versus" hinzugesetzt.

934 *inter Graecanicas sententias* Cf. Menandr. *Monost.* 325 Jäkel, angeführt in der Theokrit-Aldina von 1495 in der Gruppe εἰς γυνάϊκα.

937 Plaut. *Merc.* 163: "Perii! Tu quidem thesaurum huc mihi adportauisti mali." Zusatz D. Dazu: *Adag.* 31, n.l. 979.

938 *Thesaurizant ... malum* Vielleicht nach *Rom.* 2, 5: "Thesaurizas tibi iram." Siehe auch *Iac.* 5, 3: "Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus."

231 *Collect.* 192.

942 Ἄγαθῶν σωρὸς Bei den Paroemiographen: Diogen. 1, 10 (cf. *Adag.* 229, n.l. 922). Zenob. 1, 10 = Ald. col. 2. Suid. ἀγαθῶν 123. Apost. 1, 5.

945 Aristoph. *Plut.* 804-805 (946 ἐς).

950 *Idem* Aristoph. *Plut.* 646.

953 *Rursum* Aristoph. *Plut.* 269.

957 Aristoph. *Plut.* 270.

966-967 *illa ... meritum* Von diesen Cicero zugeschriebenen Wendungen ist nur "cumulatissime satisfacere" zu belegen: Cic. *Fam.* XVI, 17, 2. Siehe auch Cic. *Tusc.* I, 109: "Cumulata erant officia vitae"; *Tusc.* I, 110: "Non ... tam cumulus bonorum iucundus esse potest quam molesta decessio."

232 *Collect.* 192.

969 Ἄγαθῶν μυρμηκία Diogen. 1, 10. Zenob. 1, 11 = Ald. col. 2. Suid. ἀγαθῶν 123. Cf. *Adag.* 229, n.l. 922.

971 Plin. *Nat.* XI, 111.

972-974 *quas ... egerere* Nach Plin. *Nat.* loc. cit.

974-976 *Erutum ... fugientes* Plin. *Nat.* XI, 111 (974 *Erutum hoc ab iis tempore hiberno sic edd. vett.*; 975 in cuniculos; 976 *crebroque lacerant sic edd. vett.*).

977 Basil. *Ad adulesc.* 9, 18. Er. führt Basilius' *Ad adulesc.* weder in *Adag.* 2.vi. (cf. ll. 885-886) noch an unserer Stelle im Griechischen an. Vielleicht verwendete er die Übersetzung von Leonardo Bruni, die vor dem Jahr 1500 mindestens neunzehnmal

necessitatem vsus supereset, siue id esset Lydia gleba siue formicarum auriferarum opus, hoc magis esse contemnendum, quo minus esset eo opus.
 980 Quamquam nihil prohibet, quominus ad nostras formicas referatur, non solum propter innumerabilem agminum multitudinem, verumetiam propter genuinam quandam animantis in accumulando penore industriam, ore trahentis quodcunque potest atque addentis aceruo, quemadmodum scripsit Flaccus. Qua quidem ex re factum opinor, vt antiquitus formicarum coetus opulentiam
 985 portenderit, quemadmodum testatur Cicero libro De diuinatione primo, *Midae*, inquires, *illi Phrygio cum puer esset, dormienti formicae in os tritici grana congesserunt. Ditissimum fore praedictum est. Quod euenit.* Huc alludit Theocritus in Encomio Ptolemaei:

Μυρμάκων ἄτε πλοῦτος ἀεὶ κέχεται μογεόντων, id est
 990 *Nec secus ac formicarum semper properantum
 Diuitiae sunt extractae.*

[B] Idem in Syracusanis:

Μύρμηκες ἀνήριθμοι καὶ ἄμετροι, id est
Formicae numeroque modoque carentes,

995 turbam hominum frequentem significans. [C] Huic affine generi est quod Plato libro De republica nono τὸ τῶν ἡδονῶν σμῆνος dixit, id est *voluptatum examen*, et Socrates apud Plutarchum Cheronensem, ἀρετῶν σμῆνος, id est *virtutum examen*, pro turba numeroque immenso. [D] Porro locus quem adducit Plutarchus, est in Menone Platonis. Confine est his quod idem adducit
 1000 in Cratylo: σμῆνος σοφίας, id est *examen eruditionis*. [C] Item quod apud Athenaeum libro octauo Alexis scripsit in Pamphila:

Παρέθηκε τὴν τράπεζαν, εἶτα παραφέρων
 Ἄγαθῶν ἀμάξας, id est
*Apposita mensa est, plaustra deinceps intulit
 5 Bonorum.*

[A]

DATHVS BONORVM

233

Δάθος ἀγαθῶν, id est *Dathus bonorum*, in eandem sententiam dici consuevit. Est autem Dathus Thassiorum colonia iuxta Strymonem cum alioquin opulenta ac florens tum quod habet etiam auri venas, vt hinc in prouerbium abierit Δάθος ἀγαθῶν, [B] id est *Dathus bonorum*, [A] de conferta rerum opulentia. [F] Prouerbii praeter alios meminit Suidas, apud quem legimus Δατός, non Δάθος.

[A]

THASSVS BONORVM

234

Θάσσος ἀγαθῶν, id est *Thassus bonorum*. Similiter natum adagium nempe a loci fertilitate. Nam Thassus insula est iuxta Thraciam. Zenodotus huiusmodi

15 quendam fabulam refert: Callistratus orator demigrans Athenis persuadere

979 esset eo opus *G-I*: eo esset opus *A-F*.
 980 nostras *G-I*: nostras *A-F*.
 983 Flaccus *A-H*: Fluccus *I*.
 999 Menone *H I*: Memnone *D-G*.

neuaufgelegt wurde. Der griechische Text scheint zum ersten Mal 1500 in Venedig gedruckt zu sein (herausgegeben von Kallierges). Dazu: R. J. Deferrari, Martin R. P. McGuire, *Saint Basil, The letters IV*, London/Cambridge, Mass., 1970, p. 371 sqq.

- 977-979 *quicquid ... eo opus* Er. mag die genannte (cf. n.l. 977) Übersetzung des Leonardo Bruni benützt haben. Man vergleiche: "Et quicquid vltra sufficientiam foret siue id Lydia gleba esset siue formicarum auriferarum opus tanto magis despiceret, quanto minus indigeret" (nach der Edition des Joh. Regiomontanus ca. 1476).
 983 *Flaccus* Hor. *Serm.* I, 1, 33-34: "Magni formica laboris / ore trahit quodcumque potest atque addit aceruo."
 985 Cic. *Div.* 1, 78 (986 Phrygi; 987 diuitissimum). Siehe auch *Adag.* 524 (Midae diuitiae), *LB* II, 230 D.
 987 Theocr. 17, 107.
 992 *Idem* Theocr. 15, 45 Er. setzt den Halvers der Theokrit in seinen unvollständigen Hexameter um (4 Versfüsse).
 996 Plat. *Rep.* IX, 574 d.
 997 Plut. *Mor.* 93 b: Σμῆνος ἀρετῶν κεκίνη-
 κας.
 998-999 *Porro ... Platonis* Cf. Plat. *Men.* 72 a.
 999 *idem* Plat. *Crat.* 401 e.
 1 Athen. IX (IX, nicht *octauo*), 380 e. Alexis fr. 171 Kock (II, p. 360).
 233 *Collect.* 693. Cf. Bühler IV, p. 165 sqq.
 7 Δάθος ἀγαθῶν Die Schreibung Δάθος = Dathus ist aus *Collect.* 693 übernommen. *Collect.* 693 berührt auf Hermolaus Barbarus zu Plin. *Nat.* IV, 42, an welcher Stelle Hermolaus sich auf Hdt. und Eust. beruft (cf. Pozzi, p. 247). Das Proverb Δάθος ἀγαθῶν findet sich im Wortlaut Δάτος ἀγαθῶν bei Zenob. 3, 11 = Ald. col. 66 (ἐφ' ἦν statt ἐφ' ἦ und ἔστι statt ἔχει. Nach Bühler IV, p. 165, ll. 5-6, ist ἔχει [Leutsch] die richtige Lesart). Suid. Δάτος 91. Apost. 5, 83. Die Schreibung Δάθος ist von Bühler nicht belegt. Er erwähnt, nebenbei bemerkt, wohl unsere Erasmusstelle: p. 171.
 7-10 *Est ... ἀγαθῶν* Nach Hermolaus Barbarus loc. cit.: "(Patos) Ipse Datus potius, ex Herodoto (IX, 75), item Eustathio qui ait

2 Παρέθηκε *scripsimus*: Παρέτηκε *C*, Παρέθηκα *D-I*.

8 Thassiorum *I*: Thasiorum *A-H*.

Thasiorum celebrem coloniam Daton fuisse circa Strymonem, adeo vt in prouerbum quoque illorum opes venerint: Δάτος ἀγαθῶν" (Die betreffende Stelle von Fustathius ad Dionys. Perieg. 517, p. 315, 34 M, wird von Bühler IV, p. 166 angeführt).

9 *auri venas* Nach Zenob. 3, 11. Suid. Δάτος 91. Cf. *Adag.* 234, n.l. 17.

11 *praeter alios* Cf. n.l. 7.

Suidas Suid. loc. cit. (cf. n.l. 7).

apud quem ... Δάθος Δάθος ist, wie gesagt, nicht belegt (cf. n.l. 7). Bei Zenob. Δάτος (sic Hermolaus). Apost. hat, wie Suid., die Schreibung: Δάτος (cf. Bühler IV, p. 166).

234 *Collect.* 693. Cf. *Adag.* 2117 (Thasium infundis), *ASD* II, 5, p. 115 sq., ll. 260-261. Bühler IV, p. 164 sqq. Nach der Überlieferung und deshalb auch bei Er. scheint es sich um zwei unterschiedliche Sprichwörter zu handeln: Δάτος (Δάθος) ἀγαθῶν und Θάσ(σ)ος ἀγαθῶν. Dieser Eindruck ist nicht richtig. Bühler weist unumstösslich nach, dass es nur ein Proverb gibt, nämli. Δάτος ἀγαθῶν. Datos (Daton) ist eine Landschaft in Makedonien, wo die gleichnamige Stadt entstand. Datos' Reichtum an Goldgruben (cf. Zenob. 3, 11) und Wäldern (cf. Ald. col. 95) war sprichwörtlich. Aus dem Leben des Callistratus kann man erschliessen, dass dieser Redner aus Athen die Thasier (nicht die Athener) anregte Datos (nicht Thasos) zu kolonisieren. Für die Argumentation und Literaturhinweise: Bühler IV, pp. 168-170.

13 Θάσσοσ ... *Thassus* Siehe zur Schreibung Θάσσοσ / Thassus (statt Θάσσοσ / Thasus) Zenob. Ald. col. 95. Zenob. Ald. col. 95 hat zwei Lemmata mit ähnlichem Text. Das erste Lemma jedoch: Θάσσοσ (sic) ἀγαθῶν, das zweite: Θάσσοσ ἀγαθῶν. Man vergleiche auch Suid. Θάσσοσ 60 = Apost. 8, 81: Θάσσοσ ἀγαθῶν.

14 *Zenodotus* Zenob. 4, 34 ähnelt Ald. col. 95 sehr. Die wichtigste Abweichung ist: ἔλην Schneidewin: ἔλην Ald. Zu diesen Lesarten: Bühler IV, p. 164, l. 17.

15-20 *Callistratus ... pollicentur* Nach Zenob. loc. cit.

conatus est Atheniensibus, vt regionem quae ex aduerso erat incolerent, multa splendida de eius feracitate iactitans, et quod auri venas haberet, et quod glebam optimam. ‘Denique in summa’, inquit, ‘Thassus bonorum est’. Hinc in vulgi sermonem abiisse Θάσσοσ ἀγαθῶν, [B] id est *Thassus bonorum*, [A] de iis, qui splendida pollicentur. |

LB 125 [A]

HOSTIVM MVNERA NON MVNERA

235

Priscorum superstitio credidit obseruanda vel maxime munera, a quibus, quo animo mitterentur. Propterea quod quae darentur ab iis, qui nobis male cuperent, exitio plerunque fuisse constaret. Ita vt fuit pyxis illa fallax per Pandoram a Ioue Prometheo missa. Quemadmodum fuit et vestis, qua Medea nouam nuptam Iasonis donauit. Rursum vestis illa, quam Deianira misit Herculi. Prouerbiorum interpretes existimant hanc paroemiam ex historia natam, quae refertur apud Homerum Iliados libro septimo. Narrat autem Hectorem et Aiace inita amicitia dona inter sese permutasse atque Hectorem Aiace donasse gladium, Aiace Hectori dedisse baltheum, deinde pariter ambobus suum munus exitio fuisse. Siquidem Ajax victus ab Vlysse cognitisque iis, quae per insaniam tum dixerat tum fecerat, eodem gladio sibi necem consciuit. Item Hector per occasionem balthei occisus est ab Achille iuxta muros Troianos. Adagium refertur apud Sophoclem in Aiace Mastigophoro, sed ita refertur, vt non ab Aiace natum, sed tanquam vetus iam tum ab eo videatur vsurpari. Siquidem is posteaquam mori decreuisset, execratur eum gladium quem quondam ab inimicissimo dono acceperat, eumque sibi fuisse inauspicatissimum ait neque quicquam omnino postea feliciter apud Argiuos successisse. Deinde suspicionem hanc vulgato dicto confirmans ait:

40 Ἄλλ' ἔστ' ἀληθῆς ἡ βροτῶν παροιμία
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα κούκ ὀνήσιμα, id est
Quin verum id est mortalium prouerbium,
Non esse dona dona, quae veniant tibi
Ab hoste, verum inauspicata ac noxia.

45 Hac de re fertur epigramma Graecum huiusmodi:

Ἐκτωρ Αἴαντι ξίφος ὤπασεν, Ἐκτορι δ' Αἴας
Ζωστῆρ' ἀμφοτέρων ἡ χάρις εἰς θάνατος, id est
Aiaci datus ensis ab Hectore, baltheus Aiace
Hectori, vtrique suum donum erat exitio.

50 Rursum ex alio quodam epigrammate:

Οὕτως ἐξ ἐχθρῶν αὐτοκτόνα πέμπετο δῶρα,
' Ἐν χάριτος προφάσει μοῖραν ἔχοντα μέρου, id est
Atque ita ab hoste hosti veniunt letalia dona,
Quae studii specie fata necemque ferunt.

55 Huc spectat et illud quod apud Euripidem Medea recusans Iasonis xenia tanquam perniciem allatura,

Κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς, inquit, δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει, id est
Laedit, iuvat nil improbi munus viri.

Seruius ostendit et Vergilium huc alluisse, cum ait in Aeneidos libro quarto:

60

Ensemque recludit

Dardanium, non hos quaesitum munus in vsus.

De gladio loquitur ab Aenea relicto, quo Dido sese confodit, quem Aeneam hostem et impium eadem vocat. Huic ascribendum loco, quod arcanae

37 eumque B-I: eoque A.

45 epigramma G-I: et epigramma A-F.

47 id est B-G: om. A H I.

49 vtrique D-I: vtrunque A-C.

51 πέμπετο B-I: πέμπεται A.

53 letalia A C E-I: lethalia s B D.

57 id est E-I: om. A-D.

17 *auri venas* Cf. *Adag.* 233, l. 9: "Quod habet etiam auri venas." Auch dies mag daraufhinweisen, dass es sich nur um ein Adagium handelt (nicht um zwei).

235 Otto 577. Es fällt auf, dass Er. in diesem Zusammenhang nicht den berühmten Vergilvers: "Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes" anführt. Dieser Vers enthält eine Anspielung auf das griechische Sprichwort Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, das Er. in unserem Adagium zitiert (cf. Otto loc. cit.). Auch Jebb (cf. n.l. 50) zu Ajax 664 sq. und Gaisford, p. 190, zu Diogen. 4, 82 (cf. n.l. 21) bringen den betreffenden Sophoklesvers (Ἐχθρῶν ἄδωρα) und Verg. *Aen.* II, 49 miteinander in Verbindung.

21 *Hostium ... munera* Nach Zenob. 4, 4 = Ald. col. 90. Diogen. 4, 82 a = Apost. 8, 22. Suid. Ἐχθρῶν 4028.

22-24 *Priscorum ... constaret* Dazu: Arthur Stanley Pease, *Publi Vergili Maronis Aeneidos, Liber Quartus*, Cambridge Mass., 1935/Darmstadt, 1967, p. 410.

24-25 *Ita ... missa* Zur Geschichte der Büchse der Pandora: *Adag.* 31, ll. 989-1000 und *Adag.* 31, n.l. 995.

25-26 *vestis ... donavit* Cf. *Adag.* 1998 (*Ardens vestis*), *ASD* II, 4, p. 337 sq., ll. 224-228, mit Hinweis auf Eur. *Med.* (1121 sqq.).

26-27 *vestis ... Herculi* Cf. *Adag.* 1998 (cf. n.l. 25-26), p. 336 sq., l. 190 sqq., mit Hinweis auf Zenob. (1, 33; Ald. col. 13).

27 *Prouerbiorum interpretes* Die Parioemiographen (cf. n.l. 21) weisen auf die Tragödie

Ajax von Sophocles hin. Siehe auch: Serv. *Comm. Aen.* IV, 496, cf. n.l. 29-34.

28 Hom. *Il.* VII, 299-305.

29-34 *Hectorem ... Troianos* Siehe Serv. loc. cit.: "Hoc autem tractum est de Homero, qui dicit gladium Aiacci datum ab Hectore et Hectori ab Aiace balteum, quae eis exitio fuerunt; nam alter tractus est balteo, alter se donato telo interemit."

34 Soph. *Ai.* 664-665, cf. ll. 40-41.

36-39 *Siquidem ... successisse* Cf. Soph. *Ai.* 654-663. Suid. Ἐχθρῶν 4028 führt die Verse *Ai.* 654-670 an.

40-41 Soph. *Ai.* 664-665.

45 *epigramma Graecum* *Anth. Pal.* VII, 151.

50 *ex alio quodam epigrammate* *Anth. Pal.* VII, 152, 7-8. Zu dieser Tradition der gegenseitigen, fatalen Schenkungen: R.C. Jebb, *Sophocles The Plays and Fragments, Part VII, The Ajax*, Cambridge, 1907, pp. 234-235.

55 Eur. *Med.* 618, von Zenob. 4, 4 angeführt. Hinsichtlich dieses Verses behauptet Jebb (zu Ajax, 664 sq., p. 105): "The γνώμη with which Medea rejects Iason's offers is different." Er erläutert dies nicht.

59 Serv. *Comm. Aen.* IV, 647.

Vergilium Verg. *Aen.* IV, 646-647.

62 *De gladio ... relicto* Cf. *Aen.* IV, 495: "Arma viri, thalamo quae fixa reliquit."

62-63 *quem ... vocat* Cf. *Aen.* IV, 424 (*hostem*) und *Aen.* IV, 496 (*impium*).

63-64 *arcanae scripturae* *Sir.* 12, 10: "Non credas inimico tuo in aeternum sicut enim aeramentum eruginat nequitia illius."

scripturae prouerbia admonent, ne de inimico reconciliato simus securi. Item
65 prouerbialis ille senarius:

Λόγον παρ' ἐχθροῦ μήποτ' ἠγήση φίλον, id est
Ab hoste dicta ne vnquam amica duxeris.

Et alter huic similis:

Ἐχθροῖς ἀπιστῶν μήποτ' ἂν πάθοις βλάβην, id est
70 *Diffusus hosti nil feres vnquam mali.*

Prouerbiū accommodari poterit etiam ad illos, qui pauperes munusculis
quibusdam captant diuites ad eum modum liberalitatem illorum velut elicien-
tes. Neque enim hoc est dare munus, sed flagitare. Vnde Plutarchus in
commentariolo Περὶ <τοῦ> Εἰ τοῦ ἐν Δελφοῖς probat, quod Dicaearchus
75 Archelao dictum ab Euripide putat:

Οὐ βούλομαι πλουτοῦντι δωρεῖσθαι πένης,
Μή μ' ἄφρονα κρίνης, ἣν διδοὺς αἰτεῖν δοκῶ, id est
Donare pauper diuiti velim nihil,
Ne stultus habear scilicet, si muneris
80 *Titulo atque specie dona videar poscere.*

Quadrabit [C] et in eos, qui per artes magicas daemonum vtuntur obsequiis
(nam ea demum exeunt in perniciem vtentium), [A] et in haeredipetas
postremo, qui quouis officio captant non ex animo, sed aliud spectantes. |
LB 126 Itaque mutatione voculae nouabitur paroemia nempe hoc pacto: Κολάκων
85 ἄδωρα δῶρα et πενήτων ἄδωρα δῶρα. Denique ποιητῶν ἄδωρα δῶρα, quemad-
modum admonuimus in operis initio.

[A]

DAVVS SVM, NON OEDIPVS

236

Oedipi ingenium scite proponendis simul et dissoluendis aenigmatum scyrcpis
nobilitatum est propter dissoluta sphingis problemata, adeo vt in prouerbium
90 abierit eius nominis appellatio. Velut apud Terentium in Andria seruus
dissimulans intelligere quod herus dixerat, *Dauus*, inquit, *sum, non Oedipus*. Id
quod commutato nomine potest ad quemlibet accommodari: 'Paulus sum,
non Oedipus', 'Antonius sum, non Oedipus'. Quin ipsa per se figura
prouerbialis est potestque ad eundem modum fingi ex quauis vel persona vel
95 re vulgo nobilitata vt 'Qui possim haec omnia meminisse? Petrus sum non
Lucullus'. 'Qui possim tantis sufficere laboribus? Nicolaus sum, non Hercu-
les'. 'Qui potero rem tam duram persuadere? Ricardus sum, non Cicero'. Sed
Terentiano dicto simile est illud Euripidis in Hippolyto coronam gestante:

Οὐ μάντις εἰμὶ τὰφανῆ γινῶναι σαφῶς, id est
100 *Non sum augur, abdita scire uti queam palam.*

Itidem in Hecuba:

Οὔτοι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ κλύων
 Ἐξιστορῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων, id est
Diuinus haud sum nec, nisi audiero, queam
 105 *Viam tuorum nosse cogitatum.*

Ergo torqueri poterit in eos, qui de industria loquuntur obscurius et αἰνιγματικῶς aut in hos, qui vel ob imperitiam vel superstitionem incognitarum vocum affectationem stilum obscurant ac vate magis egent quam lectore. Cuiusmodi fuisse Heraclitum tum Plato locis aliquot tum Aristoteles Rhetoricae artis libro tertio testatur additque eam hominis obscuritatem ex ancipiti verborum compositione fuisse profectam, cum incertum esset, vtro verbum aliquod esset referendum ad superiorane an ad sequentia. Proinde ad huius intelligendos libros Socrates Delio quopiam natatore opus esse dixit. Ad quod alludens Martialis ita iocatur in Sextum obscuritatis affectatorem:

115 *Non lectore tuis opus est, sed Apolline libris,
 Iudice te maior Cinna Marone fuit.*

Eundem Heraclitum cum suo vitio Iouiniano diuus opprobrat Hieronymus. Quanquam Laertius scribit eum philosophum, si quando libeat, oratione

70 vnquam B-I: nunquam A, corr. s.
 71 accommodari B-I: accomodari A, corr. s.
 74 τοῦ EI scripsimus: EI A-I.
 79 Ne stultus habear scilicet [habere B] B-I:

Ne me impudentem iudices A.
 89 sphingis A C-I: spingis B.
 92 accommodari B-I: accomodari A, corr. s.
 117 opprobrat A C-I: opprobrat B.

65 *proverbialis ille senarius* Menandr. *Monost.*
 451 Jäkel, cf. Theokrit-Aldina von 1495
 s.v. εἰς ἔχθραν (66 μήποθ' sic Ald.).
 68 *Et alter* Menandr. *Monost.* 237 Jäkel, cf.
 Theokrit-Aldina. Der hier zitierte Vers
 geht dem l. 66 angeführten voran (69
 οὔποτ' sic Ald.).
 73 Plut. *Mor.* 384 d.
 75 *ab Euripide* Eur. fr. 969 N. (77 ἦ).
 81-82 *et in eos ... vntium* Zusatz C gegen
 falsche Exorzisten.
 86 *initio* Cf. *Proleg.* ll. 456-460.
 236 *Collect.* 223. Otto 1280.
 88 *scyrpis* Dazu: Gell. XII, 6, 1: "Quae
 Graeci dicunt 'aenigmata' hoc genus qui-
 dam ex nostris veteribus 'scirpos' appll-
 lauerunt."
 90 Ter. *Andr.* 194.
 96 *Lucullus* Cf. Cic. *Ac.* 1, 2: "Habuit (Lucul-
 lus) diuinam quandam memoriam rerum."
 96-97 *Qui ... Hercules* Cf. *Adag.* 2001 (Hercu-
 lei labores), *ASD* II, 5, p. 23.
 98 Eur. *Hipp.* 346.
 101 *Itidem* Eur. *Hec.* 743-744.

103 σῶν ... βουλευμάτων Cf. *Adag.* 148, l.
 207.
 104-105 *Diuinus ... cogitatum* Dieselbe Über-
 setzung: *ASD* I, 1, p. 250, ll. 781-782.
 109 *Cuiusmodi fuisse Heraclitum* Heraclitus von
 Ephesus (ca. 535-475) wurde wegen seiner
 unklaren Redeweise ὁ Σκοτεινός genannt
 (cf. Suid. Ἡράκλειτος 472. Cic. *Fin.* II,
 15).
Plato Plat. *Symp.* 187 a.
 109-112 *Aristoteles ... sequentia* Nach Aristot.
Rhet. III, 1407 b 14-16.
 112-113 *Proinde ... dixit* Nach Diog. Laert.
 II, 22. Suid. Δηλίου 400. Siehe *Adag.* 529
 (Delius natator), *LB* II, 234 B.
 114 Martial. X, 21, 3-4.
 117 Hier. *Adv. Iov.* 1, 1 (PL 23, 222 A).
 118-119 *eum philosophum ... vti* Vielleicht
 nach Diog. Laert. IX, 7: Λαμπρῶς τ' ἐνίοτε
 ἐν τῷ συγγράμματι καὶ σαφῶς ἐκβάλλει. In
 der Übersetzung von Traversari (Ed. Basil.,
 1524, p. 310): "Lucide quidem interdum et
 aperte in suo opere loquitur et vt tardis-
 simo cuique facilis ad intelligendum sit."

luculentissima vti, vt appareat ex industria affectatam obscuritatem, adeo vt
120 discipulis etiam solitus sit praecipere σκότισον, id est *obscura*.

[A]

FINEM VITAE SPECTA

237

Extat apud Herodotum historia longe notissima, quemadmodum Solon
Croeso responderit nemini competere nomen beati, nisi qui feliciter vitae
cursum peregisset. Quod referens Iuuenalis,

125 *Quem vox, inquit, facunda Solonis
Respicere extremae iussit spatia vltima vitae.*

Hanc sententiam copiosius extulit Sophocles in Oedipo tyranno:

130 Ὡστε θνητὸν ὄντ' ἐκείνην τὴν τελευταίαν ἰδεῖν
'Ἡμέραν ἐπισκοποῦντα μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
Τέρμα τοῦ βίου περάσῃ μηδέν ἀλγεινὸν παθῶν, id est
*Itaque mortali supremus ille fatorum dies
Vsque respectandus, vt ne quem beatum indicet
Quin mali nihil vniversum passus aeuum exegerit.*

Eandem paulo diuersius idem extulit in Trachiniis:

135 Λόγος μὲν ἔστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανείς,
'Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοι βροτῶν, πρὶν ἂν
Θάνοι τις, οὔτ' εἰ χρηστὸς οὔτ' εἴ τω κακός, id est
*Vetus inter homines extat hoc prouerbium,
Haud posse quenquam quempiam cognoscere,
Bonus an malus sit, antequam fatalibus
140 Defunctus annis vltimum obierit diem. |*

LB 127 Consimiliter Euripides in Andromache:

Χρὴ δ' οὔποτ' εἰπεῖν οὐδέν' ὀλβιον βροτῶν,
145 Πρὶν ἂν θανόντος τὴν τελευταίαν ἴδῃς, id est
*Ne quempiam pronuncies mortalium
Vnquam beatum citius atque mortuo
Illo supremum videris vitae diem.*

Idem in Troadibus:

150 Τῶν δ' εὐδαιμόνων
Μηδένα νομίζειτ' εὐτυχεῖν, πρὶν ἂν θάνῃ, id est
*Ne quempiam horum, quos benignis flatibus
Fortuna prouehit, beatum enuncies
Prius atque vita excesserit feliciter.*

Eandem repetit aliis verbis in Heraclidis:

155 Τῆ δὲ νῦν τύχῃ
 Βροτοῖς ἅπασι λαμπρὰ κηρύσσει μαθεῖν,
 Τὸν εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦν, πρὶν ἄν
 Θάνοντ' ἴδῃ τις· ὡς ἐφήμεροι τύχαι, id est

160 *Caeterum hoc rerum statu*
Mortalibus denunciat palam omnibus
Docetque, ne qui prosperis successibus
Vti videtur, hunc beatum existiment
Prius atque demigrasse vita viderint;
Vsque adeo sunt mutabiles rerum vices.

165 Ovidius in Transformationibus sic extulit:

Sed scilicet ultima semper
Expectanda dies homini est, dicitque beatus
Ante obitum nemo supremaque funera debet.

Quin hodieque passim omnibus est in ore ab exitu rem spectandam esse.

170 [A] POSTERIORIBVS MELIORIBVS 238

Inter Graecanicas paroemias refertur Δευτέρων ἀμεινόνων, id est *Alteris melioribus*. Quo significabant ea quae prima experientia parum bene successerant, secunda nonnunquam commodius euenire et prioris consilii erratum posteriore consilio corrigi. Quod quidem nonnulli putant a sacris ortum, in

129 ἐπισκοποῦντα A C D: ἐπισποποῦντα B,
 εἰπισκοποῦντα E-I; μηδέν' F-I: μηδὲν A-E.

134 Eandem A-G: Eadem H I; Trachiniis
 F-I: Trachiis A-E, corr. π.

136 αἰῶν' A B D-I: αἰῶν C.

137 εἰ τῷ A-C: εἴτ' ᾧ D-I.

145 pronuncies [pronunties A B] A-C E-I:
 pronunciens D.

167 Expectanda A-D F-I: Expectandan E,
 corr. π; dicitque A C-I: dici B.

119-120 adeo ... obscura Wir haben keine
 Belegstelle gefunden.

237 Otto 1143.

122 apud Herodotum Hdt. I, 29-33; 86.

124 Iuv. 10, 274-275 (125 vox iusti; 126
 respicere ad longae iussit).

127 Soph. Oed. T. 1528-1530.

134 idem Soph. Trach. 1-3 (136 ἐκμάθοις:
 ἐκμάθοι v.l.; 137 θάνη: θάνοι v.l.).

142 Eur. Andr. 100-101.

148 Idem Eur. Tro. 509-510.

154 repetit Eur. Heraclid. 863-867.

165 Ov. Met. III, 135-137 (167 homini:
 homini est v.l.).

169 Quin ... esse Cf. Suringar 80, p. 140 sqq.

Proverbia communia Nr. 641: "Teynde moet
 den last draghen." Auch: "In alle dingen
 moet men op het einde letten" (Harre-
 bomée I, p. 136.).

238 Collect. 315. Otto 404.

171 *Inter Graecanicas paroemias* Zenob. 3, 15
 = Ald. col. 68 (καὶ ἄλλως am Ende hinzuge-
 setzt). Ähnlich: Diogen. 4, 15 = Apost.
 5, 88. Zenob. Ald. col. 68 enthält zwei
 Lemmata Δευτέρων ἀμεινόνων. Der zweite
 Artikel (ἐπὶ τῶν δευτέρα μαντεία χρωμένων)
 wird von Er. nicht zur Erläuterung unse-
 res Proverbs verwendet.

174 nonnulli Die Paroemiographen: Zenob.
 Diogen. Apost. locc. citt.

175 quibus si prima victima non fuisset litatum, iterabant sacrum meliora sperantes, id quod satis indicat leno Plautinus, qui saepius Veneri caesa victima litare non poterat. Plato libro De legibus quarto videtur ad talorum iactum aut lusum consimilem referre. Propterea quod non raro fit, vt cui lusus incommode ceciderit, is deintegro nouari ludum atque iterari postulet sperans fore
 180 vt iam feliciter ludat. Ait enim: Πάλιν οὖν, οἷόν φασιν οἱ παίζοντες, ἀμεινόνων ἐξ ἀρχῆς δευτέρων ἐπαναπολήσωμεν, id est *Rursum igitur, quemadmodum ludentes dicere consueuerunt, secundis denuo melioribus repetamus*. Quanquam et hoc loco παίζοντες referri potest non ad lusum aliquem, sed iocum magis prouerbialem. Sed interpretamento priori Tullius adstipulatur, qui secundo De diuinatione
 185 libro sic ait: *Quae est autem inconstantia deorum, vt primis minentur extis, bene promittant secundis*. Idem in Philippicis, [G] oratione duodecima: [A] *Posterioribus enim cogitationes, vt aiunt, sapientiores esse solent*. Idem ad Quintum fratrem: *Ego vero nullas δευτέρας φροντίδας habere possum in Caesaris rebus*, hoc est nullum idoneum reperio consilium, quo superioribus malis possim mederi. Huc
 190 respexit et Dauus ille Terentianus, cum ait:

Hac non successit, alia aggrediamur via.

Quin eodem alluisse videtur et Aristoteles primo τῶν Μετὰ τὰ φυσικά libro, cum ait: Δεῖ δὲ εἰς τοῦναντίον καὶ τὸ ἄμεινον κατὰ τὴν παροιμίαν ἀποτελεῦσθαι. Loquitur de his, qui causarum naturalium admiratione prouocati accedunt ad
 195 philosophandum. Quos causis cognitis vult iam desinere mirari et ad meliora conuerti. Porro prouerbum videri potest ex Euripidis ortum tragoedia, cui titulus Hippolytus coronatus:

Κἂν βροτοῖς

Αἱ δευτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι, id est

200 *Siquidem solet mortalibus prudentior
 Posterior esse aliquando cogitatio.*

Verba sunt nutricis ad Phaedram quasi recantantis ac palinodiam canentis superioris orationis, posteaquam videt eam de moriendo cogitare. Respexit huc et in Supplicibus: |

LB 128 Ἄλλ' ἐν δόμοις μὲν ἦν τι μὴ καλῶς ἔχῃ,
 206 Γνώμασιςιν ὑστέραισιςιν ἐξορθούμεθα,
 Αἰῶνα δ' οὐκ ἔξεστιν, id est
*In aedibus si quid parum recte est, licet
 Corrigere posterioribus sententiis,
 210 At non item aeuum.*

[H] Inde et metanoea dicta Graecis, quod posterior cogitatio perspicit aliter agendum fuisse.

[A]

ACTVM EST

239

215 Prouerbialiter his verbis etiam hodie desperationem significamus: *Actum est*, Graeci πέπρακται. Euripides in Hippolyto coronato:

Φεῦ φεῦ πέπρακται, βασιλις οὐκέτ' ἔστι δῆ, id est
Eheu, peracta res, hera occidit palam.

220 Terentius in Eunuchō: *Actum est, ilicet, | peristi*. Donatus existimat *actum est* sumptum a iure, *ilicet* a iudicio, *peristi* a supplicio. Nam haec tria pariter verba incremento quodam indicant desperationem. Quoniam autem fas non erat rescindere iudicium sententiam et eadem de re *bis iudicium adipiscier*, vt ait Terentius, vulgo receptum est, vt de negociis desperatis *actum esse* diceretur. Etiam si postea repertum est, vt quidam per iudicem in integrum restituerentur. Aut certe ideo dictum est *actum est*, quod quicquid peractum est, hoc iam
225 infectum esse non potest iuxta prouerbiales sententias, quae testantur, ne deo quidem permissum esse, vt quod factum sit, efficiat infectum. Plautus:

Nisi quid re praesidium apparatus, acta haec res est.
Certum est moriri.

Dicimus autem vel absolute 'actum est', vel cum adiectione quapiam huius-

181 ἐπαναπολήσωμεν *F-I*: ἐπαναπολήσωμεν
A-E.
186 oratione duodecima *G-I*, addit *χ*.
194 de his *B-I*: de iis *A*.
202 Phaedram *C-I*: Phaedram *A B*.
205 Ἄλλ' *A-D F-I*: Ἦλλ' *E*.

206 Γνώμῃσιν *A-D F-I*: Αῶμαῖσιν *E*.
215 Hippolyto *A C-I*: Hyppolyto *B*.
216 id est *D-I*: *om. A-C*.
217 Eheu *B-I*: Ehu *A*.
222 esse *F-I*: est *A-E*.
227 re *A*: rei *s B-I*.

176 leno Plautinus Cf. Plaut. *Poen.* 449 sqq.
177 Plat. *Leg.* IV, 723 d e. Siehe *Adag.* 113.
184 Cic. *Div.* II, 38 (185 quae autem inconstantia deorum est).
186 *Idem* Cic. *Phil.* XII, 5 (187 solent esse).
187 *Idem* Cic. *Ad Q. fr.* III, 1, 18.
190 Ter. *Andr.* 670 (191 adgrediemur).
192 Aristot. *Metaph.* I, 983 a 18.
194-196 *Loquitur ... conuertit* Nach Aristot. *Metaph.* I, 982 b 12-17; 983 a 12-13.
196 Eur. *Hipp.* 435-436 (198 κἄν).
202 *palinodiam canentis* Cf. *Adag.* 859 (*Palinodiam*), *LB II*, 356 A.
204 in *Supplicibus* Eur. *Suppl.* 1082-1084.
239 *Collect.* 515. Otto 42 Anm.
214 hodie Suringar I, p. 1 sq. "'t Is gedaan. 't Is uit'" (nicht in Harrebomée belegt).
215 Eur. *Hipp.* 778.
218 Ter. *Eun.* 54-55.

Donatus Don. zu Ter. *Eun.* loc. cit.: "Actum est de iure translatum, ilicet de iudicio, peristi de supplicio" (Wessner I, p. 280).
220 *desperationem* Cf. Don. zu Ter. *Andr.* 465: "Actum est in summa rerum desperatione ponitur <vt> (*Eun.* I, 1, 9-10) 'actum est, ilicet, peristi'" (Wessner I, p. 159).
220-221 *Quoniam ... adipiscier* Cf. Don. zu Ter. *Andr.* 465: "Haec res secundum ius ciuile dicitur, in quo cauetur, ne quis rem actam apud iudices repetat" (Wessner I, p. 159).
221 *bis ... adipiscier* Ter. *Phorm.* 406.
224-225 *quod ... sententias* Cf. *Adag.* 1272 (Quod factum est, infectum fieri non potest), *LB II*, 513 C, cf. Otto 627.
226 Plaut. *Rud.* 683-684 (227 apparatus Trachalio).

230 modi: 'Actum est de republica'. 'Actum est de tuis omnibus'. 'Actum est de rebus humanis'. 'Actum est de tua salute, ni vigilas'.

[A]

REM FACTAM HABERE

240

Huic pene diuersum est illud, quod aliquoties apud Martialem legitur *Rem factam habere* pro eo, quod est: certam et indubitatam. Siquidem promissa
235 parum certa sunt. Verum iis demum queas fidere, quae iam praestita sint atque exhibita. Velut ad Procillum:

Tu factam tibi rem statim putasti.

Rursum:

Iam te rem factam, Bithynice, credis habere?

240 *Rem factam* dixit quasi non promissam, sed paratam atque absolutam. Vnde et argentum factum dicimus, non rude, sed elaboratum ac caelatum. Aut respexit ad morem iuris, iuxta quem dixit Terentius: *Facta transacta omnia*. [H] Et M. Tullius in Catilinam inuectiua iii.: *Atque illud quod faciendum primum fuit, factum atque transactum est*. [A] Quoties in contractibus adhibetur quicquid ad
245 legitimam conuentionem pertinet.

[A]

FVMOS VENDERE

241

Nimis quam elegans adagium extat apud Martialem: *Fumos vendere* pro eo, quod est: principum benevolentiam simulato commendationis officio per occasionem familiaritatis precio vendere. Nam fumus initio quidem magnum
250 quiddam esse videtur, verum euanescit ilico. Martialis carmen hoc est:

*Vendere nec vanos circum palatia fumos,
Plaudere nec Cano, plaudere nec Glaphyro.*

Vnde et praestigiosam rerum magnarum spem atque ostentationem, fumum ac nebulas vocamus. Diuus Hieronymus contra Rufinum: *De tanta librorum
255 sylua vnum surculum ac fruticem proferre non potes. Hi sunt veri fumi, hae nebulae*. Nam Rufinus opprobrarat Hieronymo, quod poetarum literas quasi fumos obiiceret virginibus non intellecturis. At Hieronymus prouerbi telum imperite tortum in eum retorquet doctius indicans eo verbo non obscuritatem, sed inanem ac falsam ostentationem significari. [B] Plutarchus De deo Socratis:
260 Τὸν δὲ τῦφον ὡσπερ τινὰ καπνὸν φιλοσοφίας εἰς τοὺς σοφιστὰς ἀποσχεδάσας, id est *Fastum autem ceu fumum quandam philosophiae in sophistas dispersit*. [A] Porro genus hoc hominum maximam aularum regalium pestem Helius Lampridius eleganter ac luculenter exponit in imperatoris Heliogabali vita. Eius verba
LB 129 libuit subscribere: *Zoticus, inquit, sub eo tantum valuit, vt ab omni|bus officiorum
265 principibus sic haberetur quasi domini maritus esset. Erat praeterea idem Zoticus, qui*

hoc familiaritatis nomine abutens omnia Heliogabali dicta ac facta venderet fumis quam maxime diuitias enormes sperans, cum aliis atque aliis polliceretur, omnes falleret egrediensque ab illo singulos audiret dicens: 'De te hoc locutus sum'; 'Hoc de te audiui'; 'Hoc de te futurum est'. Vt sunt homines huiusmodi, qui si admissi fuerint ad nimiam familiaritatem principum, famam non solum malorum, sed et bonorum principum vendunt. Et qui stultitia vel innocentia imperatorum, qui hoc non perspiciunt, infami rumigatione pascuntur. Hactenus ille. Caeterum adagium fecit insignius Thurini Verconii supplicium, quod quidem in vita Alexandri Seueri idem Helius refert ad hunc modum: Solus, inquit, post meridiem vel matutinis horis idcirco nunquam aliquos videbat, quod ementitos de se multa cognouerat, speciatim Verconium Thurinum; quem cum familiarem habuisset, ille omnia vel fingendo sic vendiderat, ut Alexandri, quasi stulti hominis et quem ille in potestate haberet et cui multa persuaderet, infamaret imperium. Sicque omnibus persuaserat, quod ad nutum suum omnia faceret. Denique hac illum arte deprehendit, ut quendam immitteret, qui a se quiddam publice peteret, ab illo autem occulto quasi praesidium postularet, ut pro se Alexandro secreto suggereret. Quod cum factum esset et Thurinus suffragium promississet dixissetque se quaedam imperatori dixisse, cum nihil dixisset, sed in eo pendere, ut adhuc impetraret euentum vendens, cumque iterum inuississet Alexander interpellari et Thurinus quasi aliud agens nutibus annuisset neque tamen interim quicquam dixisset, impetratum autem esset quod petebatur, Thurinus autem ab illo qui meruerat, fumi venditor ingentia praemia percepisset; accusari eum Alexander iussit. Probatis per testes omnibus, et quibus praesentibus quid accepisset, et quibus audientibus quid

255 Hi B-I: Hii A.

260 τὸὺς C-I: τῶν B.

263 Heliogabali B-I: Heliogaballi A, corr. s.

281 suggereret B-I: suggeret A, corr. s.

283 esset A-D F-I: esse E.

240 Collect. 656.

233 apud Martialem Cf. z.B. Martial. VI, 61 (60), 1: "Rem factam Pompullus habet."

236 Velut ad Procillum Martial. I, 27, 4.

238 Rursum Martial. II, 26, 3.

241 argentum factum Cf. z.B. Cic. Verr. 2 V, 63: "Nauis plena ... argenti facti" etc.

242 Ter. Andr. 248. Dazu: Otto 629.

242-243 M. Tullius Cic. Catil. III, 15.

241 Collect. 659. Otto 730. Cf. Adag. 3783 (Fumus), LB II, 1141 D.

247 Martialem Cf. n.l. 250.

250 Martial. IV, 5, 7-8 (251 circa, sic Collect. 659).

254 Hier. Adv. Ruf. III, 39 (255 vnum fruticem ac surculum, sic ed. 1516).

257-258 telum ... retorquet Cf. Adag. 51, l. 529-530: "In quem quocunque modo seu dictum seu factum retorquetur."

258-259 non obscuritatem ... significari Cf. Hier. loc. cit.: "Hi sunt veri fumi, hae nebulae, quas, dum in me criminaris, in te extinctas dissipatasque cognoscis."

259 Plut. Mor. 580 b.

262 Helius Lampridius Cf. Hist. Aug. XVII, 10, 2-4 (265 esset om.; 266 familiaritatis genere abutens; dicta et; 267 parans: sperans codd.; cum aliis minaretur, aliis polliceretur; 268 de te hoc audiui; 269 de te hoc).

273 idem Helius Cf. Hist. Aug. XVIII, 35, 5-36, 3 (274 solos: solus v.l.; 276 Turinum; 280 occulte; pro eo; 281 ac Turinus: et T(h)urinus v.l.; 284 Turinus; tamen intus; 285 Turinusque ab illo; 285-286 fumis venditis; 286 probatisque; 288 adligari: ligari v.l.; 289 ex stipulis atque vmidis lignis; 290 Ac ne; 291 cum damnaret; Turinum; saepe et).

275-276 Verconium Thurinum Cf. Inst. princ. christ., ASD IV, 1, p. 176, ll. 304-306: "Tametsi Alexander Romanus imperator Thurinum fumi venditorem palo alligatum subiectis viridibus lignis fumo necari iussit."

290 *promisisset, in Foro Transitorio ad stipitem illum ligari praecepit et fumo apposito, quem e stipulis et lignis humidis fieri iusserat, necauit praecone dicente: Fumo punitur qui vendidit fumum. At ne in vna tantum causa videretur crudelior fuisse, quaesivit diligentissime antequam damnaret, et inuenit Thurinum saepe etiam in causis ab vtraque parte accepisse, cum euentus venderet, et ab omnibus qui aut praeposituras aut pronuncias acceperant. Atque inibi paulo post: Nec dedit alicui facultatem vel fumorum vendendorum de se vel sibi de aliis male loquendi, maxime occiso Thurino, qui illum*
 295 *quasi fatuum et vecordem saepe vendiderat. Quid autem dixerit Forum Transitorium, ipse in eiusdem vita videtur explicare, cum alio quodam loco sic ait: Qui de eo fumum vendiderat et a quodam militari centum aureos acceperat, in crucem tolli iussit per eam viam qua esset seruis suis ad suburbana imperatoria iter frequentissimum. Porro genus illud supplicii Auidius Cassius imperator primus excogitasse*
 300 *legitur, vt stipitem praelongum poneret pedum centum octoginta, id est materiam, et a summo vsque ad imum damnatos ligaret et ab imo focum apponeret incensisque aliis, alios fumi cruciatu, timore etiam necaret. Hactenus ille. Immane profecto supplicium, sed tamen factis tam pestilentibus dignum.*

305 Atque vtinam non etiam hodie, non principum modo, verumetiam episcoporum aulae passim hoc teterrimo hominum genere scaterent ac non complures haberent Thurinos atque adeo plus quam Thurinos, quippe qui non officium modo falso promissum vendunt, verumetiam ipsum silentium videlicet Demosthenicum quiddam referentes, imo (quod est vtroque sceleratius) linguae venenis officiant iis, a quibus officii pacti mercedem acceperunt;
 310 vtinamque nostri temporis principes Alexandrum Seuerum curent imitari, qui cum esset ethnicus, praeterea Syrus genere, postremo vehementer adolescens, tamen adulatoribus, delatoribus, iudicibus furacibus, fumi venditoribus atque
 LB 130 id genus aulae pestibus vsqueadeo erat infensus, vt | vir alioqui moribus placidissimis his demum esset implacabilis. Circumfertur et hoc tempore
 315 prouerbum in splendida promissa aulicorum. Aiunt enim 'thus aulicum' significantes thureum illum vaporem, qui nunc inter sacra spargitur acerra pensili. Quod quidem a nostro non admodum abludit. Addunt et 'aquam consecratam aulicorum', eam aquam significantes quae pro templis proponitur, vt, qui ingrediuntur aut egrediuntur, ea sese conspergant.

320 [A]

COLVMEN FAMILIAE

242

325 *Columen familiae* dixit Terentius in Phormione, non dubium quin prouerbialiter, Getam seruum natu grandem, cui peregre profecturus tanquam paedagogo et curatori iuuenum mores et rem domesticam senex commendarat. Donatus columen dici putat, perinde quasi columnam dicas, cui reliqua domus ininitatur, vnde antiquitus seruos maiores 'columellas' dictos. Huic adstipulatur illud Vergilianum: *In te omnis domus inclinata recumbit.* Item illud Euripidis ex Iphigenia in Tauris:

Στυλοὶ γὰρ οἴκων εἰσὶ παῖδες ἄρσενες, id est
Domus columnae liberi sunt masculi.

330 [E] Pindarus in Olympiis Hectorem appellat columnam Troiae:

ᾠς Ἐκτορ' ἔσφαλε, Τροίας
 Ἄμαχον ἀστραβῆ κίονα, id est

Qui Hectorem subuertit, inexpugnabilem, immobilem columnam. De Achille loquitur.

[A] His affine quod dixit Iuuenalis:

335 *Miserum est alienae incumbere famae,
 Ne collapsa ruant subductis tecta columnis.*

[A]

ANCORA DOMVS

243

Simili figura apud eundem Euripidem Hecuba Polydorum familiae gentisque ancoram nominat:

340 ᾠς μόνος οἴκων ἄγκυρά τ' ἐμῶν, id est
*Qui iam solus
 Generis superest ancora nostri.*

293 fumorum A-D F-I: fumorem E in
textu, corr. in Erratis.

295 dixerit A-D G-I: dixerat E F.

300 octoginta B-I: octaginta A.

293 *Atque inibi paulopost Hist. Aug. XVIII,*
 67, 2 (294 Turino).

296 *alio quodam loco Cf. Hist. Aug. XVIII, 23,*
 8 (297 fumos: *fumum* v.l.).

299 *Auidius Cassius Cf. Hist. Aug. VI, 4, 3*
 (300 stipitem grandem; octoginta et cen-
 tum; 302 fumo).

308 *Demosthenicum Cf. Adag. 619* (Argentan-
 ginam patitur), LB II, 269 BC, wo die
 Geschichte über die Korruption des
 Demosthenes (nach Gell. XI, 9, 1) erzählt
 wird.

313 *aulae pestibus Cf. Adag. 201, n.l. 178.*

314-315 *Circumfertur ... prouerbium Siehe*
 Suringar 82, p. 145 sqq.

315 *thus aulicum Cf. n.l. 317-318.*

317-318 *Addunt ... aulicorum* "Het is wijwa-
 ter van den hove" (aus Harrebomée I, p.
 313). "Wierook van den hove" von Surin-
 gar (p. 147) angeführt, aber nicht in Harre-
 bomée belegt.

242

321 Ter. *Phorm.* 287 (321 columen vero fami-
 liae).

300-301 a summo A-H: e summo I.

307 falso A C-I: falsum B.

323 senex G-I: om. A-F.

338 Polydorum B-I: Polidorum A.

324 Don. zu Ter. loc. cit.: "Vnde columellae
 apud veteres dicti serui maiores domus"
 (Wessner II, p. 420).

326 *illud Vergilianum Verg. Aen. XII, 59.*

327 Eur. *Ipb. T.* 57 (328 παῖδες εἰσὶν: εἰσὶ
 παῖδες v.l.).

330 Pind. *Olymp.* 2, 81-82 (331 Ἐκτορα
 ἔσφαλε: Ἐκτορ' ἔσφαλε v.l.). Vers 82 wird
 von Er. auch in *Adag.* 1925 (Murus ahe-
 neus), ASD II, 4, p. 293, l. 275 angeführt
 und genauso übersetzt (*inexpugnabilem ...*
columnam).

334 Iuv. 8, 76 77 (335 aliorum).

243

338 Eur. *Hec.* 80 (340 ἄγκυρ' ἔτ: ἄγκυρά τ'
codd.). Den anapästischen Dimeter von
 Eur. setzt Er. in anderthalb Zeilen um. Cf.
 ASD I, 1, p. 226, ll. 88-89: "Seruate
 meum, qui iam solus / generis superest
 ancora nostri." Dazu: Waszink, p. 225, n.l.
 66: "In general it can be said that in his
 anapaestic verses Er. sticks to the tech-
 nique of Seneca" (siehe Literaturhinweise
 ad loc.).

Porro ancoram Graecis pro refugio prouerbialiter vsurpari solere alibi notauimus, cum *sacram ancoram* exponeremus. Denique quicquid illud est cui
 345 innititur cuiusque fulcitur fiducia, ancoram vocant sumpta a nauibus metaphora, quae cum ancoris fultae sunt, veluti defensae a fluctibus quiescunt. Vnde et illud apud Aristidem in oratione Panathenaica prima: Πάντες ἐπὶ
 δυοῖν ὄρμεῖν ἔδοξαν οἱ Ἕλληνας, id est *Omnes Graeci sibi videbantur in portu quodam esse, duabus nixi ancoris*, quasi gemino fulti praesidio. Quem locum et
 350 paulo superius adduximus.

[A]

NVLVS SVM

244

Prouerbiales sunt et illae apud comicos hyperbolae: *Nullus sum et occidi, perii*, quibus desperationem et ingens malum significamus. Euripides ex Iphigenia in Tauris:

355 Δειλοὶ δ' εἰσὶν οὐδὲν οὐδαμοῦ, id est
Timidi atque inertes sunt nihil videlicet.

Rursum in Iphigenia Aulidensi:

Οὐδὲν ἦσθ', ἀλλ' ἐξεπλήσσου τῆ τύχῃ, id est
Nihil eras, sed perditum fortuna consternauerat.

360 [C] Opinor hoc ipsum esse quod ex Platone citat Athenaeus libro decimo:

Ὑμεῖς γὰρ οὐδὲν, καθάπερ ἡ παροιμία, id est
Vos quippe nihil, ut dicitur prouerbio,

quanquam hoc non ad exitium, sed contemptum pertinet. [A] Sumptum videri potest ab Homero, apud quem Odysseae libro nono Vlysses fingit sibi
 365 nomen Οὔτις, id est *Nullus*, innuens se propemodum perisse. Atque huius nominis commento deceptus est Cyclops.

[A]

NOLENS VOLENS

245

Omne id genus figuras prouerbiales esse, sicuti superius ostensum est, Donatus admonuit, quae nimirum constant ex contrariis, propterea quod
 370 aenigmaticum quiddam habere videantur. Sunt autem frequentes apud Graecos poetas ut apud Euripidem in Hecuba:

Ὁ δ' οὐ θέλων τε καὶ θέλων, id est
Atque ille nolens pariter ac volens.

Idem in Iphigenia in Tauris:

375 Φεύγω τρόπον γε δὴ τιν' οὐχ ἐκὼν ἐκὼν, id est
Sane exulo quodammodo nolens volens.

Ad hanc pertinet formam quod ait Terentius in Andria: *Tu coactus tua voluntate es.* |

B 131

[A]

CONTRA STIMVLVM CALCES

246

380 Πρὸς κέντρα λακτίζειν, id est *Contra stimulos iactare calcem*, est frustra repugnare iis, quos vincere nequeas aut eos prouocare, qui lacessiti noceant; aut reluctari fati et incommodum, quod euitare non queas, impatienter ferendo non solum non effugere, verumetiam conduplicare. Veluti si quis vxorem nactus rixosam

348 δουσὶν D E G-I: δουσὶν A-C, διουσὶν F.

350 adduximus C-I: notauimus A B.

352 et alt. G-I: aut A-F.

353 ex D-I: in A-C.

357 Aulidensi C-I: in Aulide A B.

365 perisse B-I: periisse A.

343 *alibi Adag.* 24, l. 784: "Sacram soluere ancoram, quoties ad extrema praesidia confugitur."

347 *Aristidem* Ael. Arist. I (*Panath.*), 54, Lenz-Behr I, p. 27, cf. *Adag.* 13, n.l. 614.

349-350 *Quem ... adduximus* Er. spielt in *Adag.* 13, l. 614 auf die genannte Stelle des Aristides an, zitiert sie aber nicht.

244 Siehe *Adag.* 4086 (Nullus sum), LB II, 1199 A: "Scio me prius commemorasse 'Fuimus Troes' et 'Nullus sum'."

352 *apud comicos* Bei Plaut. und Ter. passim. *Nullus sum* Cf. z.B. Plaut. *Cas.* 621; *Merc.* 164; *Most.* 388. Ter. *Phorm.* 942; *Hec.* 521. *occidi* Plaut. *Cas.* 621; *Aul.* 713. Ter. *Eun.* 827.

perii Plaut. *Aul.* 713; *Merc.* 163; *Most.* 387; *Epid.* 592; *Men.* 402; *Mil.* 1081; *Trin.* 1081. Ter. *Andr.* 872; *Eun.* 905; *Ad.* 327.

353 Eur. *Iph. T.* 115. Er. übersetzt den unvollständig angeführten Trimeter von Eur. (τολμῶσι, δειλοὶ κτλ.) als eine vollständige Verszeile.

357 *Rursum* Eur. *Iph. A.* 351. Er. setzt den unvollständigen trochäischen Tetrameter von Eur. (nach τύχη fehlt: τῆ τῶν θεῶν) in einen lateinischen katalektischen trochäischen Tetrameter um. Cf. *ASD* I, 1, p. 291, l. 447 sqq.: "Nullus es, sed abnegante prosperum cursum mari / ilico fortuna, quam dii miserant, te perditum / mente prostrauit."

360 Zusatz C aus Athen. X, 441 e (361 ἑμῶν). Cf. Plato fr. 174, 3 Kock (I, p. 648). Er. führt unseren Vers (und fr. 174, 4) in

375 οὐχ ἐκῶν ἐκῶν A-E H I: οὐχ ἐκῶν F G, corr. χ.

377-378 Terentius ... es [Terentius om. E] E-I: in Andria Terentius, Tu tua voluntate coactus es A-D.

381 reluctari B-I: re luctari A, corr. s.

Adag. 1908, *ASD* II, 4, p. 284, l. 100 an. In *Adag.* 1908 schreibt Er.: "Υμῶν (sic) γὰρ οὐδεὶς (sic). Bei Athen. (auch in der Aldina von 1514) steht: 'Υμῶν γὰρ οὐδὲν (Ald. οὐθὲν). Er. scheint in beiden Fällen den griechischen Text, dem Adagium zuliebe, geändert zu haben (cf. Heinemann-Kienle, *ASD* II, 4, p. 285, n.l. 98).

364 Cf. Hom. *Od.* IX, 366-367.

245 Otto 1852. Cf. Payr, p. 384.

368 *superius* Cf. *Proleg.* I, 570: "Huc pertinet et illa ἐναντίως αἰνιγματώδης." Er. erwähnt allerdings an der betreffenden Stelle 'nolens volens' nicht.

369 Don. zu Ter. *Eun.* 1058. Cf. *Proleg.* n.l. 548.

371 Eur. *Hec.* 566. Der unvollständig zitierte Trimeter von Eur. wird in einen unvollständigen lateinischen Vers umgesetzt. Cf. *ASD* I, 1, p. 244, l. 612: "Pyrrhus, volensque et non volens, atque haesitans."

374 *Idem* Eur. *Iph. T.* 512.

377 Ter. *Andr.* 658.

246 *Collect.* 188. Otto 1693 und *Nachträge zu Otto*, p. 80, 118, 215, 245. Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 29. Cf. Payr, p. 384 sq.

380 Πρὸς κέντρα λακτίζειν Zenob. 5, 70 = Ald. col. 145-146. Siehe auch Diogen. 7, 84 (λακτίζεις), Suid. πρὸς 2725 (λακτίζεις) und Apost. 14, 100 (λακτίζεις). Unser Adagium wurde von Apost. (6, 57) auch in Zusammenhang mit dem Sprichwort Εἰς οὐρανὸν πτύεις angeführt. Dazu: *Adag.* 2387, *ASD* II, 5, p. 284, n.l. 992-995.

assidue cum ea litiget nihil profecturus, nisi quod illam reddat rixosio-
 385 Terentius in Phormione: *Nanque inscitia est | aduersum stimulum calces*. Donatus
 παροιμίαν esse admonet cum eclipsi, deesse enim iactare, quod vnico verbo
 Graeci dicunt λακτιζειν. [E] Plautus in Truculento: *Si stimulos pugnis caedis,*
manibus plus dolet. [A] Extat hoc adagium etiam in Actis apostolorum: *Durum*
 390 *est tibi contra stimulum calcitrare*, id est durum aduersum Deum pugnare.
 Euripides in Bacchis:

Θύοιμ' ἄν αὐτῷ μᾶλλον ἢ θυμούμενος
 Πρὸς κέντρα λακτιζοίμι θνητὸς ὢν θεῶ, id est
Potius sacra illi fecerim quam calcibus
Stimulos ferire coner iracundia
 395 *Citus in deum, mortalis ipse cum siem.*

Pindarus [E] in Pythiis: [A] Ποτὶ κέντρον δέ τοι / λακτιζέμεν τελέθει, id est
Contra stimulum autem calcitrare est. Metaphora ducta est a bobus, quos
 agricolae lignis praeacutis a tergo fodiunt; vnde et βουκένται dicuntur in
 prouerbio,

400 Πολλοὶ βουκένται, παῦροι δέ τε γῆς ἀροτῆρες, [B] id est
Multi boum stimulatōres, pauci autem terrae aratores.

[A] Quod si quando calcibus repugnent aduersus stimulum, grauius etiam
 laeduntur boues, tantum abest vt stimulo noceant. [B] Plutarchus in commen-
 405 tario Περὶ τῆς ἀοργησίας cuiusdam meminit Ctesiphontis pancratiastae, qui per
 iracundiam mulae calcitranti recalcitrarit.

[A]

IN AVREM DICERE

247

Eὶς οὖς λέγειν, id est *In aurem dicere*, vel hodie vulgo dictitant pro eo, quod est:
 clanculum ac secreto committere. Translatum ab iis, qui propius admoti ad
 aurem insusurrant, quae nolint ab aliis exaudiri. Vnde est illud apud Home-
 410 rum aliquoties:

Ἄγχι σχῶν κεφαλῆν, ἵνα μὴ πευθοίατο ἄλλοι, id est
Admoto capite, reliqui ne audire valerent.

Horatius in Sermonibus: *In aurem | dicere nescio quid puero*. Euripides in Ione:

Δεῦρ' ἔλθ'· ἐς οὖς γὰρ τοὺς λόγους εἰπεῖν θέλω, id est
 415 *Accede, in aurem vt quae volo tibi eloquar.*

Lucianus in Gallo: Πρὸς οὖς τισι τῶν Συρακουσίων κοινολογούμενος, id est *Ad*
aurem cum Syracusanis quibusdam communicans. Huc pertinet et illud Euangeli-
 cum: *Et quae in aurem audistis, praedicate super tecta*, id est quae secretis
 colloquiis accepistis, palam praedicate.

420 [A] NEC OBOLVM HABET, VNDE RESTIM EMAT

248

Prouerbialis hyperbole in eos, qui maxima rei familiaris inopia laborant. Lucianus in Timone: Χθές μὲν οὐδὲ ὀβολὸν ὥστε πρίασθαι βρόχον ἐσχηκότας, id est *Qui pridie ne obolum quidem habebant, quo laqueum emerent*. Pauperrimus autem sit oportet, qui tenuitatis taedio sese laqueo praefocare velit. Porro plus quam
425 pauperrimus videtur, cui ne numulus quidem suppetit, vt restim emat, qua se suspendat.

[A] HINNVLVS LEONEM

249

Prouerbialis est allegoria: Ὁ νεβρός τὸν λέοντα, id est *Hinnulus leonem*, subaudiendum 'cepit', 'vicit' aut 'prouocat' aut id genus aliquid pro ratione
430 sententiae, quoties praepostero rerum ordine qui viribus multo est inferior, superat potentio-rem. Lucianus de captatore testamenti, qui iuuenis a sene, captator a captato captus est: Τοῦτο ἐκεῖνο τὸ τῆς παροιμίας, ὃ νεβρός τὸν

391 ἂν A-H: om. I.

392 λακτίζοιμι A-D F-I: λατίζοιμι E.

396 τοι A-F: τι G-I; τελέθει E-I: om. A-D.

397 est pr. E-I: om. A-D; bobus B-I: bubus

A.

403 stimulo C-I: om. A B.

414 ἔλθ' E-I: ἔλθε A-D; οὐς B-I: οὐς A.

385 Ter. *Phorm.* 77-78.

Donatus Don. zu Ter. *Phorm.* 78: "Παροιμία cum ἐλλείψει. Deest enim, iactare" (Wessner II, p. 371).

387 Plaut. *Truc.* 768.388 *Actis apostolorum Act.* 9, 5. Er. führt den Vulgatatext an.390 Eur. *Bacch.* 794-795. Vers 795 wird von Zenob. 5, 70 angeführt.396 Pind. *Pyth.* 2, 94-95. Cf. *Proleg.* l. 64.399 *proverbio* Cf. *Adag.* 609 (Multi qui boues stimulent, pauci aratores), *LB* II, 264 D.

400 Diogen. 7, 86. Apost. 14, 54.

403 Plut. *Mor.* 457 a, aus dem Traktat *De cohibenda ira*, von Er. übersetzt und bei Froben 1525 erschienen: "Ctesiphon pancratiastes mulae recalcitrans" (*ASD* IV, 2, p. 274, l. 225).247 Man vergleiche *Adag.* 3365 (*Admoto capite*), *LB* II, 1040 A.407 Εἰς οὐς λέγειν Von Er. verfasst nach Eur. *Ion* 1521, cf. n.l. 413.*hodie vulgo* Cf. Suringar 89, p. 157 sqq.409-410 *Homerum* Hom. *Od.* I, 157; IV, 70; XVII, 592 (411 πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι: πευθοίατο ἄλλοι v.l.). Diesen Vers führt Er. auch in dem genannten *Adag.* 3365 an, aber dort folgt er der Lesart πευθοίαθ' οἱ ἄλλοι (nach Plut. *Mor.* 71 B). Man ver-

gleiche die Übersetzung von Er. in den *Opuscula* (*ASD* IV, 2, p. 156, l. 66): "Admoto capite, ne quisquam exaudiat alter."

413 Hor. *Serm.* I, 9, 9.*Euripides* Eur. *Ion* 1521.416 Lucian. *Gall.* 25.416-417 *Ad aurem ... communicans* Cf. *ASD* I, 1, p. 484, ll. 34-35: "Atque alium quempiam Dion cum Syracusanis nonnullis ad aurem communicans."417-418 *illud Euangelicum* Cf. *Mt.* 10, 27. Nicht genau nach der Vulgata: "Et quod in aure auditis" etc. Siehe *Proleg.* n.l. 241-242.248 Cf. Otto 1528 und *Adag.* 421.422 Lucian. *Tim.* 20.423 *Qui ... emerent* Cf. *ASD* I, 1, p. 495, l. 1: "Quibus heri ne obolus quidem erat quo restim emerent."

249

428 Ὁ ... λέοντα Bei Lukian (cf. n.l. 431); als Adagium aufgelistet in der 3. der Plutarch zugeschriebenen Sprichwörtersammlungen, Jungblut, *Suppl. Paroem.* VI, p. 420 (cf. *Einleitung*, p. 14).431 Lucian. *Dial. mort.* 8, 1. Cf. *Adag.* 54, l. 573 sqq.432 *captator ... captus est* Man vergleiche

λέοντα, id est *Hoc est illud quod proverbio dicunt, Hinnulus leonem*. [F] Huc respexit quisquis fuit, qui scripsit Megaram Herculis:

435 Ἦ ῥ' ὅτι ἄλγεα πάσχει ἀπείριτα φαίδιμος υἱός
Ἄνδρὸς ὑπ' οὐτιδανοῖο, λέων ὡσεὶ θ' ὑπὸ νεβροῦ; [G] id est

LB 132 *An quoniam immensis affligitur inclyta proles |
A viro inerte, leonem vt si hinnulus vrgeat acrem?*

[A] Non inconcinne trahetur ad id quoque, quoties fit vt longe inferior
440 lacessat potentiorē aut multis partibus indoctior certet cum eruditissimo.

[A] IVNGERE VVLPES 250

De re palam absurda dicitur: Ζευγύνειν τὰς ἀλώπεκας, *Vulpes iungere*. Vergilius in Palaemone:

445 *Qui Bauium non odit, amet tua carmina, Meui,
Atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos.*

Est enim vulpes animal ab aratro vehementer alienum.

[A] MVLGERE HIRCVM 251

Τράγον ἀμέλγειν, id est *Mulgere hircum*, eundem habet sensum. Lucianus in vita
450 *Demonactis* inter huius festiuiter dicta commemorat et illud: *Cum conspiceret
duos quosdam philosophos, vtrosque pariter indoctos, inter se disceptantes et alterum
quidem ridiculas quasdam quaestiones proponentem, alterum item aliena neque quicquam
ad rem facientia respondentem: 'Quid', inquit, 'amici, an non horum alter hircum
mulgere videtur, alter cribrum supponere?'. Refertur a Diogeniano his verbis,
455 *Vtrum stultior, qui mulget hircum, an qui cribrum supponit?* cum vterque pariter
absurde facit. Ab hoc sane non abludit illud: *Similes habent labra lactucas et
Dignum patella cooperculum.**

[A] DE ASINI VMBRA 252

Ἐπὲρ ὄνου σκιαῖς, id est *Super asini umbra*, pro eo, quod est: de re nihili.
460 Sophocles in *Cedalionē* apud Suidam: Τὰ πάντ' ὄνου σκιά, id est *Cuncta asini
umbra*, hoc est nugae nihilique res. Apud eundem Aristophanes in *Daedalo*:
Περὶ τοῦ γὰρ ὁ πόλεμος νῦν ὑμῖν ἔστι; περὶ ὄνου σκιαῖς, id est *Qua de re nunc inter
vos bellum est? Nimirum de asini umbra*. Citatur ab eodem et Aristoteles ἐν
465 *Διδοσκαλίαις*, qui fabulam quandam extare dixerit hoc titulo: Ὄνου σκιά, [B]
id est *Asini umbra*, [A] Archippi comoediam, opinor, sentiens, de qua
meminit Zenodotus. Lucianus in *Sectis*: Πάντες ὡς ἔπος εἰπεῖν περὶ ὄνου σκιαῖς
μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες, id est *Omnes, vt ita dixerim, de asini umbra depugnant
philosophi*. Aristophanes in *Vespis*:

- 433-436 Huc ... νεβροῦ F-I, addit π.
 435 ἤ ῥ' ὅτι π: H ῥά τι F-I.
 436-438 id est ... acrem? G-I, addit χ [om. id est], sed dubitamus, annon Erasmus ipse hoc scripserit.
 440 lacessat B-I: lacessit A; certet B-I: certat A.
- Adag.* 913/914 (Canis in praesepti), LB II, 372 B: "Αἰροῦντες ἡρῆμεθα, id est captantes capti sumus."
- 433 *Hoc est ... leonem* Cf. ASD I, 1, p. 574 (*Dialogi varii*), l. 3: "Hoc illud est quod vulgo dici consuevit, hinnulus leonem."
 434 *quisquis ... Herculis* Ps. Theocr. 38 Gallavotti (= Mosch. IV), 4-5. Er. ist im unsicheren was die Autorschaft dieses Gedichts betrifft. In der von Er. benützten Theokritausgabe des Kallierges aus 1516 (cf. *Adag.* 18, n.l. 675) wird dieses Gedicht ohne Namensnennung als Idylle 26 abgedruckt. Die Dichtung *Megara* wurde Moschus zugeschrieben, aber hat nach Breitenstein (Thorkild Breitenstein, *Recherches sur le poème Megara*, Kopenhagen, 1966) nichts mit Moschus zu tun. Siehe auch Hermann Beckby, *Die griechischen Bukoliker*, Meisenheim am Glan, 1975, p. 551: "Das Gedicht [sc. die *Megara*] Moschos zuzusprechen, scheint möglich; das haben auch ältere Gelehrte (van Metkerke, Stephanus, Fulvio Orsini) getan, und Birt folgt ihnen darin. Ahrens, Gow und Gallavotti erklären es für anonym." J. M. Edmonds (*The Greek Bucolic Poets*, London, 1912, 1928) druckt das Gedicht ohne es jemandem zuzuschreiben in seiner Sammlung der griechischen bukolischen Poesie ab (cf. p. 466, ll. 4-5). Cf. A.S.F. Gow, *Bucolici Graeci*, Oxford, 1952, p. 146.
- 435 Ἡ ῥ' ὅτι Die Übersetzung *quoniam* (l. 437) zeigt, dass Er. allerdings ἤ ῥ' ὅτι übertragen hat, welche Lesart π und die genannte Kalliergesausgabe bieten; aber in den Ausgaben F-I findet sich die Lesart ἤ ῥά τι, cf. app. crit. (ἤρ' ὅ τοι Gallavotti/Gow).
- 436-438 *id est ... acrem?* Erst in der Ausgabe G setzte Er. die Übersetzung dieser Verse hinzu. In dem Chigianus (χ) schreibt er: "Non sunt versa."
- 439-440 *Non ... eruditissimo* Cf. *Adag.* 41, ll. 268-269: "Quoties indocti stolidique et depugnare parati non verentur summos in omni doctrina viros in certamen literarium prouocare."
 250 *Collect.* 379. Otto 1942, 812.
- 442 Ζευγνύειν τὰς ἀλώπεκας Die griechische Form hat Er. selbst gebildet: *Collect.* 379
- 442 Ζευγνύειν ... iungere D-I: Vulpes iungere, ζευγνύειν τὰς ἀλώπεκας A-C.
 443 Palaemone E-I: Thyrside A-E.
 453 a Diogeniano F-I: et a Diogeniano A-E.
 462 ὡμῖν B-I: ἡμῖν A.
- gibt nur die lateinische Fassung verbunden mit dem in *Adag.* 251 behandelten Sprichwort. Vermutlich setzte Er. unser Adagium ins Griechische um, da er das zweite Adagium bei Apost. (17, 32 a) und Diogen. (7, 95) griechisch fand (cf. *Adag.* 251, n.l. 448). Auch die Ordnung in A-C (zuerst die lateinische Fassung, dann die griechische, cf. app. crit.) scheint darauf hin zu weisen.
Vergilius Verg. *Ecl.* 3, 90-91.
 251 *Collect.* 379. Otto 812.
- 448 Τράγον ἀμέλγειν Apost. 17, 32 a (Walz, p. 451). Cf. n.l. 453.
Lucianus Lucian. *Demon.* 28.
- 449-453 *Cum ... supponere?* Dieser Passus ist eine wortgetreue Übersetzung des genannten Lukian-Textes (cf. n.l. 448).
- 453 Diogen. 7, 95 (454 ἀμέλγων ἀφρονέστερος; ὑποτιθείς. Er. übersetzt 'supponit').
 456 *Similes ... lactucas* Cf. *Adag.* 971 (Similes habent labra lactucas), LB II, 386 D.
 457 *Dignum ... cooperculum* Cf. *Adag.* 972 (*Dignum patella operculum*), LB II, 387 C.
 252 *Collect.* 649. Otto 187, cf. *Adag.* 264.
- 459 Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς Bei den Paroemiographen: Zenob. 6, 28 = Ald. col. 164-165. Suid. ὄνου σκιᾶ 400 und Suid. ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς 327. Apost. 17, 69 (Apost. und Suid. ὑπὲρ 327 ähneln sich sehr). Siehe auch Diogen. 7, 1.
- 460 *Sophocles in Cedalion* Soph. fr. 308 N. = fr. 331 Radt, angeführt von Suid. ὄνου 400. *apud Suidam* Suid. ὄνου 400.
- 461 Aristoph. fr. 192 Kock (I, p. 437) = fr. 199 PCG bei Suid. loc. cit. (462 ὡμῖν ὁ πόλεμος νῦν Suid. Adler; ὁ πόλεμος νῦν ὡμῖν Suid. in der Edition Mailand 1499).
- 463 *ab eodem* Suid. ὄνου 400, cf. Aristot. fr. 625 Rose bei Phot. s.v. ὄνου σκιᾶ = Suid. loc. cit.
- 465 *Archippi comoediam* Cf. Archippus fr. 32 Kock (I, p. 686).
- 466 *Zenodotus* Zenob. 6, 28.
Lucianus Lucian. *Herm.* 71.
- 468 Aristoph. *Vesp.* 191 (469 Περὶ τοῦ μαχεῖ νῶν δῆτα). Siehe auch die Scholien zu Aristoph. loc. cit. Dazu: Koster, p. 36 zu Vers 191 b und d.

470 Περὶ τοῦ μάχῃ νῶϊν; περὶ ὄνου σκιᾶς, [B] id est
De quo pugna est nobis? de asini umbra.

[A] Demosthenes in Philippica quadam: Πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς νυνὶ πολεμῆσαι, id est *Cum omnibus in praesentia de Delphica umbra digladiari*. Proinde sunt qui credant hoc adagii primum ab autore Demosthene natum fuisse fabulam huiusmodi referentes: Cum aliquando Demosthenes
 475 quendam in causa capitali defenderet ac iudices haberet parum attentos, sed dicenti obstreperent, ille ‘Paulisper’, inquit, ‘aures mihi praebete, siquidem rem narrabo nouam ac lepidam atque auditu iucundam’. Ad quae verba cum illi iam aures arrexissent, ‘Adulescens’, inquit, ‘quispiam asinum conduxerat rerum quiddam Athenis Megaram deportaturus. Inter viam autem cum aestus
 480 meridianus ingrauesceret nec inueniret quonam vmbraculo solis ardorem defenderet, depositis clitellis sub asino sedens eius umbra semet obtegebat. Caeterum id agaso non sinebat hominem inde depellens clamansque asinum esse locatum, non asini vmbram. Alter item ex aduerso tendebat asseuerans etiam vmbram asini sibi conductam esse. Atque ita inter eos acerrima rixa in
 485 longum producta est, ita vt etiam ad manus venerint, hoc pertinaciter affirmante non conductam esse asini vmbram, illo pari contentione respondente vmbram etiam asini conductam esse. Demum in ius ambulans’. Haec locutus Demosthenes, vbi sensisset iudices diligenter auscultantes, repente coepit a tribunalibus descendere. Porro reuocatus a iudicibus rogatusque, vt
 490 reliquum fabulae pergeret enarrare, ‘De asini’, inquit, ‘umbra libet audire, viri causam de vita periclitantis audire grauamini?’. Paulo aliter narrat Plutarchus in vita Demosthenis his quidem verbis: Λέγειν δὲ ποτε κωλυόμενος ὑπὸ
 ἸΒ 133 Ἀθηναίων ἐν ἐκκλησίᾳ βραχὺ ἔφη βούλεσθαι πρὸς αὐτοὺς εἰπεῖν, τῶν δὲ σιωπη-
 496 σάντων, ‘νεανίας’, εἶπεν, ‘θέρουσ ὦρα ἐμισθώσατο ἐξ ἄστεος ὄνον Μέγαράδε. Μεσοῦσης δὲ τῆς ἡμέρας καὶ σφοδρῶς φλέγοντος τοῦ ἡλίου ἐκάτερος αὐτῶν
 ἐβούλετο ὑποδύεσθαι ὑπὸ τὴν σκιάν· εἶργον δὲ ἀλλήλους, ὁ μὲν μεμισθωκένας τὸν ὄνον οὐ τὴν σκιάν λέγων· ὁ δὲ μεμισθωκένας τὴν πᾶσαν ἔχειν ἐξουσίαν’. Καὶ ταῦτα
 εἰπὼν ἀπήει. Τῶν δὲ Ἀθηναίων ἐπισχόντων καὶ δεομένων πέρας ἐπιθεῖναι (τῷ λόγῳ), ‘εἴθ’ ὑπὲρ μὲν ὄνου σκιᾶς (ἔφη) βούλεσθε ἀκούειν, λέγοντος δὲ ὑπὲρ
 500 σπουδαίων πραγμάτων οὐ βούλεσθε;’, id est *Cum in concione dicenti obstreperent Athenienses, ait se breuiter illis velle narrare quiddam. At silentio facto ‘Adolescens’, inquit, ‘aestatis tempore asinum mercede conduxerat, vt eo ab vrbe Megaram proficiscens vteretur. Porro meridie cum sol acriter aestuaret, vterque cupiebat sub vmbram asini succedere. Verum alter alterum arcebat, cum hic diceret asinum conductum esse, non
 505 vmbram, rursus alter qui conduxerat, se plenum habere ius responderet’. Atque haec locutus discedere parabat. Retinentibus autem Atheniensibus vtque reliquam fabulae partem adderet orantibus, ‘Itane’, inquit, ‘de asini umbra audire cupitis, de rebus seriis loquentem auscultare non vultis?’. Quidam aiunt asinum Athenis non Megaram, sed Delphos fuisse conductum, quod idem apparet ex verbis Demosthenis,
 510 qui Delphicam vmbram nominat [B] in calce orationis De pace: Οὐκοῦν*

εὐήθης καὶ κομιδῆ σχετέλιον, πρὸς ἐκάστους καθ' ἓνα οὕτως ἤδη προσενηνεγμένους
 περὶ τῶν οἰκείων καὶ τῶν ἀναγκαιοτάτων, πρὸς ἅπαντας περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς
 νυνὶ πολεμῆσαι, [C] id est *An non igitur stultum ac vehementer miserum singulos*
 515 *de vmbra Delphica nunc depugnare.* [B] Apuleius in Asino iocatur ex sese natum.
 [A] Vsurpauit hoc adagium Menander in Enchiridio, et Plato in Phaedro,
 cum ait oratores imperitos impudenter ac periculose facere, quoties apud
 plebem imperitam et ipsam, non vmbra asini, rem videlicet leuem ac nullius
 momenti, sed turpia pro honestis laudant: Μὴ περὶ ὄνου σκιᾶς, inquit, ὡς ἔππου
 520 τὸν ἔπαινον ποιούμενος, ἀλλὰ περὶ κακοῦ ὡς ἀγαθοῦ. Procopius in epistola
 quariam: Καὶ αὐτὸς δὲ οἶμαι περὶ τῆς τέχνης, ὧ σοφώτατε, τὰναντία φρονῶν
 σκωμμάτων, ὡς ἔοικε, χάριν ὄνου φασὶ σκιὰν ἐγκαλεῖς, id est *Ipse etiam opinor,*
doctissime, de arte pugnantia cum sentias, deridendi sicut videtur gratia, de asini, quod
 525 *aiunt, vmbra litem moues.* [C] Vsus est eodem Origenes in praefatione libri tertii,
 quem scripsit aduersus Celsum. [A] Sed iamdudum tempus vt ab asini vmbra
 digrediamur, ne quis iure nos rideat περὶ ὄνου σκιᾶς plus satis curiosos.

469 τοῦ A-F: τῶν G-I; μάχη B-I: μάχη A.
 470 nobis E-I: vobis B-D.
 476 ille B-I: illi A, corr. s.
 498-499 τῷ λόγῳ scripsimus cum Stephano: om. A-I.

499 ἔφη scripsimus cum Stephano: om. A-I.
 501 At B-I: om. A.
 508 aiunt C-I: autem A B.
 516 Menander B-I: et Menander A.

471 *Demosthenes in Philippica quadam* Demosth. V, 25 (471 πάντας). Nicht in einer der Philippischen Reden, sondern in *De pace*, cf. l. 510. Er. fand den Hinweis auf Demosth. bei Suid. ὄνου 400.
 473-474 *Proinde ... fuisse* Suid. ὄνου 400: Οἱ δὲ πρῶτον φθέγγασθαι τοῦτο Δημοσθένην.
 474-491 *Cum aliquando ... grauamini?* Nach den genannten Paroemiographen.
 491 Plut. *Mor.* 848 a b (492 ὑπ'; 494 εἶπε; 496 δ' ἀλλήλους; 497 ταῦτ'; 498 δ' Ἀθηναίων).
 508 *Quidam* Cf. Zenob. und Apost. locc. citt. Suid. ὑπέρ 327.
 509 Demosth. V, 25 (511 καθ' ἓν οὕτως προσενηνεγμένους; 512 καὶ ἀναγκαιοτάτων; πάντας). Er. führt einen grösseren Ausschnitt als im Anfang unseres Adagiums (cf. ll. 471-472) aus dieser Rede an (hier richtig; *De pace*). Der schon ll. 471-472 zitierte Satz findet sich auch hier. Siehe auch *Apopth.* VIII, 6 (LB IV, 364 A B), wo Er. die Aussage Demosthenes' anführt (mit Hinweis auf unser Adagium).
 515 Apul. *Met.* IX, 42: "Vnde etiam de pro-

spectu et vmbra asini natum est frequens prouerbium." Cf. *Adag.* 264 (De asini prospectu).
 516 Menandr. fr. 141 Körte bei Zenob. loc. cit.
 Plato Plat. *Phaedr.* 260 c auch von Zenob. erwähnt.
 520 Procop. Ep. 126 Garzya-Loenertz (A. Garzya, R. Loenertz, *Procopii Gazgae Epistolae et Declamationes, Studia Patristica et Byzantina* 9. Heft, Ettal, 1963, p. 65) = Ep. 33 Hercher. 61 Briefe des Procopius wurden von Marcus Musurus 1499 bei Aldus in der Sammlung der griechischen Epistolographen herausgegeben, cf. *Adag.* 226, n.l. 871.
 524 Orig. *Contra Cels.* III, 1 (M. Borret, *Origène contre Celse, SC* 136, Paris, 1968, p. 14). Cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 323, n.l. 908: "Er. las und besass Origenes, *Contra Celsum* in der lateinischen Übersetzung Personae, Rom, 1481: Versandliste Nr. 228 Husner; cf. A. Godin, *Erasmus lecteur d'Origène*, Genf, 1982, bes. p. 7."

[A]

DE LANA CAPRINA

253

530 Huic simillimum est illud Latinorum adagium *De lana caprina*, quod a simili quopiam euentu natum apparet, contentiose decertantibus duobus, vtrum lanam haberet caper an setas. Aut alioqui de villis caprinis dimicantibus, re videlicet inutili minimique momenti, cuiusmodi iocus fertur et de asini lana. Horatius in Epistolis ad Lollium:

535 *Alter in obsequium plus aequo pronus et imi
Derisor lecti sic nutum diuitis horret,
Vt puerum saeuo credas dictata magistro
Reddere vel partes mimum tractare secundas;
Alter rixatur de lana saepe caprina,
Propugnat nugis armatus.*

540 Loquitur de morosis in amicitia, qui quantumlibet friuola de causa litem cum amico suscipiunt.

[A]

DE FUMO DISCEPTARE

254

Huic confine est illud, quod apud Aristophanem legitur in *Nubibus*:

Καὶ λεπτολογεῖν ἤδη ζητεῖ καὶ περὶ καπνοῦ στενολεσχεῖν.

545 In philosophos dictum, qui de fumo, hoc est de rebus nihili, nimium anxie disputant. Inest autem non parum comici salis in illis ipsis verbis ad iocum confictis, λεπτολογεῖν, στενολεσχεῖν, quorum alterum significat de rebus tenuibus ac friuolis disceptare, alterum de meris nugamentis sollicitum et anxium torqueri. Quapropter etiam Socratis scholam φροντιστήριον appellat.

[A]

TALPA CAECIOR

255

LB 134 Refertur a Suida ac Diogeniano: Τυφλότερος ἀσπάλακος, id est *Caecior talpa*,
551 de iis, qui supra modum caecutiunt aut qui minime iudicant. Nam iocundior fiet metaphora, si quidem ad animum transferatur. Plinius vndecimo libro scribit ex quadrupedum genere talpae visum deesse, oculorum tamen inesse effigiem, *siquis praetentam detrahat membranam*. Atque hinc ortum adagium.

555

[A]

CAECIOR LEBERIDE

256

560 Ad eandem sententiam pertinet illud: Τυφλότερος λεβηρίδος, id est *Caecior leberide*. Citatur ex Aristophane. Est autem leberis, quemadmodum ostendimus et alibi, pellis illa sicca, quam serpentes, cicadae et si quod aliud animantis genus exuunt, quoties sibi iuuentam renouant. In hac enim apparet effigies duntaxat oculorum ac membranula quaedam tenuissima, qua serpentum oculi praeteguntur. Sunt qui tradant hoc, quod notissimum est de serpentibus ac

cidadis, etiam piscibus quibusdam accidere. Eam vero pellem Lycophron in iambico carmine syphar appellat:

565 Σῦφαρ θανεῖται πόντιον φυγῶν σκέπας, id est
Syphar interibit, tectum ut effugit maris.

Syphar autem συμβολικῶς idque suo more senem appellat, vel quod aetas ea caecutiat vel quod iam effoeta atque arida succo viribusque destituta sit. Sophron in *Mimis*:

570 Τί μὰν Ξύσιλος, τί γὰρ σῦφαρ ἀντ' ἀνδρός; [B] id est
Quid enim Xysilus, quid syphar pro viro?

[A] *Xysilum* appellans aridum et pruriginosum senem παρὰ τὸ ξύειν aut *syphar* quasi iam non hominem ipsum, sed pellem duntaxat exuccam atque inanem. Quod quidem et ipsum prouerbum resipit. Aiunt autem leberidem proprie significare membranam extremam, qua foetus vaccarum obtegitur, in qua et ipsa vestigia duntaxat oculorum apparent. Adagium trifariam effertur: *Τυφλότερος λεβηρίδος*, id est *Caecior leberide*, *Γυμνότερος λεβηρίδος*, id est *Nudior leberide* et *Κενώτερος λεβηρίδος*, id est *Inanior leberide*.

530 lanam A-H: lanas I.

532 Epistolis G-I: Epistola A-F.

550 τυφλότερος A B D-I: Τυφλώτερος C.

553 talpae A C-I: talpe B.

556 τυφλότερος A B D-I: Τυφλώτερος C.

576 τυφλότερος A B D-I: Τυφλώτερος C.

577 κενώτερος E-I: νεώτερος A-D; inanior E-I: iuuenilior A-D.

253 *Collect.* 154. Otto 340. Cf. *Adag.* 379 (Ab asino lanam).

528 *De lana caprina* Cf. l. 537.

532 *Hor. Epist.* I, 18, 10-11 und 13-16.

254

542 *Aristoph. Nub.* 320, cf. Otto 340.

546 λεπτολογεῖν Cf. *Adag.* 2661, *ASD* II, 6, p. 456, l. 590: "Λεπτολογεῖν id est ... *tenuia loqui*, nimirum anxias ac nimium subtiles philosophorum ridens argutias."

548 *Socratis ... appellat* Cf. *Aristoph. Nub.* 94.

255 *Collect.* 675. Otto 1739.

550 *Suid.* τυφλότερος 1216. *Diogen.* 8, 25. Cf. *Apost.* 17, 35.

552 *Plin. Nat.* XI, 139.

256

556 *illud* *Suid.* τυφλότερος 1217 (das Lemma folgt dem des Adagium 255, cf. *Adag.* 255, n.l. 550). *Zenob.* 2, 95 = *Ald. col.* 65 (νεώτερος λεβηρίδος anstatt κενώτερος/κενώτερος λεβηρίδος, cf. n.l. 577).

557-559 *Citatur ... renouant* Nach *Zenob. loc. cit.*

557 *ex Aristophane* *Aristoph. Amphiarus* fr. 35 *Kock* (I, p. 400) = fr. 33 *PCG* bei *Zenob.*

558 *alibi* Cf. *Adag.* 26.

561 *Sunt qui tradant* Wahrscheinlich meint *Er.*

Suid. loc. cit., bei dem die Zikade und die Fische erwähnt werden (*Suid.* hat in der Edition Mailand 1499 den Zusatz: καὶ τῶν ἰχθύων, der in den heutigen Ausgaben fehlt).

562 *Lycophr. Alex.* 793. In dem *Etymologicum magnum* (cf. n.l. 571-573) wird allerdings ein Hinweis auf Lycophron gegeben (737, 10), aber unsere Verszeile ist nicht angeführt. (Wir haben die *Kallierges*-Edition von 1499 herangezogen).

568 *Sophr. fr.* 55 *Kaibel* = fr. 55 in *A. Olivieri, Frammenti della commedia Greca e del mimo nella Sicilia e nella Magna Graecia*, Napoli, 1930, angeführt in dem *Etym. mag.* (737, 4). Zu dem *Etym. mag.* cf. *Adag.* 452, l. 184 sqq.

571-573 *Xysilum ... inanem* Nach *Etym. mag.* 737, 5-737, 10.

573-577 *Aiunt ... leberide* Nach *Zenob. loc. cit.* (cf. n.l. 556).

577 *Κενώτερος λεβηρίδος* Cf. *Adag.* 26, ll. 843-844. Siehe auch *Suid. loc. cit.* (cf. n.l. 556); in der Mailander *Suidas*-Edition von 1499 steht κεντρότερος (sic). Dies veranlasste *Er.* zu dem Adagium 2183 (*Scabrosior leberide*), *ASD* II, 5, p. 150, cf. *Heinimann-Kienzle ad loc.* Die Lesart νεώτερος

[A] TIREZIA CAECIOR 257

A notissima fabula sumptum: Τυφλότερος Τειρεσίου, id est *Caecior Tiresia*.
 580 Iuuenalis:

Nec surdum nec Tiresiam quemquam esse deorum.

Tiresiam prouerbiali figura pro caeco dixit, quemadmodum Horatius pro
 paupere Irum:

Intererit multum diuesne loquatur an Irus.

585 [A] HYPSEA CAECIOR 258

Non dissimili figura dixit Horatius in Sermonibus:

*Ne corporis optima Lyncei
 Contemplans oculis, Hypsea caecior illa,
 Quae mala sunt, spectes.*

590 Satis apparet paroemiam ab Hypsea muliere quapiam infami notaeque caecita-
 tis esse profectam.

[A] SINE SACRIS HAEREDITAS 259

Vbi qua commoditas de improviso praeter sumptum obiecta esset, veteres *sine
 sacris haereditatem* vocabant. Et omnino quicquid citra nostram operam ali-
 595 cunde obtigisset lucri, quasi prouerbialiter haereditatem appellabant, propter-
 ea quod ea quae sic obueniunt, gratis quasque dormientibus a fortuna donari
 videntur. Ergasilus parasitus apud Plautum in Captiui duo:

Sine sacris haereditatem sum adeptus effertissimam.

Et alibi: *Annona est sine sacris haereditas*. Nam haeredes alioqui vel pro salute
 600 laborantis vel in parentalibus defuncti sacra quaedam suo sumptu factitare
 mos erat. Idem Plautus alibi: *Mibi tales haereditates non saepe obueniunt*. Cicero in
 Verrem actione quinta: *Hic Verres haereditatem sibi venisse arbitratus est, quod in
 eius regnum ac manus venerat iste*. [F] Andreas Alciatus Praetermissorum libro
 primo mauult adagionis originem ad prisca iuris consuetudinem referri. Lex
 605 enim duodecim Tabularum sic habebat: *Sacra priuata perpetua manento*. Ea
 verba interpretatur Cicero libro *De legibus ii. vt omnis ad quem patrisfamilias pecunia
 perueniret, is teneretur sacra celebrare. Refertque Sceuolae pontificis interpretationem,
 qua traditum est quinque modis astringi sacris haereditatem*. Proinde ad quos ex iure
 LB 135 propinquitatis redibat haereditas, | tenebantur communium sacrorum socie-
 610 tate. Suauius autem esse solet quod inopinato contingit boni, quemadmodum
 sine sacris haereditas. Haec aliaque doctissime sane disserit Alciatus noster,

- (cf. app. crit.) stammt aus Zenob. Ald. col. 65.
- 257 Cf. *Collect.* 653 am Ende.
- 579 *fabula* Siehe Suid. τυφλός 1215. Dieses Stichwort geht dem des Adagiums 255 (τυφλότερος 1216) und dem des Adagiums 256 (τυφλότερος 1217) voran. Suid. führt Soph. *Oed. T.* 371 an und erwähnt Teiresias. Dies mag Er. zu dem Adagium *Tiresia caecior* veranlasst haben. Τυφλότερος ... *Tiresia* Cf. Cic. *Tusc.* V, 115: "Itaque augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt poetae, numquam inducunt deplorantem caecitatem suam." Weder Τυφλότερος Teiresίου noch *Caecior Tiresia* ist von uns in der klassischen Literatur nachgewiesen. Er. hat vermutlich dieses Adagium "per comparisonem" (cf. *Proleg.* l. 590) verfasst. Siehe die zahlreichen Beispiele, die Er. in den *Proleg.* (l. 595 sqq.) gibt.
- 580 Iuv. 13, 249.
- 582 Hor. *Ars* 114 (584 diuosne loquatur an heros).
- 582-583 *pro paupere Irum* Cf. *Proleg.* ll. 641-642.
- 258
- 586 Hor. *Serm.* I, 2, 90-92 (588 contem- plere).
- 259 Otto 806.
- 593-594 *sine ... haereditatem* Cf. n.l. 597.
- 597 Plaut. *Capt.* 775 (598 sum aptus).
in *Captiui duo* Zu diesem unflektierten Komödientitel: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 201, n.l. 128: "Er. flektiert sonst Werk- und Komödientitel ... nur in *Captiui duo* steht durchweg im Nominativ ... Mit der Titelform *Captiui duo* anstatt bloss- dem 'Captiui' folgt er der Plautus-Ausgabe des J.B. Pius (Mailand, 1500)."
- 599 *Et alibi* Plaut. *Trin.* 484.
- 601 *Plautus alibi* Plaut. *Curc.* 125 (601 mihi hau saepe [e]ueniunt tales hereditates).
Cicero Cic. *Verr.* 2 IV, 62 (603 is).
- 602 *actione quinta* In den alten Ausgaben werden die fünf Bücher der 'actio secunda' als 'libri III-VII' (anstatt I-V) gezählt, da nach der damaligen Numerierung die *Diuinitio in Caecilium* das erste, die 'actio prima' das zweite Buch bildete. Cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 115, n.l. 630. An unserer Stelle steht jedoch *actio quinta* für das 4. Buch der actio secunda (anstatt 'actio sexta').
- 603 *Andreas Alciatus* Andrea Alciati/Alciato (1492-1550) war ein grosser Kenner der Romanistik. Von seinen juristischen Werken erschienen 1518 in Mailand u.a. die

- Dispunctiones* (drei Bücher) und die *Praetermissa* (zwei Bücher). Die zweite erweiterte Ausgabe wurde von Cratander 1523 gedruckt. Zu Alciatus: *Contemporaries* s.v. (Andrea) Alciati; Allen, introd. Ep. 1250.
- 603-604 *Praetermissorum libro primo* Die betreffende Stelle aus den *Praetermissa* findet sich in der Baseler Edition von 1531 (Basileae in officina Andreae Cratandri mense septembri anno MDXXXI, fo. 122 verso s.v. sacra) und in der Gesamtausgabe Basel 1571 (Tom. II, fo. 154 s.v. sacra). Alciatus nimmt kritisch Stellung zu unserem Adagium: "Vt minime πανερασμιου illius Roterodami sententiam omnino prober, pro uerbium id interpretantis de sacris quae in parentalibus defuncti celebrabantur pro uerb. CCLVII" (*Praetermissa* loc. cit.). Alciatus benutzte die Adagienedition von 1508, in der unser Adagium die Nummer 257 (seit B 259) hat. Er. übernimmt ll. 606-608 *interpretatur ... haereditatem* wörtlich aus Alciatus (loc. cit.).
- 604-605 *Lex ... Tabularum* Cf. Cic. *Leg.* II, 22, angeführt von Alciatus (loc. cit.).
- 606-608 *interpretatur ... haereditatem* Aus den *Praetermissa* von Alciatus, cf. n.l. 603-604 (606 lib. II de legib.; 607 sacra illa celebrare, nach der Edition von 1571).
- 606 *Cicero* Cf. Cic. *Leg.* II, 48-49.
- 611 *Haec ... noster* Er. war schon im Oktober 1519 von Bonif. Amerbach auf Alciatus aufmerksam gemacht worden (Ep. 1020, ll. 55-56 = *Am. Kor.* 694). Am 14. Dezember 1521 schreibt Er. an Alciatus: "Bonifacius Amerbachius, candidus ac bene uocallis praeco laudum tuarum, non tantum sua praedicatione, ... verum etiam ostensis lucubrationibus tuis, quas habet in deliciis effecit, vt uehementer suspicere coeperim eruditionem tuam" etc. (Ep. 1250). Die Erwähnung Alciatus' in der Adagienausgabe von 1526 (cf. unsere Stelle und *Adag.* 445) wurde diesem von Amerbach schon gegen Ende des Jahres 1525 signalisiert (*Am. Kor.* 1075, ll. 14-18). Am 27. Dezember 1525 schreibt Alciatus an Amerbach: "Erasmus me plane omnia debere video, qui (vt scribis) mei mentionem etiam cum honore in immortalis illo Adagiorum opere fecerit" (*Am. Kor.* 1078, 24-25). Wie wichtig und wertvoll Alciatus die lobende Erwähnung in den Adagien war, zeigt eine weitere Briefstelle (*Am. Kor.* 1282, 41-46. 23, Aug. 1528): "Scio, Bonifaci mi, quantum ego illi viro (sc. Erasmo) debeam, nec adeo imperitus sum, vt me lateat ab eo mihi datum, quod maximum cuique mor-

cuius equidem sententiae lubens addo meum suffragium, quanquam a mea minimum dissentienti. [A] Porro in Plautino dicto allusum arbitror ad Graecorum illud adagium: Ἄθυστα ἱερὰ κατεσθίειν, id est *Non sacrificata sacra deuorare*. Item ad Hesiodium illud:

Ἄπο χυτροπόδων ἀνεπιρρέκτων ἀνελόντα / ἔσθειν, id est
Ante sacrum factum cibum ab ollis tollere raptum
Atque edere.

[A]

INTER CAESA ET PORRECTA

260

620 Elegans in primis adagium extat apud M. Tullium in Epistolis ad Atticum. *Et multa*, inquit, *imo omnia quorum κεφάλαιον, ne quid inter caesa et porrecta, vt aiunt, oneris mihi addatur aut temporis*. Videtur significare cunctationem et ancipitem haesitationem ac velut interuallum illud inter omittendum quod coeptum est et incipiendum quod nouari oportet. Sumptum est autem e prisco auspicio-

625 rum ritu, in quibus *inter caesa et porrecta* sacerdos ceremonias quasdam agebat, quemadmodum testatur M. Varro libro De lingua Latina secundo. *Nam flamen Dialis*, inquit, *auspicatur vindemiam et vt iussit vinum legere, agna Ioui facit, inter cuius exta caesa et porrecta flamen prorsus vinum legit*. Porro quod exta caesa prorogationem temporis apud veteres significauerint, declarat Cicero libro De diuinatione secundo *Quid enim*, inquit, *habet aruspex, cur pulmo incisus etiam in bonis extis dirimat tempus et proferat diem?*.

[A]

PENSVM SOLVERE

261

Pensum persolvere est tuas implere parteis debitoque perfungi officio. Translatum a lanificio muliebri, in quo singulis certum lanae pondus in opus distribuebatur. [D] Plautus in Persa: *Pensum meum quod datum est, confeci*. [E] Idem in Bacchidibus: *Ego pensum meum lepide accurabo*. Et M. Tullius libro De oratore tertio: *Nunc ad reliqua progrediar meque ad meum munus pensumque renocabo*. [A] Varro De re rustica: *Nos nostrum pensum absoluimus*. Hieronymus ad Rusticum: *Et operis tui pensa persoluas*. Verum quo longius erit detorta metaphora, hoc erit adagium venustius; veluti si ad sermonem, ad studium, ad officium aut alias animi res referatur.

[A]

NE PER SOMNIVM QUIDEM

262

Οὐδ' ὄναρ, id est *Ne in somnio quidem*. Graecis prouerbialiter dictum est pro eo, quod est: nulla ratione, nullo tempore. Alioqui nemo fere tam omni felicitate destitutus, quin aliquando [C] per quietem [A] vel somniet laetiora quaequam.

645 Lucianus ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῶ συνόντων: Οὐδ' ὄναρ λευκοῦ ποτε ἄρτου ἐμφορηθείς, id est *Ne per somnium quidem vnquam albo pane satiatas*. Idem

650 vsurpauit in Gallo, cum ait regibus ne per somnium quidem aliqua re iucunda frui licere: 'Υφ' ὦν οὐδ' ὄναρ ἀπολαῦσαι τινος ἡδέος ἐγγίνεται. [D] Rursus Περὶ τοῦ ἡλέκτρου: 'Αιδόντων δὲ ἡδὺ καὶ οἶον σὺ φῆς, οὐδ' ὄναρ ἀκηκόαμεν, id est Porro suaviter canentes et eo modo quo tu praedicas, ne per somnium quidem audiuiimus. [A] Huc eleganter allusit Theocritus ἐν Βουκολίσκῳ, apud quem Eunice puella ciuilis rusticum basium dare conantem ab se repellit dicens tantum abesse, vt illi sit datura basium, vt hoc ne per somnium quidem oporteat sperare.

655 Carmen sic habet:

615 Hesiodium C D F-I: Hesiodum A, E in textu, corr. in Erratis, Hesiodi s B.
 616 ἀνεπιρρέκτων B-I: ἀνεπιρρέκτω A; ἔσθειν A-C: ἔσθειν D-I.
 617-618 Ante ... edere π F-I: A chytropode nondum sacrificio sublatum edere A-E.
 627 agna B-I: agnam A.

talium dari potest, aeternitatem scilicet et famam; ad haec tanto suo testimonio inuidorum, quos scis mihi non deesse, aculeos retudit, vt ei nec clam quidem maledicere audeant, quem Erasmi preconio videant celebrari." Alcianus zeigt sich in den Briefen an Amerbach als eifrigen Benützer der Adagien, und auch von dritter Seite wird er als Erasmus-Verehrer bezeichnet (Vigilius Zuichemus in Ep. 2210, 8-13). Wir verdanken Prof. Dr. F. Heinemann diesen Exkurs.

613 *Plantino dicto* Cf. l. 598 und l. 599.
 614 *Graecorum illud adagium* Semonides von Amorgos fr. 7, 56 D. bei Athen. V, 179 d (ἄθυστα δ' ἱρὰ πολλάκις κατεσθίει: ἄθυστα v.l., ἱερὰ v.l.).
 615 *Hesiodium illud* Hes. Erg. 748-749.
 260 Otto 293.
 620 *Elegans ... adagium* Cic. Att. V, 18, 1.
 626 Varro *Ling. lat.* VI, 16 (628 primus Müller für porus: *prorsus* Er.).
libro ... secundo D.h. das zweite Buch der zweiten Triade (dazu: Varro *Ling. lat.* VII, 109-110). Aufgrund des Textes Varro *Ling. lat.* VIII, 1 ("Quom oratio natura tripartita esset, vt superioribus libris ostendi, cuius prima pars" etc.) glaubten die alten Herausgeber, die drei Bücher, die dem achten vorangehen (nach der heutigen Numerierung V-VII), seien libri I-III. Also nennt Er. das sechste Buch, das zweite. Cf. *Adag.* 1552, *ASD* II, 4, p. 58, l. 958: "Vt autor est M. Varro libro De lingua Latina tertio", wo lib. VII gemeint ist und *Adag.* 1677, *ASD* II, 4, p. 136, ll.

630 aruspex A-H: auruspex I.
 632 pensum soluere G-I: pensum persoluere A-F.
 646 ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῶ F-I: in ἐπὶ μισθῶ A, in τῷ ἐπὶ μισθῶ B-E.
 649 'Υφ' ὦν A-D F-I: ἔφ' ὦν E.
 653 dicens B-I: negans A.

122-123: "Testis est et M. Varro libro De lingua latina secundo" (gemeint ist lib. VI). Dazu: Roland G. Kent, *Varro on the Latin Language*, London, 1938, pp. xxxii-xxxiii.

629 Cic. *Div.* I, 85.
 629-630 *libro ... secundo* Woher diese falsche Numerierung stammt, ist uns nicht bekannt (vielleicht nur ein Irrtum von Er.).
 261
 633 *Pensum persoluere* Nach Varro oder Hier. (cf. n.l. 638).
 635 Plaut. *Persa* 272.
 636 *Idem* Plaut. *Bacch.* 1152 (636 meum pensum ego).
M. Tullius Cic. *De or.* III, 119.
 638 Varro *Rust.* II, 2, 1.
Hieronymus Hier. *Epist.* 125, 15, 2 (639 operis: *et operis* v.l.).
 262 Cf. Payr, p. 386 sq.
 643 Οὐδ' ὄναρ Apost. 13, 15 i (Walz, p. 390).
Lucian., cf. n.l. 646 (= Apost. loc. cit.), n.l. 647 und n.l. 649.
 646 *Lucian. De merc. cond.* 17.
 647 *id est ... satiatas* Cf. *ASD* I, 1, p. 560, ll. 39-40: "Qui ne per somnum quidem vnquam fuerit albo pane saturatus."
Idem *Lucian. Gall.* 25 (649 οὐδέ). Cf. *ASD* I, 1, p. 484, ll. 28-29: "Quibus rebus fit vt ne per somnium quidem aliqua re suauiter frui liceat."
 649 *Rursus* *Lucian. Electr.* 5 (650 οὐδέ).
 652 Theocr. 20, 2-5 (656 ἔμεϊτο: ἔμοϊτο v.l.; 657 ἐθέλεις με κύσαι, τάλαν; 659 κύσσης: κύσσης v.l.).

Ἔρρ' ἀπ' ἑμοῖο·

Βωκόλος ὦν μ' ἐθέλεις κῦσαι; τάλαν, οὐ μεμάθηκα

Ἀγροίκως φιλέειν ἀλλ' ἀστικά χεῖλα θλίβειν,

Μὴ τὺ γέ μευ κύσης τὸ καλὸν στόμα μὴδ' ἐν ὄνειροις, id est

660

Aufer te hinc procul inque malam rem,

Tu mihi suauiolum dare vis homo rusticus? atqui

O miser, haud didici dare basia agrestibus vnquam, |

LB 136

Sed magis vrbanis soleo oscula figere labris.

Non mihi tu nitidum os labris sordentibus vnquam

665

Contigeris, nec per somnum.

Vtitur eodem et M. Tullius in Epistolis ad Atticum: [E] Πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ'

ἄναρ *quisquam inueniri potest.* [A] Theocritus in Megara Herculis vxore: Τὸ δ'

οὐδ' ἄναρ ἤλυθεν ἄλλω, id est *Quod alii ne per somnium quidem accidit.* [G] Galenus

670

Περὶ φυσικῶν δυνάμεων libro ii.: Καὶ ταῦτα οὐκ ἔχρην ἀγνοεῖν τὸν Ἐρασίστρα-

τον, εἴπερ κἀν κατ' ἄναρ ποτὲ τοῖς ἐκ τοῦ περιπάτου συνέτυχεν, id est *Atque haec*

oportebat non esse ignota Erasistrato, si modo vel in somnis vnquam illi cum

Peripateticis incidisset consuetudo. [A] Solent autem vel extremae sortis homines

aliquando magna quaedam somniare, quemadmodum apud Lucianum

Micyllus, qui per somnium opulentissimus, experrectus cerdo quispiam erat

675

Iro pene pauperior. Nam somniare sperandi genus est. Vnde et Vergilius in

Bucolicis spes inanes amantium somnia vocat: *An qui amant, ipsi sibi somnia*

fungunt? [C] Huc respexit et Flaccus in Satyris, cum ait:

Cum te seruitio longo curaque leuarit

Et certum vigilans, quartae sit partis Vlysses,

680

Audieris, haeres.

[A] Itaque ne per somnium quidem perinde valet, quasi dicas, quod ne

sperare quidem audeas. [B] Plutarchus in libello, quem scripsit aduersus

Stoicos, adagium extulit paulo diuersius: Ὡν οὐδ' ὄνειρατα λαβεῖν μᾶλλον ἔστι

685

παρὰ τὰς κοινὰς ἐννοίας, id est *Quorum ne somnia quidem magis capere licet extra*

communes cogitationes. [G] Diuus Chrysostomus Aduersus Iudaeos concione

tertia sic extulit: οὐδ' ὡς ἄναρ.

[A]

PER NEBVLAM, PER CALIGINEM, PER SOMNIVM

263

Quarum rerum ambiguam quandam ac tenuem peneque euanidam memoriam

aut intelligentiam obtinemus, eas res *per nebulam* recordari, *per somnium*

690

meminisse, *per caliginem* videre, prouerbio dicimus. Vt quae puelli vidimus,

senes quasi per somnium recordamur vix tenuibus quibusdam simulacris

rerum inhaerentibus animo nostro, qualis est ferme vulgarium insomniorum

memoria. Porro quod per mediam nebulam intuemur, eius confusam duntaxat

imaginem ac velut vmbra incertam aspiciamus. Cuiusmodi sunt quae per

695 caliginem cernuntur in tenebris. Hinc igitur ducta metaphora. [E] Huiusmodi sermonis formae frequenter obuiæ sunt apud scriptores. Plautus in Pseudolo:

*Sunt quae te volumus percontari, quae quasi
Per nebulam nosmet scimus atque audiuiimus.*

Idem in Captiuis duobus: *In memoriam regredior audisse me | quasi per nebulam.*
700 M. Tullius libro De finibus quinto: *In infirma aetate imbecillaque mente vis naturae per caliginem cernitur.* Plato De legibus libro septimo: "Α δὴ λέγω, δηλώσαι πειρητέον οἶον δείγματα ἐξενεγκόντα εἰς φῶς· νῦν γὰρ λεγομένοις ἔοικε κατὰ τι σκότος, id est *Caeterum quae dico, conandum est, ut velut exemplis in lucem prolatis reddamus perspicua. Nam haec videntur similia iis, quae dicuntur per caliginem*
705 *quandam.* Eodem in libro legitur καθ' ὕπνον, id est *per somnum* siue *in somnis.*

658 ἀστυκὰ *scripsimus*: ἀστυκὰ A-I.

667 inueniri F-I; inueneri E.

668 ἤλυθεν A-C E-I; ἤληθεν D.

668-672 Galenus ... consuetudo G-I, addit χ.

676 amantium A-G; amantum H I.

685-686 Diuus ... ὄναρ G-I, addit χ.

686 οὐδ' G-I; οὐδὲ χ.

689 somnium B-I; somnum A.

690 dicimus H I; dicimur A-G.

701 δηλώσαι E F; δειλώσαι G-I.

705 καθ' ὕπνον E-G I; κατ' ὕπνον H; per somnum F-I; per somnium E.

666 Cic. *Att.* I, 18, 6.

667 Ps. Theocr. 38 Gallavotti (= Mosch. IV), 18 (667-668 τ' οὐδ' Gow: δ' οὐδ' codd.).

45 Quos equidem versiculos haud grauarer Latinos facere, si quam sunt elegantes, tam essent etiam verecundi. Strabo meminit apophthegmatis cuiusdam meretricii, ex quo licebit earum auariciam coniiicere. Nam cum matrona quaedam cuiusdam huius ordinis probro obiiceret inertiam, quod nihil ageret operis nulloque lanificio exerceretur, 'Imo', inquit, 'ego illa qualiscunque sum, iam ternas telas exiguo temporis spacio pertexui'.

50 Mihi tamen non videtur absurdum, si paroemia referatur ad periculosam in Corinthum nauigationem de qua meminit eodem in libro Strabo, vt hinc postea deriuata sit ad alios vsus. Parasitus ille comicus eleganter detorsit prouerbum:

55 Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς τράπεζαν ἔσθ' ὁ πλοῦς, [B] id est
Adire mensam haud hominis est cuiuslibet.

[A] Citatur autem a Stobaeo ex Nicolao quodam poeta comico. Meminit et exponit hanc paroemiam et Eustathius enarrans nauium catalogum additque eam imitatam ex illo versu Sophocleo:

60 Οὐκ ἐνθάδ' οἱ πλοῖ τοῖσι σώφροσι βροτῶν id est
Non a modestis nauigatur huc viris.

[E] Extat hic versus, cuius meminit Eustathius, apud Sophoclem in Philocteta. [B] Proinde duplex erit vsus adagii, vel cum significamus rem esse maiorem quam pro viribus eius, qui conatur aggredi, veluti si quis parum felici natus ingenio parumque viatico instructus destinet sequi literas, aut qui sit imbecilli corpusculo Paulos et Antonios studeat aemulari; vel quoties aliquis negocium parum tutum aggredi parat, quod non temere soleat feliciter

18 A. Gellius *HI*: Aulus Gellius *A-G*.

23 Aristippum *A-H*: Aristipum *I*.

34 decem drachmarum milia [millia *A*] *A*
F-I: decem nummum milia *B-E*, corr. π.

36 ὀνοῦμαι *A-D F-I*: ὀνοῦμαι *E* in *textu*,
 corr. in *Erratis*.

40 φασὶν τὰς *D-I*: τὰς φασὶν *A-C*.

41 πειρῶν *scripsimus cum BAS*: πειρῶν *A-I*.

47 cuiquam huius ordinis *B-I*: ex hoc ordine

cuiquam *A*.

49 pertexui *A-D F-I*: praetexui *E* in *textu*,
 corr. in *Erratis*.

50 tamen *B-I*: om. *A*.

59-60 In *A* locus hic: (βροτῶν, Non a modestis nauigatur huc viris, per errorem typographorum in pagina 48 recto, non pagina 43 verso positus est.

59 id est *C D H I*: om. *A E-G*, i. B.

18-19 Horatius ... adagium Bei Horaz (cf. n.l. 19) kein Bezug auf Laïs: der wird durch die pseudacronischen Scholien (Keller, II, p. 264) gegeben, wo auch auf das Verhältnis von Aristippus zu Laïs (cf. n.l. 23-24) hingewiesen wird. Zu Gellius: n.l. 25.

19 ille Hor. *Epist.* I, 17, 35-37.

23-24 ad Aristippum ... Laide Siche die n.l. 18-19 genannten Scholien und Diog. Laert. II, 74-75. Cf. *Apophth.* III, Aristippus 31, *LB IV*, 168 F. Zu Aristippus: E. Mannbach, (cf. *Adag.* 286, n.l. 130-132), p. 14, fr. 57 A sqq.

25 Gell. I, 8, 3-6 mit einigen Kürzungen (29 nimium quantum: *nimiam quantitatem* ed. 1509; ait; 33 vt sibi copiam sui: *vt sui copiam* ed. 1509).

ex Phocione Fr. meint Sotion (cf. Gell. I, 8, 1). Die Lesart 'Phocion' findet sich in der Gelliusedition von 1509 und auch in den Scholien zu Aristoph. *Plut.* 149 (in der Musurusedition von 1498).

37 *Alii* D.h. die Paroemiographen, cf. n.l. 3.

39 Aristoph. *Plut.* 149-152 (40 φασὶ sic. ed. 1498). In den Editionen *A-C*: τὰς φασὶν (cf. app. crit.). Hat Er. in *A-C* das vephelkustikon metri causa hinzugesetzt?

45 Strab. loc. cit. (cf. n.l. 8), Meineke, p. 536.

48-49 Imo ... pertexui Bei Guarino (cf. n.l. 9-18): "Ego, inquit, talis in hoc breui tempore ternas disposui telas" (fo. LXXIII verso).

50-51 ad periculosam ... Strabo Strab. loc. cit. (cf. n.l. 8), Meineke, p. 535 (οὐκ εὐπλοῦς), sic Suid. loc. cit., cf. l. 7.

53 prouerbiū Stob. III, 14, 7, p. 470, 22 Hense = Nicolaus fr. 1, 26 *PCG* (VII, p. 53).

56 a Stobaeo ex Nicolao Cf. *Proleg.* n.l. 144.

57 Eust. p. 290, 36. Er. fand anfangs den Hinweis auf Sophocles und den betreffenden Vers bei Eust. Später war er imstande den Vers näher zu identifizieren (Soph. *Phil.* 304).

61-62 Sophoclem in Philocteta Soph. *Phil.* 304, cf. n.l. 57.

65 Paulos Anspielung auf Paulus von Thebe (Ägypten), nach Hier. *Vita Pauli* der älteste Eremit (228-341). Cf. Migne *PL* 23, 17-28.

Antonios Sc. Antonius, der Eremit (251-356), der als Einsiedler in der Wüste sehr asketisch lebte.

euenire, veluti si quis apud iudices δωροφάγους litem instituat nunquam finiendam aut principum aulis sese addicat aut bellum suscipiat. Nihil enim fere horum ita bene consuevit euenire, vt non poeniteat consilii.

70 [A]

SATIS QVERCVS

302

"Άλις δρυός, id est *Sat quercus*. Vetus adagium in eos, qui relicto victu sordido ad elegantiores lautioresque digrediuntur. Inde profectum, quod prisci illi mortales rudes atque inculti, simulatque Ceres vsum frumenti monstrauit, glandibus victitare desierunt. [B] Quamquam Plinius libro xvi. testatur et sua

75

aetate multas gentes glande victitasse, apud Hispanos etiam in deliciis habitam, adeo vt bellariorum vice secundis mensis inferretur. Huiusmodi nimirum tragemata conueniebant iis, quibus dentifricii loco lotium esset. [A]

80

Nec inconcinne quadrabit in eos, qui relicta antiqua illa virtute ad mores consiliaque sui seculi sese transferunt ac recentiorum moribus incipiunt vti. Hunc ad modum videtur vsus Cicero scribens ad Atticum libro ii. in epistola cuius initium: *Multa me sollicitant. Clodii contentiones, quae mihi proponuntur, modice me tangunt; etenim vel subire eas videor summa cum dignitate vel declinare nulla cum molestia posse. Dices fortassis 'Άλις tanquam δρυός. Saluti, si me amas, consule'. Me miserum! cur non ades?* Atque ita quidem in omnibus legitur exemplaribus;

85

verum equidem doctis, vti spero, comprobaturis sic legendum esse contende-

LB 152

rim: *Dignitatis tanquam δρυός Άλις, saluti, si me amas, consule*, vt intelligas dignitatis rationem quasi quercum et priscum illud virtutis studium omittendum esse, posthac saluti potius consulendum quam famae. Id quod et alibi scribit sibi esse in animo, nempe ad eundem Atticum libro iii.: *Subturpicula mihi videbatur esse palinodia, sed valeant vera, recta, honesta consilia*. Apertius velut interpretatur adagium ad hunc ipsum libro secundo: *Quid ergo inquires? Istos mercede conductos habebimus? Quid faciemus, si aliter non possumus? An libertinis atque etiam seruis seruiamus? Sed vt tu ais: Άλις σπουδής*, exponens nimirum quid intellexerit δρυός, hoc est probitatem ac virtutem. Nihil autem prohibet, quominus et in genere prouerbum vsurpemus, quoties pristinum aliquod studium aut institutum relinquitur.

95

[A]

FENESTRAM APERIRE ET SIMILES METAPHORAE

303

Aperire fenestram pro eo, quod est: occasionem ac velut ansam ministrare. Terentius ἐν 'Εαυτὸν τιμωρουμένῳ:

100

*Hui**Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.*

Verum hoc non nisi in malam partem; illud etiam in bonam *Aperire ianuam*. Plinius Suetonio Tranquillo: *Atque adeo illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famae patefecit*. [B] Plutarchus in libro de Osiride: Μεγάλας μὲν τῷ ἀθέῳ λεῶ

- 105 κλεισιάδας ἀνοίγοντας, id est *Magna impiæ plebi repagula aperiētes*. [A] Eiusdem formæ et illud Ciceronis pro Planco: *Quantquam qua nolui ianua in causam ingressus sum*. Item illa: 'aperire viam', 'praestruere viam', 'praeccludere viam', 'iacere fundamenta', [B] quorum alibi meminimus. [F] Diuerso quidem sensu philosophus quidam Cynicus dictus est *θυρεπανοικτης*, quod in omnium aedes irrumperet reprehensurus si quid displiceret; sed tamen ea vox torqueri potest ad eos, qui caeteris viam aperiunt.

[A]

ANSAM QVAERERE ET CONSIMILES METAPHORAE

304

- Ansa est, qua quippiamprehenditur ac tenetur. Hinc ducta metaphora varias adagiorum formas praebuit. Plautus [E] in Persa: [A] *An non vides hunc ansam quaerere?* id est captare occasionem rescindendae irritandaeque pactionis. Quod quidem a Graecorum tractum est figura, apud quos frequens est: *λαβὴν ζητεῖν, παρέχειν λαβὴν*, id est *ansam quaerere, praebere ansam*. Aristophanes in Lysistrata:

- 120 Εἰ γὰρ ἐνδώσει τις ἡμῶν ταῖσδε κὰν σμικρὰν λαβὴν,
Οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὐταὶ λιπαρᾶς χειρουργίας, id est
Si qua per nos vel pusilla data sit ansa foeminis,
Pinguis ipsae nil relinquunt protinus chirurgiae.

- 101 quantam ... patefeceris E-I; quantam illi fenestram aperueris ad nequitiam A-D.
104 libro E-I; libello B-D.
112 quaerere B-I; querere A, corr. s.
118 Lysistrata A C-I; Lisistrata B.
119 ταῖσδε E-I; καὶ ταῖσδε A-D.

- 67 δωροφάγους Cf. Hes. Erg. 39, 221, 264. Siehe Adag. 201, n.l. 38.
302 Collect. 486.
71 Ἄλις δρυός Zenob. 2, 40 = Ald. col. 22, zweiter Artikel. In den Collect. entnahm Er. dieses Sprichwort der Diogeniansammlung: Diogen. 1, 62 = Apost. 2, 42 (nur die Wortfolge ist leicht unterschiedlich).
71-74 *Vetus ... desierunt* Nach Zenob.
74 Plin. Nat. XVI, 15.
76-77 *Huiusmodi ... esset* Nach Catull. 37, 20. Zu diesem Gebrauch auch Catull. 39.
80 Cic. Att. II, 19, 1 gekürzt (81 Minac Clodi contentionesque; 82 videor mihi; 83 fortasse; dignitatis ἄλις cf. l. 86).
86 *Dignitatis ... consule* Nur die Wortfolge ist in den heutigen Ausgaben anders: dignitatis ἄλις, tanquam δρυός.
89 *ad eundem Atticum* Cic. Att. IV, 5, 1 (90 παλινοδία; recta, vera).
91 *ad hunc ipsum* Cic. Att. II, 1, 8 (91 quid

- 120 ἐλλείψουσιν F-I; ἐλλείψουσι A-E.
121-122 Si ... [sit data D] chirurgiae D-I: Quod siquis nostrum etiam istis vel minimam ansam dederit nullum facinus relinquunt A-C.

- ergo? istos, inquires).
303 Collect. 484.
98 *ansam* Cf. Adag. 304.
99 Ter. *Heaut.* 480-481 (101 nequitiam; nequitiam v.l.).
103 Plin. *Epist.* I, 18, 4.
104 Plut. *Mor.* 360 a.
106 Cic. *Planc.* 8 (106 quoniam: *quamquam* v.l.; 106-107 sum ingressus in causam).
108 *alibi* Cf. Adag. 48, l. 503 sqq. (*aperire viam, praeccludere viam*) und Adag. 133, l. 845 (*fundamenta iacere*).
108-110 *Diuerso ... displiceret* Nach Diog. Laert. VI, 86. Siehe auch Plut. *Mor.* 632 e.
109 *philosophus quidam Cynicus* Dieser Philosoph ist Crates.
304 Collect. 482.
114 Plaut. *Pers.* 670-671 (non tu illum vides / quaerere ansam). Er. zitiert die betreffenden Verse an unserer Stelle, wie in Collect. 482.
117 Aristoph. *Lys.* 671-672 (120 λιπαρούς).

Plato libro De legibus tertio: Καὶ ὁ λόγος ἡμῖν ὅσον λαβὴν ἀποδίδωσιν, id est *Et ipse sermo nobis velut ansam praebet*. Aristides in Pericle: Τὴν τοῦ βασκαίνειν
 125 δοκεῖν παρέχειν λαβὴν, id est *Ansam praebere, vt inuidere videatur*. Idem adsimili
 figura dixit in Timone: Οὐδὲ δίδωσι χώραν τῇ βλασφημίᾳ, id est *Neque dat locum
 conuicio*. Rursum Plato libro De legibus septimo: *Vt contentionis ansas multis
 praebuerint*. [C] Rursum De republica libro octauo indicat metaphoram sump-
 130 tam a palaestritis, quorum haec ars est sic componere corpus, vt prehendi non
 possint: Πάλιν τοίνυν ὥσπερ παλαιστῆς τὴν αὐτὴν λαβὴν πάρεχε, id est *Rursum
 igitur tanquam palaestrita eandem ansam praebe*. [A] Eodem pertinet 'in easdem
 ansas incidere' et 'ansam arripere', 'ansam praeterire', 'ansam negligere' et si
 qua sunt alia. Epictetus in Enchiridio suo scripsit vnicuique rei binas esse
 135 ansas, alteram qua teneri possit, alteram qua non possit. Arripiendum igitur
 vnumquodque ea qua possit teneri, id est bona vndique excerpenda, mala
 toleranda. [H] Philosophus quidam adolescentes nullis mathematicis discipli-
 nis instructos noluit admittere, quod diceret illis deesse ansam philosophiae.
 Plutarchus autem in libello De audiendis poetis eleganter scripsit multas esse
 140 corporis partes, per quas sese insinuant vitia, virtuti vero vnicam esse ansam:
 aures adolescentulorum, si purae fuerint nullisque assentatorum et corrupto-
 rum hominum sermonibus occupatae. |

LB 153

[A]

CYCLOPIS DONVM

305

Κύκλωπος δωρεά, id est *Cyclopis munus* pro eo, quod est: munus inutile.
 Cuiusmodi sunt ferme tyrannorum et latronum beneficia, qui solent hoc
 145 ipsum magni beneficii loco imputare, quod aut minus aut serius noceant. [G]
 In hanc sententiam Cicero Philippica secunda: *Quod est aliud P.C. beneficium
 latronum, nisi vt commemorare possint iis se vitam dedisse, quibus non ademerint?* [A]
 Lucianus ἐν Καταπλῶ: Οὐ πάνυ με ἡ τοῦ Κύκλωπος ἐκείνη εὐφραίνει δωρεά, τὸ
 ὑπισχνεῖσθαι, ὅτι πύματον ἐγὼ τὸν Οὔτιν κατέδομαι, id est *Haud admodum me
 150 Cyclopis illud donum delectat, videlicet quod ita pollicetur: Ego Vtin postremum
 deuorabo*. Verba sunt Micylli cerdonis, qui cum esset questus, quod non statim
 cum aliis in cymbam Charontis reciperetur atque hoc ipsum Clotho Parca
 beneficii vice imputaret, quod interim tantillum morae lucrifaceret ne descen-
 155 deret ad inferos, ad hunc modum respondit. Neque dubium quin Lucianus
 Homericum locum retulerit, qui est in Odysseae libro nono, vbi Cyclops
 Polyphemus delectatus dulci vino, quod illi donarat Vlysses, munus promittit
 quo accepto ille sit magnopere gauisurus, vt denuo sibi ministret de sua
 lagena. Dedit Vlysses spe muneris iterum atque iterum. Porro vbi iam vino
 delinitum crederet mitius responsurum, repositit Vlysses munus promissum.
 160 Cui Cyclops hunc in modum respondit:

Οὔτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετὰ οἷς ἐτάροισι

Τοὺς δ' ἄλλους πρόσθεν· τὸ δέ τοι ξεινήιον ἔσται, id est

*Post socios mihi postremusque vorabitur Vtis,
At reliqui prius: hoc ex me tibi munus habebis.*

165 Caeterum οὐτις Graece *nullum* significat; quod nomen sibi finxerat Vlysses, quo Polyphemum posset deludere.

- 123 οἶον *A-H: οἶον I; Et A-C E I: Ei D.*
 125 vt inuidere *A-D F-I: et inuidere E.*
 127 libro *E-I: om. A-D; De legibus septimo E-I: De legibus tertio [iii. A B].* Nunc tandem quasi diuinitus ad idem nobis reuoluta est oratio nobisque quodammodo ansas praebuit. Item septimo *A-D.*
 131 tanquam *D-I: tam C.*
 132-133 siqua [si qua I] *C-I: siquae A B.*
 142 *Post adagium 304* Ansam quaerere in *A adagium* Occasionem arripere inuenitur, cuius vicem in *G-I* mutato nomine adagium 670, in *B-E adagium 669*, Nosce tempus obtinet. Occasionem arripere. Quin illud ipsum quo nihil est vulgo tritius. Occasionem arripere non nihil prouerbii sapit habetque reconditiorem allusionem nempe ad volubilem illum deum, quem Graeci Καῖρόν vocant. Huius simulachrum ad hunc modum fingeat antiquitas, vt volubili rotae

pennatis insistens pedibus vertigine quam citatissima semet in orbem circummagat priore capitis parte capillis hirsuta, posteriore glabra vt illa facile prehendi queat, hac nequaquam. Ad quod erudite simul et eleganter allusit, quisquis is fuit, qui versiculum hunc conscripsit: Fronte capillata posthaec occasio calua. Eodem spectat illud Pittaci dictum Γνώθι καιρόν, Nosce tempus. Nam vtrique Graecorum voci χρόνος καὶ καιρός vna Latina respondet tempus, quod aliquoties etiam occasionem atque opportunitatem significat.

- 142 donum *A-E G-I: domum F.*
 146-147 In hanc ... ademerint? *G-I, addit χ.*
 148 ἐκείνῃ, *B-I: ἐκείνῃ A.*
 150 Vtin *F-I: Vtim A-E.*
 152 Clotho *A-F: Cloto G-I.*
 153 lucrificeret *B-I: lucrificaret A.*
 138 *Plutarchus ... poetis* Nicht Plut. *De audien-*
dis poetis, sondern *De recta ratione audiendi*.
 Cf. *Mor.* 38 a b.
 305 Nach dem Sprichwort *Ansam quaerere* fand sich in der Ausgabe *A*, wie in den *Collect.* (483) das Proverb *Occasionem arripere*. Cf. app. crit.
 143 Κύκλωπος δωρεά Apost. 10, 20 a, cf. Walz, p. 324.
munus inutile Cf. Apost. loc. cit.: Ἀντὶ τοῦ ἀνωφελέως.
 146 Cic. *Phil.* II, 5 (147 se dedisse vitam).
 148 Lucian. *Catapl.* 14 (148 τὸ om.).
 151-154 *Verba ... respondit* Nach Lucian. loc. cit.
 155 *Homericum locum* Hom. *Od.* IX, 353 sqq., cf. *Adag.* 1505, *ASD* II, 4, p. 22, ll. 85-87.
 158 *Dedit ... iterum* Ulysses gab den Wein nicht, wie Er. an unserer Stelle behauptet, *spe muneris*, sondern "quo simul atque iam temulentus sopitusque iaceret", cf. *Adag.* 1505, l. 86.
 161-162 Hom. *Od.* IX, 369-370.

- 123 Plat. *Leg.* III, 682 e.
 124 Ael. Arist. III (De quattuor), 8, Lenz-Behr, I, p. 295.
 125-126 *Idem ... Timone* Er. meint 'Cimone', cf. *Adag.* 444, l. 27. Es handelt sich um Ael. Arist. III (De quattuor), 149, Lenz-Behr, I, p. 342.
 127-128 *Rursum ... praebuerint* Von uns nicht gefunden. Jedenfalls nicht bei Plat. Siehe James Adam, *The Republic of Plato* II, (cf. *Adag.* 2.xi, n.ll. 12-13), p. 198, Anm. zu *Rep.* 544 b (cf. n.l. 128).
 128 *Rursum* Plat. *Rep.* VIII, 544 b.
 133 *Epictetus in Enchiridio* Fr. las Epictetus' Enchiridion in der Übersetzung Polizians. Es betrifft Epict. *Enchir.* 43 (Schenkl, Leipzig, 1916). In der Pariser Ausgabe der *Opera omnia* Polizians von 1519, cap. 58, fo. 33 verso.
 136-137 *Philosophus ... philosophiae* Nach Diog. Laert. IV, 10: Ααβᾶς γὰρ οὐκ ἔχεις φιλοσοφίας. Es betrifft eine Aussage des Xenocrates (Xenocrates fr. 2 Heinze, p. 159). Siehe auch Plut. *Mor.* 452 d.

[A]

TVIS TE PINGAM COLORIBVS

306

Tuis te pingam coloribus, id est talem te describam, qualis es. Translatum a pictoribus, qui nonnunquam faciem hominis ita vt est exprimunt ac repraesentant, nonnunquam alienis fucant coloribus. Aut etiam allusum est ad Aesopicam corniculam, quae se coloribus alienis venditavit. Diuus Hieronymus In Rufinum: *Possem et ego te tuis coloribus pingere et insanire contra insanientem.* Ibidem rursus: *Scire enim te iactas crimina, quae tibi soli amicissimo sim confessus, et haec in medium prolaturum; meisque me coloribus esse pingendum.* Plinius in praefatione Historiae mundi: *Et ne in totum videar Graecos insectari, ex illis nos velim intelligi pingique coloribus, quos in libellis his inuenies.* Et Cicero libro Epistolarum ad Quintum fratrem secundo, epistola vitima: *Tuis coloribus, meo penicillo.* Quanquam hoc paulo diuersius.

[A]

ORNATVS EX TVIS VIRTVTIBVS

307

180 Hinc non multum abludit illa ironia Terentiana: *Ornatus ex tuis virtutibus.* In Adelphis:

Si regnum possiderem, ornatus esses ex tuis virtutibus,

id est haberes praemia tuis factis digna. Nam olim reges honorem habebant iis, qui facinus aliquod praeclarum edidissent.

185 [A]

DOMI MILEZIA

308

Οἴκοι τὰ Μιλήσια, id est *Domi Milesia*. In eos dici solitum, qui ibi domesticum luxum celebrant, vbi minime probatur; nam domi liberum est vnicuique suo more viuere. Hospitis autem est, vt eorum apud quos diuersatur et cultum et mores tum laudet tum imitetur quoad potest, certe sua non iactet aliena damnans. Id quod facere solent quidam homines imperiti, qui quocunque terrarum venerint omnium omnia vituperant, sua nimis importune laudibus tollunt etiam vitia pro summis virtutibus efferentes. Refertur adagium ab Angelo Politiano in Miscellaneis additque inde natum, quod olim Milesio cuidam hospiti, cum apud Lacedaemonios delicias patrias extolleret, ad hunc modum responsum fuerit: *Οἴκοι τὰ Μιλήσια, μὴ γὰρ ἐνθάδε*, id est *Domi, non hic Milesia*, huius sententiae citans autorem Zenodotum quendam adagiorum collectorem. Feruntur quidem Zenobii cuiusdam collectanea, quem an ille Zenodotum appellet, nondum satis mihi liquet, verum in his collectaneis huiusmodi quandam inuenio fabulam, quam eandem refert Suidas: Aristagoras quidam Milesius Lacedaemonem profectus postulabat, vt Ionibus a Persis bello vexatis suppetias ferrent. Is autem cum in concionem prodisset insolita apud Lacedaemonios vestitus mundicie aliisque deliciis Ionicis affluens, quidam ex ephoris eum hoc dicto submonuisse fertur: *Οἴκοι τὰ Μιλήσια*, [B] id

est *Domi Milesia*. [A] Porro ephorus Lacedaemoniorum est magistratus, cuius
 205 munus est de contractibus cognoscere, vt autor est Aristoteles tertio libro
 Politicorum; alioqui vox ipsa sonat, quasi dicas *inspectorem*. [C] Caeterum
 Athenaeus libro duodecimo causam adagionis secus narrat, nempe Milesios
 luxum Colophoniorum imitatos morbum suum finitimis etiam regionibus
 tradidisse. Hoc nomine cum male audirent, sese admonebant, vt domi suis
 210 deliciis vterentur, non etiam traducerent. Effertque prouerbium ad hunc
 modum: Οἴκοι τὰ Μιλήσια κάπιχώρια, καὶ μὴ ἐν μέσῳ, id est *Domi Milesia ac
 vernacula, non in propatulo*.

[A] Vt autem Lacedaemoniorum seueritas multorum literis est celebrata,
 215 ita Milesiorum luxus in hominum sermonem abiit, adeo vt quicquid molle
 parumque virile velint intelligi, Milesium appellent. Vnde Aristides quidam

176-177 libro ... vltima G-I: quopiam loco
 A-F.

184 iis B-I: ii A, corr. s.

199-200 Aristagoras B-I: Aristogoras A,

306 *Collect.* 821. Cf. Otto 64.

168 *Tuis* ... coloribus Cf. l. 172.

170-171 *Aesopicam corniculam* Cf. Aesop. Κο-
 λουίδος καὶ ἄρνεις Hausrath 103 und *Adag.*
 2591 (*Aesopicus graculus*), *ASD* II, 6, p.
 386. Siehe p. 387, n.l. 892.

171 Hier. *Adv. Ruf.* III, 42 (172 tuis te).

173 *Ibidem* rursum Hier. *Adv. Ruf.* III, 41
 (173 te crimina: te iactas crimina v.l.).

174 Plin. *Nat. praef.* 26 (175-176 mox velim
 intellegi pingendi fingendique conditoribus:
 nos velim intelligi pingique conditoribus
 edd. vett.).

176 Cic. *ad Q. fr.* II, 14, 2: "Modo mihi date
 Britanniam, quam pingam coloribus tuis,
 penicillo meo."

176-177 libro ... vltima Cf. app. crit. In der
 Ausgabe G von 1528 ersetzt Er. 'quopiam
 loco' durch libro ... vltima.

307

180 Ter. *Ad.* 175-176 (182 Regnumne, Aes-
 chine, hic tu possides? / si possiderem,
 ornatus esses ex tuis virtutibus).

308 *Collect.* 480. Er. entnahm 1500 die
 griechische Fassung dieses Sprichworts
 den *Miscell.* Polizians (I, cap. 16). Dazu: *Zu
 den Anfängen*, p. 176, n. 83. Für Polizian
 war die Quelle Apost. 12, 37, wie er in
 seiner Edition der *Opera omnia* von 1489
 schreibt. Auch Er. nennt in seinen *Collect.*
 "Apostolius auctor". Dazu: Bühler I, pp.
 307-309.

186 Οἴκοι τὰ Μιλήσια Cf. l. 195.

193 Politian. *Miscell.* I, 16. Er. entnahm für

corr. s.

201 concionem B-I: concione A, corr. s.

206 quasi H I: perinde quasi A-G.

unser Adagium den *Miscell.* auch die Hin-
 weise auf Aristides (l. 215), Lucian. (l.
 216), Mart. Cap. (l. 217), Apul. (l. 219),
 Maximus Tyrius (ll. 228-229), Verg. (ll.
 229-230) und Hor. (l. 230).

193-196 inde ... *Milesia* Nach Apost. 12, 37.

196-198 *huius sententiae* ... liquet Er. verwen-
 dete 1508 die zweite Auflage der *Miscell.*
 Polizians von 1498, in der der Name
 'Apostolius Byzantius' durch 'Zenodotus'
 ersetzt worden war. Zu dieser Verwechs-
 lung und zu der Verwendung der Namen
 Zenodotus / Zenobius: Bühler I, p. 102, n.
 52 und *Proleg.* n.ll. 198-202.

198 in his *collectaneis* Zenob. 5, 57 = Ald. col.
 127 (= Suid. οἴκοι 91).

199 Suid. loc. cit., cf. n.l. 198.

199-204 *Aristagoras* ... *Milesia* Nach Zenob.
 Suid. locc. cit.

205 Aristot. *Pol.* III, 1275 b 9-10.

207 Athen. XII, 524 b.

211 Οἴκοι ... μέσῳ Athen. loc. cit. (ἐν τῷ
 μέσῳ).

215 *Aristides quidam* Aristides lebte um 100
 v. Chr., verfasste die *Μιλήσιακά*, eine Samm-
 lung erotischer Novellen (wohl nach dem
 Ort der Handlung benannt), die nicht
 erhalten sind. Der Titel *Μιλήσιακά* / *Mile-
 sia* wurde zum Gattungsbegriff, cf. Apul.
Met. 1, 1 (cf. n.l. 219) und Ov. *Tr.* II, 413-
 414. Polizian loc. cit. über Aristides: "Qui
 sit hic Aristides quae libros materia fece-
 rit magna haesitatio" (nach der Pariser
 Edition von 1519).

libro suo fabulis obscoenis scatenti titulum indidit *Μιλησιακῶν* et Lucianus in *Amoribus* sermones amatorios lasciuos 'Milesios' vocat. Martianus Capella *Nam certe*, inquit, *μύθους poeticae etiam diuersitatis delicias Milesiacas*. Quin et Apuleius in carmine iambico, quo Asinum suum auspiciari voluit, demulcentes et prurientes narrationes suas 'sermonem Milesium' vocat. Iulius Capitolinus in vita Clodii Albini *Milesias*, inquit, *nonnulli eius dicunt, quarum fama non ignobilis habetur, quamuis mediocriter scriptae sunt*. Et haec de fabulis Apuleianis dici testantur ea, quae paulo post citat ex epistola Seueri: *Maior fuit dolor, quod illum pro literato laudandum duxistis, cum ille naeniis quibusdam anilibus occupatus inter Milesias Punicas Apulei sui et ludicra literaria consenesceret*. Hactenus Capitolinus. Quod autem *sui Apulei* dixit, illuc pertinet, quod et Albinus ipse itidem vt Apuleius Afer esset. Caeterum praecipua Milesiorum mollicies in vestitu, propterea quod apud illos texta essent omnium mollissima. Vnde et Tyrius Maximus Milesios *εὐμαστοτάτους* vocat, nimirum a cultus elegantia. Et Vergilius in *Georgicis* delicatissima vellera *Milesia* nominat. Horatius item:

*Alter Mileti textam cane peius et angue
Vitabit chlamydem,*

vestem molliculam parumque seueram significans. Aristophanes in *Ranis*: *Στρώμασι Μιλησίοις / ἀνατετραμμένος*, id est *Stragulis Milesiis inuolutus*. Horum meminit et Theocritus et complures alii scriptores. Sed ad intelligendum adagii sensum iam plus satis. Allusit ad prouerbium Euripides in *Helena*:

*Οὐκοῦν ἐκεῖ που σεμνὸς ἦσθ', οὐκ ἐνθάδε, id est
Magnificus illic forte eras, non hic item.*

[C] Allusit et Antiphanes apud Athenaeum libro quarto his quidem versibus:

240 *Ἐν Λακεδαίμονι
Γέγονας· ἐκείνων τῶν νόμων μεθεκτέον
Ἔστιν. Βάδιζ' ἐπὶ δεῖπνον εἰς τὰ φιδίτια·
Ἀπόλαυε ζωμοῦ καὶ φόρει τοὺς βύστακας
Μὴ καταφρόνει μῆδ' ἕτερον ἐπιζήτει καλὰ, id est
245 *Quando agis apud Lacedaemonem,
Vinas oportet moribus Laconicis.
Coenatum eas in phiditia Laconica,
[G] Nigro fruarie iure quod ibi apponitur,
[C] Gestesque bystacas, caue contempseris
250 *Quicquam boniue aliud requiras insuper.***

[A]

MENSE MAIO NVBUNT MALAE

309

Romanorum adagium extat apud Nasonem: *Mense Maio nubunt malae*. Dici potest in mulieres intempestiuae libidinis aut in eos, qui alieno tempore

LB 155 quicquam faciunt, aut qui parum auspicato quid aggre|diuntur. Nam olim
 255 inauspicatum existimabatur mulieres Maio mense nubere, siue quod eo mense
 vmbra Remi occisi a fratris Celere creditur apparuisse nutritio suo Faustulo
 atque Accae Larentiae mandasseque, vt manibus suis iusta persoluerentur.
 Vnde et Romulo autore festa Remuria dicta posteritas mutata litera Lemuria,
 velut a Lemuribus appellare coepit. Et vmbri maiorum his diebus parentari
 260 solitum atque ob id dies illi inter ferales habiti ac nuptiis nefasti. Ouidius in
 Fastis:

*Nec viduae tedis eadem nec virginis apta
 Tempora; quae nupsit, nec diuturna fuit.
 Hac quoque de causa, si te proverbia tangunt,
 265 Mense malas Maio nubere vulgus ait.*

222 fabulis G-I: fabellis A-F.

223 quae A-D F-I: que E.

225 literaria B-I: lite raria A, corr. s.

234 Stragulis F-I: Tapetibus A-E.

242 φιδίτια G-I: φειδίτια C-F, corr. χ.

243 ζωμοῦ G-I: τοῦ ζωμοῦ C-F, corr. χ.

216 Lucian. *Am.* 1.

217 Mart. Cap. II, 100 (218 mythos; Milesias), cf. n.l. 193. Die Lesarten μύθους und *Milesiacas* scheinen übrigens nicht den *Miscell.* loc. cit. zu entstammen (wir haben die Pariser Edition von 1519 herangezogen, fo. CXXXV verso).

219 Apul. *Met.* 1, 1.

in carmine iambico Er. scheint den ersten Satz der *Metamorphoses* des Apuleius als (jambische?) Verse zu lesen, vermutlich nach Polizian loc. cit., der jedenfalls im Zusammenhang mit dem Anfang der *Metamorphoses* von einem 'Epigramma' spricht: "Quocirca etiam Apuleius epigramma ipsum statim quod in fronte Asini sui collocavit, ita exorditur: 'At ego tibi sermone isto Milesio varias fabellas conseram auresque tuas beneuolas lepido surro permulceam'."

220 *sermonem Milesium* Cf. Alexander Scobie, *Apuleius Metamorphoses I, A Commentary*, Meisenheim am Glan, 1975, pp. 66-67.

Iulius Capitolinus Cf. *Hist. Aug.* XII, 11, 8 (221 eiusdem esse dicunt; 222 scriptae sint).

223 *paulo post* *Hist. Aug.* XII, 12, 12 (224 plerique duxistis).

228-229 *Tyrus Maximus* Die Erstausgabe des griechischen Textes erschien erst 1519. Er fand den Hinweis auf Maximus von Tyrus

245 agis G-I: et C-F, corr. χ.

248 Nigro ... apponitur G-I, addit χ.

252 *Post* apud Nasonem π *addit haec verba:* in Fastis.

257 Larentiae A: Laurentiae s B-I.

258 Romulo A E-I: Rhomulo B-D.

(125-185) bei Polizian loc. cit., wo sich die Schreibung εὐειμονοτάτους (= Maximus, *Dissertationes* 3, 10, Dübner, p. 9: εὐειμονωτάτους) findet.

229-230 *Vergilius* Verg. *Georg.* IV, 334 (von Polizian angeführt). Siehe auch *Georg.* III, 306-307.

230 Hor. *Epist.* I, 17, 30-31 (231 angui: *angue* v.l.).

233 Aristoph. *Ran.* 542-543 (234 στρώμασιν).

235 Theocr. 15, 126; 28, 21.

236 Eur. *Hel.* 454.

239 *Antiphanes apud Athenaeum* Antiphanes fr. 44 Kock (II, p. 28) bei Athen. IV, 143 a. Für die Ausgabe G revidierte Er. diesen Passus. Er folgt 1528 der Lesart φιδίτια, wie Cobet später, statt φειδίτια (zu den Schreibweisen φειδίτια/φιδίτια: Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 181, n.l. 691), er streicht l. 243 τοῦ (vielleicht aus metrischen Gründen) und ergänzt seine Übersetzung (243 ἀπόλαυε τοῦ ζωμοῦ, φέρει τοὺς βύστακας).

309 Otto 1011.

252 *apud Nasonem* Ov. *Fast.* V, 490: "Mense malum Maio nubere."

255-260 *siue quod ... nefasti* Nach Ov. *Fast.* V, 449-490.

260 Ov. *Fast.* V, 487-490 (263 non diuturna; 265 malum: *malas* v.l.).

Plutarchus in *Problematis* alias quasdam causas refert, quam ob rem hoc mense abstineretur a nuptiis, vel quod medius intercedat inter Aprilem, Veneri sacrum et Iunium, Iunoni dicatum, quarum vtraque dea nuptiis praesidet. Proinde propter auspiciū deae aut maturantes paulum nubebant
 270 Aprile aut pusillum prorogantes Iunio. Vel propter funesta quaedam piacula, quibus per id temporis vtebantur Romani hominum effigies de ponte in Tiberim praecipitantes, cum antea Graecos consueuissent. Atque ob id flaminiam Iunonis sacerdotem quasi luctum illis diebus agere nec vllō solenni cultu solitam vti; vel quod Maius a natu maioribus, Iunius a iunioribus
 275 denominatus esse videatur. Porro nuptiis grandior aetas vt intempestiua, ita inauspicata. Quapropter scripsit Euripides:

Ἄλλ' ἢ τὸ γῆρας τὴν Κύπριν χαίρειν ἔᾶ,
 Ἡ τ' Ἀφροδίτῃ τοῖς γέρουσιν ἄχθεται, id est
Verum senecta iubet valere Cypridem,
 280 *Et ipsa rursus infensa senibus est Venus.*

[A]

OUEM LVPO COMMISISTI

310

Τῶ λύκῳ τὴν δῖν, id est *Lupo ouem*. Terentius in *Eunuchō*: *Scelestā, ouem lupo commisisti*. De Chaerea ephebo, cui velut eunuchō virgo soli credita est. Donatus admonet prouerbium esse, quod contineat foemineam reuerentiam,
 285 meretricium sensum. Concinne hoc vtemur, quoties ei seruandum aliquid committitur, cuius gratia custodem magis oporteat adhiberi. Cicero tertia Philippica: *Etenim in concione dixerat se custodem futurum vrbis, vsque ad calendas Maias ad urbem exercitum habiturum. O praeclarum custodem ouium, vt aiunt, lupum! Custosne vrbis an direptor et vexator esset Antonius?* Vnde quadrare videtur,
 290 quoties inimico negocium committitur quique nobis pessime velit, propterea quod lupus et agnus genuino odio dissident. Id quod ostendit etiam Homerus in *Iliados X*:

Ὅς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὄρκια πιστά,
 Οὐδὲ λύκοι τε καὶ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσιν,
 295 Ἄλλὰ κακὰ φρονέουσι διαμπερὲς ἀλλήλοισιν, id est
Foedus vti non tutum homini saeuoque leoni,
Vtque ouibus prorsum concordia nulla lupisque,
Sed semper cupiunt male seque odere vicissim.

Item Horatius in *Odis*:

300 *Lupis et agnis quanta sortito obtigit,*
Tecum mihi discordia est.

Huc adscribendum illud, quod refert Suidas: Πρὶν καὶ λύκος δῖν ποιμανεύσει, id est *Prius etiam lupo ouem pascet*, de re neutiquam verisimili. Huic confine

305 Plautinum illud in Milite: *Bono cella suppromo credita*. [E] Sed propius accedit, quod est in Truculento:

Nam oues illius haud longe absunt a lupis.

[A]

MVSTELAE SAEVVM

311

310 Γαλῆ στέαρ, id est *Mustelae pingue*, subaudiendum 'das' aut 'committis'. Cum eadantur, quorum qui accipiunt natura sunt appetentissimi. Gaudet enim hoc animal praecipue seuo, veluti si quis laudaret laudis audissimum aut ad bibendum prouocaret natura bibosum aut ad aleam inuitaret, quibus hic ludus impendio gratus esset. Refertur adagium a Diogeniano. |

B 156

[A]

NVLLAM HODIE LINEAM DVXI

312

315 Τῆμερον οὐδεμίαν γραμμὴν ἤγαγον, id est *Hodie nullam lineam duxi*. Ab Apelle pictore natum adagium in eos quadrat, quibus cessatum ab exercitio studii

270 Aprile C-I: Aprili A B.

271 hominum B-I: hominem A, corr. s.

272 Tiberim E-I: Tyberim A-D.

277 ἡ A B D-I: ἡ C; ἐξ B D-I: ἐξ A, corr. s. C.

278 "H τ' E: Hτ' A-D F-I.

283 Chaerea C-I: Cherea A B.

286 oporteat E-I: oportebat A-D.

292 in Iliados X χ G-I: Iliados A, in Iliade

B C, in Iliade X D, in Iliade Ξ E, in Iliados Ξ F.

295 φρονέουσι A-F: φρονέουσιν G-I.

296 homini E-I: homini est A-D.

301 discordia B-I: discordi A, corr. s.

304 in Milite ... credita E-I: Egregio promo cellam concredisti A-D.

310 laudis C-I: laudum A B.

266 Plut. *Mor.* 284 f-285 a.267-274 *vel quod ... uti* Nach Plut. loc. cit.272 *cum ... consueuissent* Plut. *Mor.* 285 a erwähnt die Griechen nicht, aber in Problema 32 (*Mor.* 272 b) erzählt er, dass die Römer früher Griechen, doch später Statuen von der Brücke ins Wasser stürzten.274-278 *vel quod ... ἔχθηται* Nach Plut. *Mor.* 285 b.

276 Eur. fr. 23 N. bei Plut. loc. cit. (277 ἡ: ἡ v.l.).

310 *Collect.* 540. Otto 983.282 Τῶ λύκῳ τὴν εἶν Die griechische Fassung dieses Sprichworts wurde vermutlich in Analogie zu dem Proverb: Πρὶν κεν λύκος οἷν ὑμεναιοῖ (Aristoph. *Pax* 1076, cf. *Adag.* 2636, *ASD* II, 6, p. 444, l. 297) oder zu dem Sprichwort: Πρὶν καὶ λύκος εἶν ποιμανεύσει (cf. l. 302) von Er. selbst verfertigt. *Terentius Ter. Eun.* 832.284 Don. *Ter. Eun.* ad loc.: "Prouerbiū ...; continet enim in se et femineam reuerentiam <et> meretricium sensum" (Wess-

ner, I, p. 451).

286 Cic. *Phil.* III, 27 (287 fore: *futurum* v.l.; seque vsque Muretus: *vsque* codd.).291 Hom. *Il.* XXII, 262-264.299 Hor. *Epod.* 4, 1-2.

302 Suid. πρὶν 2291 (cf. Diogen. 5, 96).

304 *Plautinum illud* Plaut. *Mil.* 837: "Bono suppromo et promo cellam creditam." Er. änderte in der Ausgabe E den Text dieses Verses (cf. app. crit.) und fügte ein Zitat hinzu, cf. l. 306.305 Plaut. *Truc.* 657.311 *Collect.* 308.

308 Γαλῆ στέαρ Diogen. 3, 83 (Γαλῆ, cf. Leutsch ad loc.) = Apost. 5, 21 a, Walz, p. 155.

312 a *Diogeniano* Cf. n.l. 308.312 *Collect.* 152. Otto 957. Auch in den *Apophth.* VI, Apelles 36, LB IV, 315 B.

314 Apost. 16, 44 c, Walz, p. 445.

314-316 *Ab Apelle ... suae* Nach Apost. loc. cit.

artisquae suae. Id refertur a Plinio libro trigesimoquinto, capite decimo, cuius verba non grauabor in hoc commentarium transcribere. *Scitum est, inquit, inter Protogenem et eum quod accidit. Ille Rhodi viuebat, quo cum Apelles ad nauigasset auidus cognoscendi opera eius fama tantum sibi cogniti, continuo officinam petit. Aberat ipse, sed tabulam magnae amplitudinis in machinam aptatam picturae anus una custodiebat. Haec Protogenem foris esse respondit interrogauitque a quo quaesitum diceret. 'Ab hoc', inquit Apelles arreptoque penicillo lineam ex colore duxit summae tenuitatis per tabulam. Reuerso Protogene quae gesta erant anus indicauit. Ferunt artificem protinus contemplatum subtilitatem dixisse, Apellem venisse. Non enim cadere in alium tam absolutum opus, ipsum tunc alio colore tenuiorem lineam in ipsa illa duxisse praecepisseque abeuntem, si redisset ille, ostenderet adiiceretque hunc esse quem quaereret. Atque ita euenit. Reuertitur enim Apelles, sed vinci erubescens tertio colore lineas secuit nullum relinquens amplius subtilitati locum. At Protogenes victum se confessus in portum deuolauit hospitem quaerens. Placuit sic eam tabulam posteris tradi omnium quidem, sed artificum praecipue miraculo. Consumptam eam constat priore incendio domus Caesaris in Palatio auide ante a nobis spectatam, spaciosiore amplitudine nihil aliud continentem quam lineas visum effugientes, inter egregia multorum opera inani similem et eo ipso allicientem omnique opere nobiliorem. Apelli fuit alioqui perpetua consuetudo nunquam tam occupatam diem agendi, vt non lineam ducendo exerceret artem, quod ab eo in prouerbium venit. Hactenus Plinius. Caeterum ad hanc lineam, qua protinus agnitus est a Protogene, respexit Statius in Hercule Vindice Epitrapezio, cum ait:*

Linea quae veterem longe fateatur Apellem.

[A]

NEQVE NATARE NEQVE LITERAS

313

340 Μήτε νεῖν μήτε γράμματα, id est *Neque natare neque literas*, subaudiendum 'nouit'. In eos dicitur, qui supra modum indocti sunt nihilque prorsus bonarum artium in pueritia didicerunt. Nam haec duo statim discebant pueri Athenis. [C] Atque adeo Romae quoque id quod satis declarat Suetonius in Augusto *Nepotes*, inquiring, *et literas et natare aliaque rudimenta per se plerunque docuit*. Idem de Caligula prodidit, quod ad caetera magnopere docilis natare tamen nescierit, velut postremum hoc nemo nesciret. [A] Plato libro De legibus tertio: Τοὺς δὲ ἐναντίον ἔχοντας τούτων ὡς σοφοὺς τε προσρητέον, ἂν καὶ τὸ λεγόμενον μήτε γράμματα μήτε νεῖν ἐπίστωνται, id est *Qui vero contra affecti sapientes appellandi, etiam si neque literas, vt dicitur, neque natare sciant*. Item 350 Aristides in Apologia communi quatuor oratorum: 'Ἄλλ' ὡς τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο, οὔτε γράμματα οὔτε νεῖν εἰδότα ἐλέγγειν ἀξιῶν, id est *Sed quemadmodum dici consuevit, perinde coarguendum existimans, quasi qui neque literas neque natare norit*.

[A]

MORDERE FRENVN

314

355 *Mordere frenum* D. Brutus libro Familiarium epistolarum vndecimo posuisse videtur pro eo, quod est vel leuiter repugnare seruituti: *Si frenum momorderis, peream si te omnes quotquot sunt conantem loqui ferre poterunt*, hoc est si vtcunque significaueris te seruitutem iniquo animo ferre. Ad hanc sententiam faciunt, quae respondet Cicero, *Si timidus*, inquit, *essem, tamen ista epistola omnem mihi metum abstersisses; sed, ut mones, frenum momordi. Etenim, qui te incluso omnem spem habuerim in te, quid nunc putas?* Quanquam Papinius in Epithalamio Stellae et Violantillae in diuersum sensum vsurpauit, nempe pro eo, quod est seruitutem accipere frenumque recipere: |

LB 157 *Fama tace, subiit leges et frena momordit,*

365 id est admisit vincula matrimonii. Quanquam an etiam in hunc sensum verba Ciceronis accipi possint, doctis excutiendum relinquo. [E] Prouerbiu sump- tum videtur e fabula Aeschylī, quae inscribitur Prometheus, in qua sic loquitur Mercurius:

348 id est C-E: om. A F-I, i. B.

364 Fama A-D F-I: Fata E in textu, corr. in Erratis.

316 Plin. Nat. XXXV, 81-84 (317 scitum: scitum est v.l. et edd. vett.; 319 petiit: petiit edd. vett.; 320 amplae magnitudinis: magnae amplitudinis edd. vett.; machina: machinam edd. vett.; aptatam: aptatam picturae edd. vett.; 320-321 vna custodiebat anus: anus vna custodiebat edd. vett.; 321 haec foris esse Protogenen; 323 et reuerso: reuerso edd. vett.; Protogeni; 324 non: non enim edd. vett.; 325 ipsumque: ipsum tunc edd. vett.; 326 abeuntemque praecepisse: praecepisseque abeuntem edd. vett.; 327 reuertit: reuertitur edd. vett.; et: sed v.l. et edd. vett.; 329 placuitque: placuit ed. 1493 (nicht 1496); 330 eam: eam constat v.l. et edd. vett.; 331 Caesaris domus: domus Caesaris edd. vett.; audio: auide v.l. et edd. vett.; 331-332 spectatam Rhodi ante, spatiosa: ante a nobis spectatam, spaciosiore amplitudine edd. vett.; 334 occupatum: occupatam edd. vett.).

336 Stat. Silv. IV, 6, 29 (338 Apellen).

313 Collect. 641.

340 Μήτε ... γράμματα Diogen. 6, 56 (=

365 matrimonii A-D F-I: matronii E in textu, corr. in Erratis.

Apost. 11, 53), cf. Suid. μήτε 989.

341-342 In eos ... didicerunt Eine Erweiterung der Wendung ἐπι τῶν ἀμαθῶν bei Diogen. loc. cit.

342-343 Nam ... Athenis Nach Diogen. loc. cit.

343 Suet. Aug. 64, 3.

345 Idem Suet. Cal. 54, 2.

346 Plat. Leg. III, 689 d (347 τοῦναντίον; ἄν και).

350 Ael. Arist. III (De quattuor), 572, Lenz- Behr I, p. 484.

314 Collect. 296. Otto 715.

355 D. Brutus Cf. Cic. Fam. XI, 23, 2 (357 quot).

359 Cic. Fam. XI, 24, 1 (359-360 mi omnem metum: omnem mihi metum ed. Venetiis, 1475).

361 Papinius Stat. Silv. I, 2, 28.

362 in diuersum sensum Siehe Otto, p. 146, Anm. zu 715.

367 Aeschyl. Prom. 1008-1010 (369 μαλ- θάσση: μαλθάκη ?).

370 Τέγγη γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάκη λιταῖς
 Ἐμαῖς· δακῶν δὲ στόμιον ὡς νεοζυγῆς
 Πῶλος βιάζῃ καὶ πρὸς ἡνίας μάχῃ, id est
Precibus nihil mitescis inflexus meis;
Sed frena mordens, pullus indomitus velut
Ferociens pugnas habenas vincere.

375 [A] MANIBVS PEDIBVSQVE 315

Extremum conatum significantes dicimus: *Manibus pedibusque*. Nam per manus declaratur industria conficiendi negotii, per pedes maturandi celeritas. Dauus in Andria Terentiana:

380 *Ego hoc, Pamphile, tibi pro seruitio debeo*
Conari manibus pedibusque.

Vtitur hoc adagio semel atque iterum Aeschines in oratione contra Demosthenem. Homerus Iliados Υ:

Ἄλλ' ὅσσον μὲν ἐγὼ δύναμαι χερσίν τε ποσίν τε, id est
Imo quicquid ego possum manibus pedibusque.

385 [A] OMNIBVS NERVIS 316

Eundem habet sensum *Omnibus nervis*, id est summa vi summoque studio; nam robur iuxta philosophos in nervis situm. Vnde et 'neruos intendere', 'expedire neruos' et 'neruosa' dicimus, quae vegeta validaque minimeque languida. Cicero ad Quintum fratrem: *Sic contende omnibus nervis et facultatibus.*

390 [E] Idem libro xv. Epistolarum familiarium: *Omnes tuos neruos in eo contendas.* Item Verrinarum actione secunda: *In quo omnes neruos aetatis industriaeque meae contenderem.*

[A] VELIS EQVISQVE 317

395 Similem conatum significat *Velis equisque* ad fugiendum aut assequendum magis quam ad efficiendum. M. Tullius ad Quintum fratrem libro secundo:

LB 158 *Sic ego, qui in isto homine colendo tam indormiui diu te me hercule saepe excitante, cursu corrigam tarditatem tum | equis tum velis.* Quo quidem loco in vulgatis exemplaribus pro *velis, viris* scriptum habetur. Idem Officiorum libro tertio: *Quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem fere autor adiutorque sententiae. Cum his equis velisque, ut dicitur, si honestum tueri ac retinere sententia est, decertandum est.* In quibus exemplis vsus est eadem metaphora paulo diuersius, ut qui illic respexerit ad celeritatem, hic ad vtrunque pugnae genus, equestre ac nauale.

[A]

REMIS VELISQVE

318

405 Huic simillimum est *Remis velisque*. Inde translatum, quod cum naus simul et remigio et velo impellitur, summus est nautarum conatus. Cicero libro Tusculanarum quaestionum iii.: *Tetra enim res est, misera, detestabilis, omni contentione, velis, vt ita dicam, remisque fugienda*. Idem in prima Philippica: *Tum vero tanta sum cupiditate incensus ad reditum, vt mihi nulli neque remi neque venti satisfacerent*. Plautus in *Asinaria*:

410 *Remigio veloque quantumcunque poteris festina et fuge.*

[H] Quum remigio naus impellitur, Graeci δεύτερον πλοῦν, id est *secundarium cursum*, appellant; quum velis fertur, dicitur ἱστιοδρομεῖν, quum secundis

390 Omnes tuos nervos E–G: Omnes nervos H I.

404 velisque B–I: ac velis A.

405 est B–I: om. A.

406 Tetra enim res A–F: Tetra res G–I.

315 *Collect.* 40. Otto 1034. Cf. *Adag.* 2868, *ASD* II, 6, p. 540, l. 602.

376 *dicimus* Cf. Suringar 113, p. 206 sq. Harrebomée, I, p. 282: “Met hand en met voet.”

378 *Ter. Andr.* 675–676 (379 Pamphile, hoc; 380 pedibus: *pedibusque* v.l.).

381 Aeschin. *Contra Ctesiphontem* 109, 120 (καὶ χειρὶ καὶ ποδί).

382 *Hom. Il.* XX, 360.

316 *Collect.* 40. *Nachträge zu Otto*, p. 255. Cf. *Adag.* 2868 mit demselben Titel (*ASD* II, 6, p. 540).

389 *Cicero ad Quintum fratrem* D.h. das sogenannte *Commentariolum petitionis* (Appendix zu den Briefen *ad Q. fr.*), 56 (389 ac).

390 *Idem Cic. Fam.* XV, 14, 5.

391 *Item Cic. Verr.* 1, 35.

actione secunda In den zeitgenössischen Ausgaben wird die *Diminutio in Caecilium* als ‘actio prima’ bezeichnet, folglich die ‘actio I’ als ‘actio secunda’. Diese Zählung hat Er. übernommen, cf. *Adag.* 259, n.l. 602.

317 *Collect.* 41.

394 *Velis equisque* Es handelt sich um ein vermeintliches Sprichwort: durch falsche Lesarten irreführend gefertigt. Er. ein Proverb: *velis equisque* nach ‘viris equisque’ (*Cic. Off.* III, 116, cf. n.l. 398) und ‘remis velisque’ (cf. *Adag.* 318).

395 *Cic. ad Q. fr.* II, 14, 2 (396 ego quoniam;

397 cum equis: *tum equis* v.l.; tum vero: tum viris v.l., cf. l. 398).

397–398 *vulgatis exemplaribus* Vor dem Jahre 1508 gab es schon fünf Editionen, cf. W.S. Watt, *M. Tulli Ciceronis Epistulae* III, Oxford, 1958, p. 9.

398 *Idem Cic. Off.* III, 116 (399 adiutor auctorque; 399–400 viris equisque; 400 honestatem). Cf. Otto 609.

401 *illuc* Cf. l. 397.

402 *hic* Cf. l. 399–400.

318 *Collect.* 41. Otto 1521.

404 *Remis velisque* Cf. l. 407.

405 *Cic. Tusc.* III, 25.

407 *Idem Cic. Phil.* I, 9, von Er. auch in *Adag.* 2371, *ASD* II, 5, p. 276, ll. 827–828 angeführt. Zu dieser Stelle: Otto, p. 297, Anm. zu 1521.

409 *Plaut. Asin.* 157 (410 quantum poteris).

411 δεύτερον πλοῦν Cf. *Adag.* 2371 (*Altera nauigatio*), *ASD* II, 5, p. 275.

412–413 *quum* ... ὀυριοδρομεῖν Nach den 1529 in Paris erschienenen *Commentarii linguae Graecae* von Budé: “Ὀυριοδρομεῖν vento ferente et obsecundante nauigare” (fo. 850, l. 7 sqq.), “Naus etiam dicitur ἱστιοδρομεῖν, quae vento fertur et expassis velis” (fo. 850, l. 27 sqq. der 1548 in Paris herausgegebenen Edition der *Commentarii* von Budaeus. In den *Opera* G. Budaei, Basel, 1557, repr. 1966, Band IV, p. 1192,

ventis, οὐριοδρομεῖν. [A] Vertit in diuersum, hoc est in significationem tarditatis, metaphoram Aristophanes ἐν Ἐκκλησιαζούσαις:

415 Nῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν οὔτε ἐλαύνομεν, id est
Neque currimus nunc nec alias impellimur.

Interpres exponit: *Neque ventis neque remis nauigamus.* Quanquam nihil prohibet ad equestrem cursum referri. Vergilius simpliciter extulit in Aeneidos tertio:

Laenam cuncta cohors remis ventisque petiuit.

420 Ad hanc formam pertinet, quod ait Plato libro De legibus nono: Τὰς δὲ τῶν κακῶν ξουσιας φεῦγε ἀμεταστρεπτί, id est *Malorum autem consuetudines fugito irreuersim*, hoc est ne respiciens quidem a tergo. Allusit autem ad Eurydices fabulam, cui lex erat dicta ne respiceret. Item in Genesi Lot iubetur e Sodomis fugere ἀμεταστρεπτί, et Vergilius: *Transque caput iace, ne respexeris.* |

LB 159 [A] NAVIBVS ATQVE QVADRIGIS 319

426 Pro summo studio summaque festinatione Flaccus dixit *nauibus atque quadrigis* in Epistolis:

*Strenua nos exercet inertia; nauibus atque
 Quadrigis petimus bene viuere, quod petis hic est.*

430 Plutarchus Aduersus vsuram: Μηδὲ σύ γε ἵπποσύνας τε μένειν, μηδὲ ὀχήματα ζευκτὰ κερασφόρα καὶ κατάργυρα, ἃ τόκοι ταχεῖς καταλαμβάνουσι καὶ παρατρέχουσιν· ἀλλ' ὄνω τινὶ τῶ τυχόντι καὶ καβάλλη χρώμενος φεῦγε πολέμιον καὶ τύραννον δανειστήν, id est *Ne vero tu aut equitatum oppertus fueris aut vehicula iugalia cornigera et argento picta, quae celeres vsurae assequuntur et praetercurrunt; verum asino quopiam, quemcunque forte nactus fueris, aut caballo fuge hostem ac tyrannum foeneratorem.*

435

[A] CITIS QVADRIGIS. IOVIS QVADRIGIS 320

Citis quadrigis fugere et Iouis quadrigis fugere pro eo, quod est: quam ocysissime fugere, legitur apud Plautum ab Homero translatum, qui diis quadrigas affingit, quibus quo lubitum sit repente rapiantur ex Olympo in terras, rursus e terris in coelum. Ad quas allusit Cicero scribens Quinto fratri: *Quoniam scribis poema nostrum ab eo probari quadrigis poeticis, modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, meo penicillo.* Plautus in Aulularia:

440

Quod inbeat citis quadrigis properet persequi.

445 [B] Liuius primae decadis libro quinto narrat Camillum captis Veiis ita triumphantem ingressum vrbem, vt curru equis albis iuncto veheretur, et ob id eum triumphum clariorem fuisse quam gratiorem, quod Solis ac Iouis currum aequiparasse moliretur.

[A]

EQUIS ALBIS PRAECEDERE

321

- 450 Vbi quem aliis quapiam in re longe superiorem significabant longoque anteire interuallo, eum *albis equis praecedere* dicebant, vel quod antiquitus equi albi meliores haberentur vel quod victores in triumpho albis equis vectari soleant vel quod albi equi fortunatiores et auspiciores esse credantur, vt ad equestre certamen referamus metaphoram. Quod quidem indicat Apuleius, cum ait:
- 455 *Postquam ardua montium et roscida cespitum et glebosa camporum emersi, me equo indigena peralbo vehens iam eo quoque admodum fesso.* Neque enim temere addit vel *indigena*, id est Thessalico, vel *albo*; nam vtrunque pertinet ad emphasim pernicitatis. Horatius in Sermonibus de Persio quodam:

414 ἐν ἐκκλησιαζούσαις E-I: ἐν ἐκκλησιαζούσαις A-C, ἐν ἐκκλησιαζούσαις D.
 422 Eurydices D-I: Euridices A-C.
 430 μηδὲ *alt.* A-F H I: μηδὲν G.
 432 καβάλλη B-I: καβάλλη A.
 433 oppertus E-I: opertus A-D.
 434 assequuntur et praetercurrunt B-I: praetercurrunt et assequuntur A.

436 foeneratorem B-I: vsurarium A.
 440 affingit A-D F-I: effingit E; rursus C-I: *om.* A B.
 441 Quinto *scripsimus*: Qu. A-I.
 455 roscida s B: rossida A C D, rosida E-I.
 456 addit H I: addidit A-G.

l. 21 sqq. und p. 1193, l. 3 sqq.). Diese Angabe verdanken wir Prof. Heinemann.
 414 Aristoph. *Ecl.* 109. Er. führt denselben Vers in einem Zusatz H in *Adag.* 2371 (*ASD* II, 5, p. 275, l. 796) an. Er übersetzt dort den betreffenden Vers anders: "Nam nunc nec aura impellimur nec remige" (Er. folgt dem Scholion zur Stelle, cf. n.l. 417). Zu diesem Vers: *Adag.* 3747 (Nec currimus nec remigamus), *LB* II, 1133 E: "Aristophanes ἐν 'Ἐκκλησιαζούσαις ... Νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν οὔτ' ἐλαύνομεν, id est Neque currimus nunc nec iuuamur remige."
 417 *Interpres* Schol. Aristoph. *Ecl.* 109: Ὅσπερ ἀνέμοις οὔτε κώπαις πλέομεν (nach der Aristophanesedition von Musurus 1498).
 418 Verg. *Aen.* III, 563.
 420 Plat. *Leg.* IX, 854 c.
 422-423 *Eurydices fabulam* Cf. z.B. Ov. *Met.* X, 1-63.
 423 *ne respiceret* Subjekt: Orpheus. in *Genesis* Gn. 19, 17.
 424 Verg. *Ecl.* 8, 102 (nec).
 319 Otto 1207.
 426 *Flaccus* Hor. *Epist.* I, 11, 28-29.
 430 Plut. *Mor.* 828 e (430 γ' ἱπποσύνας; μηδ' ὀχήματα).
 320 Otto 1498.
 438 *Citis* ... *fugere* Plaut. *Aul.* 600 (cf. l. 444).
Iouis ... *fugere* Plaut. *Amph.* 450: "Quadrigas si nunc inscendas Iouis."

439 *Homero* Cf. z.B. Hom. *Il.* V, 363-367; V, 767-769; XIII, 23 sqq.
 441 Cic. *ad Q. fr.* II, 14, 2 (442 tu scribis Orelli: *scribis* ed. pr.; ab eo nostrum; 443 penicillo meo). Dieser Passus folgt nahtlos dem in *Adag.* 317 (ll. 396-397) angeführten Ausschnitt. In den heutigen Ausgaben aber wird *quoniam* ... *probari* als Parenthese in dem Satz *Sic ego* ... *quadrigis poeticis* interpunktiert; *modo* ... *penicillo* ist ein neuer Satz.
 443 *quam* ... *penicillo* Cf. *Adag.* 306, ll. 177-178.
Plantus Plaut. *Aul.* 600 (444 citius prope-ret).
 445 Liv. V, 23, 5-6.
 446-448 *vt* ... *moliretur* Nach Liv. loc. cit.
 321 *Collect.* 275. Otto 1498 (cf. *Adag.* 320, beide Adagien werden von Otto unter demselben Stichwort behandelt).
 451 *albis equis praecedere* Cf. l. 461.
 451-452 *vel quod* ... *haberentur* Ps. Acron bemerkt zu Hor. *Serm.* I, 7, 8, dass weisse Rosse für schnell gehalten wurden.
 452 *vel quod* ... *soleant* Cf. *Adag.* 320, ll. 445-446.
 454 *Apul. Met.* I, 2, 2 (455 montium et lubrica vallium; 456 iam om.).
 457 *Thessalico* Cf. *Adag.* 212.
 458 Hor. *Serm.* I, 7, 6-8 (459 posset; 460 tumidus: *tumidusque* v.l.).

460 *Durus homo atque odio qui possit vincere regem,
Confidens tumidusque, adeo sermonis amari,
Sisennas, Barros ut equis praecurreret albis.*

LB 160 Erant autem Sisenna et Barrus homines quidam insignita maledicentia, etiam si Acron *barros* legit, ut sit epitheton. Neque dissimile huic Plautinum illud in | *Asinaria*:

465 *Nam si huic occasione tempus sese subterdixerit,
Nunquam aedepol albis quadrigis indipiscet postea.*

[H] Graeci simpliciter dicunt *παριπεῦσαι* pro longe antecellere, quod equestris cursus sit expeditior.

[A]

MORDICVS TENERE

322

470 *Mordicus tenere* est summa pertinacia tueri, quod Graeci vocant *ὀδᾶξ*. M. Tullius *Academicarum quaestionum* libro primo: *Nam ab omnibus eiusmodi visis perspicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abesse dicemus.* Diuus Aurelius Augustinus in epistola quapiam ad diuum Hieronymum: *Illi me plus mouent, qui cum posterius interpretarentur et verborum locutionumque Hebraearum viam atque*
475 *regulas mordicus, ut fertur, tenerent, non solum inter se non consenserunt, sed etiam reliquerunt multa.* [B] In eundem sensum dixit Seneca [G] libro *De beneficiis* vii. [B] *utraque manu.* Haec, inquit, *Demetrius noster utraque manu tenere proficientem iubet, haec nusquam dimittere.*

[A]

TOTO CORPORE, OMNIBVS VNGVICVLIS

323

480 Similem habent pertinaciae significationem: *Toto corpore atque omnibus vnguiculis.* A feris sumpta metaphora, quae dentibus, vnguibus totoque corpore retinere solent, quod nolint extorqueri. Lucianus in dialogo *Diogenis et Cratetis*: *Τὸ δὲ χρυσίον ὀδοῦσι καὶ ὄνυξι καὶ πάσῃ μηχανῇ ἐφύλαττον,* id est *Caeterum aurum dentibus et vnguibus atque omni ope seruabant.* [F] M. Tullius libro
485 *Tusculanarum quaestionum* secundo: *Toto corpore atque omnibus vngulis, ut dicitur, contentioni vocis asseruunt.*

[A]

NOCTESQVE DIESQVE

324

Assiduam atque infatigabilem diligentiam passim hac figura significant: *Noctesque et dies.* Horatius in *Arte*:

490 *Nocturna versate manu, versate diurna.*

Hesiodus: *Νύκτας τε καὶ ἡμέματα,* id est *Noctesque diesque.* Idem alibi:

Ἦμὲν ὄτ' εὐνάζῃ καὶ ὄταν φάος ἱερὸν ἔλθῃ, id est
Cumque cubile petit cumque aureus exoritur sol.

Est subinde et apud Homerum:

495 [B] Νύκτας τε καὶ ἡμέρατα πάντα, id est
Omnes noctesque diesque.

[A] TERRA MARIQUE

325

Faciem prouerbialem habet et illud *Terra marique*, quoties extremum conatum studiumque significamus. Theognis:

500 Χρῆ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης
 Δίξεσθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσιν πενίης, id est
Paupertatis enim durae terraque marique
Quaerere, Cyrne, aliquod conuenit effugium.

[B] Et Horatius:

505 *Per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes.*

476-477 libro ... vii. G-I, addit χ.

477 Haec C-I: Nec B.

480-481 vnguculis E-I: vnguibus A-D.

488 Assiduam A-D F-I: Assiduum E.

491 Idem A-F: Item G-I.

492 ἱερὸν B-I: ἕρον A.

501 πενίης A-D F-I: πνίης E.

462 *Sisenna et Barrus* Diese Männer sind unbekannt. Siehe jedoch n.l. 463.

463 *Acron* Cf. Ps. Acron zu Hor. *Serm.* I, 7, 8: "Sisenna fuit illis temporibus maledicus et mordax ... Barri enim dicuntur maledici" (Keller, II, p. 90).

Plautinum illud Plaut. *Asin.* 278-279 (465 occasione huic: huic occasione codd.; 466 quadrigis albis).

467-468 *Graeci ... expeditior* Zusatz F. Er. hat vermutlich hier, wie in den Zusätzen H der *Adag.* 4 (ll. 334-339) und *Adag.* 373 (ll. 212-213), Philostrats *Vit. soph.* benützt. Cf. *Vit. soph.* I, 25, 9 (Kayser, p. 232 = W.C. Wright, p. 126), wo παριππεῦσαι in dem von Er. gebrauchten übertragenen Sinn steht.

322 Otto 1139. *Nachträge zu Otto*, p. 60.

470 ὁδᾶξ Das Wort scheint nicht metaphorisch gebraucht zu sein, wie Stephanus ad loc. bemerkt.

470-471 Cic. *Ac. 1.*, 51 (471 eiusdem modi).

471 *libro primo* D.h. das zweite Buch der *Academicorum priorum libri sive Lucullus* (dazu: Schanz-Hosius I, p. 501).

473 Aug. *Epist.* 28, 2, *CSEL* 34, ed. A. Goldbacher, p. 106 = Hier. *Epist.* 56, 2, 3, *CSEL* 54, ed. J. Hilberg, p. 498 (474 posteriores; 475 mordacius: mordicus v.l.).

476 Sen. *Benef.* VII, 2, 1. Zusatz B, als Er. an seiner Seneca-Ausgabe arbeitete.

323 Otto 1828.

480-481 *Toto ... vnguculis* Cf. l. 485 (*vngulis* statt *vnguculis*).

482 Lucian. *Dial. mort.* 11, 4 (Crates und Diogenes).

484 *Caeterum ... seruabant* Cf. *ASD* I, 1, p. 579, l. 36: "At iidem aurum dentibus et vnguibus omnique vi seruabant" (Cratetis ac Diogenis dialogus).

M. Tullius Cic. Tusc. II, 56.

324 *Collect.* 40.

489 Hor. *Ars* 269.

491 *Hesiodus ... ἡμέρατα* Cf. Hes. *Theog.* 722; *Erg.* 385. Aber an beiden genannten Stellen steht der Ausdruck Νύκτας κτλ. mit einem Zahlwort.

Idem alibi Cf. Hes. *Erg.* 339.

494 Bei Hom. finden sich zwar die Wendungen νύκτας τε καὶ ἡμέρατα (*Il.* XVIII, 340; XXIV, 745) und ἡμέρατα πάντα (*Il.* VIII, 539; XII, 133; XIII, 826; XIV, 235 etc.), aber nicht die von Er. angeführte Formel.

496 *Omnes ... diesque* Der von Er. verfasste Halbvers ähnelt in metrischer Hinsicht dem angeblichen Homervers.

325 Otto 1762. Siehe *Adag.* 3926 (Aut terra, aut mari), *LB* II, 1168 D, mit mehreren Quellenangaben.

499 Thgn. 179-180 (501 δίζησθαι: δίξεσθαι Ald.).

504 Hor. *Epist.* I, 1, 46.

[A]

TOTO PECTORE

326

Cum syncerum et absolutum amorem significamus, *Toto pectore* dicimus et *toto animo*: Παντί στήθει καὶ παντί θυμῷ. Cicero De legibus libro primo: *Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur.* Citatur et

510 apud Aristotelem in Ethicis idque prouerbii loco: *toto animo*, [H] παντί θυμῷ.

LB 161 [A] Quanquam illud *Toto pectore* etiam ad studium diligentiamque referri potest, ut facit M. Tullius libro Epistolarum familiarium decimotertio, epistola prima: *De Scapulanis hortis toto pectore cogitemus.* [E] Idem libro

duodecimo: *Hanc cogitationem toto pectore amplectare.* [H] Seneca epistola iii.:

515 *Diu cogita an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit: quum placuerit fieri, toto illum pectore admitte.* Cornelius Tacitus in Dialogo de oratoribus: *Quae synceritas ac disciplina eo pertinebat, ut sincera et integra et nullis prauitatibus detorta vnuscuusque*

natura toto statim pectore arriperet arteis honestas. [G] Diuus Augustinus, *totis, ut aiunt, visceribus* alicubi dixit veluti tropum vulgi consuetudine molliens.

520 Hebraei dicunt: *toto corde.*

[A]

MOLLI BRACHIO, LEVI BRACHIO

327

His pene diuersum est *Molli brachio* et *Leui brachio*, cum indiligentem operam significamus. Cicero Epistolarum ad Atticum libro secundo: *Quod me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate obiurgas, nolim ita existimes.* Idem ad

525 eundem libro quarto: *Consules, qui illud leui brachio egissent, rem ad senatum detulerunt.*

[A]

OMNI TELORVM GENERE OPPVGNARE

328

Reperitur apud idoneos scriptores *Omni telorum genere oppugnare* pro eo, quod est: modis omnibus insectari. Metaphora sumpta videri potest ex illo versiculo Homericō:

530

Ἐγγεῖ τ' ἄορι τε μεγάλοισι τε χερμαδίοισιν, id est
Hastisque gladiisque et saxis grandibus vrgent.

Cui finitimum est *caesim ac punctim*; nam his duobus modis hostem impetimus.

[A]

COMINVS ATQVE EMINVS

329

535 Ad eandem formam pertinet: [B] Ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν, id est [A] *Cominus atque eminus*. Translatum et hoc a bello, in quo nunc conserti pugnant gladiis, nunc machinis procul tela in hostem torquent. [C] Id si ad animi res transferatur, fiet venustius. Cum hominibus habenda pax, caeterum cum vitiis

cominus atque eminus pugnandum. [H] Qui *cominus pugnans* συστάδην

540 *μάχεσθαι* dicuntur, qui *hastis διὰ δοράτων μάχεσθαι* dicuntur.

[A]

OMNEM MOVERE LAPIDEM

330

Πάντα λίθον κίνει, id est *Vnumquenque moue lapidem*, hoc est omnia experire nihilque intentatum relinque. Quod adagium hoc pacto natum esse plerique ferunt. Xerxes Graecos bello adortus, cum esset apud Salaminem superatus, ipse quidem inde se mouit, verum Mardonium reliquit, qui suo nomine bellum prosequeretur. At cum hic quoque in Plataeis parum prospere pugnasset fugatusque esset, fama vulgo inualuit Mardonium intra ambitum tentorii sui thesaurum ingentem humo defossum reliquisse. Hac spe pellectus Polycrates Thebanus eum agrum commercatus est. Verum vbi iam multum diuque thesaurum quaesisset neque quicquam proficeret, Delphicum oraculum consuluit, qua ratione posset eas pecunias inuenire. Apollo respondit his verbis: Πάντα λίθον κίνει, id est *Vnumquenque moue lapidem*. Id simul atque fecisset, multam auri vim reperisse ferunt. Sunt qui metaphoram sumptam

518–519 Diuus ... molliens G–I, addit χ.

519 alicubi dixit G–I: om. χ.

524 Pompeii A–G: Pompei H I.

531 id est B–H: om. A I.

537 torquent I: torquentes A–H.

544 Xerxes D–I: Xerses A–C; Salaminem A C–I: Saliminem B.

546 Plataeis s E F: Plateis A–D G–I.

326 Otto 1368.

508 Πάντι ... θυμῷ Die griechische Fassung dieses Ausdrucks mag von Er. selbst verfertigt sein. Sie ist jedenfalls nicht geläufig. Cicero Cic. Leg. I, 49.

510 apud ... *Ethiis* Von uns nicht nachgewiesen.

512 Cic. Att. XIII, 12, 4 (nicht Fam., wie Er. meint).

513 Idem Cic. Att. XII, 35, 2.

514 Sen. Epist. 3, 2.

516 Tac. Dial. or. 28, 7 (516–517 disciplina ac seueritas).

518 Aug. De duabus animabus, 10, CSEL 25, ed. Jos. Zycha, p. 65 (cf. Otto 1913). Er. scheint aus dem Gedächtnis zitiert zu haben: "Omnibus, vt dicitur, visceribus" bei Aug. loc. cit.

520 Hebraei Cf. Dt. 4, 29. Mit 'ex': Dt. 6, 5; 26, 16. Prv. 3, 5. Mit 'in': Dt. 10, 12. Ir. 29, 13.

327 Otto 270, 271.

523 Cic. Att. II, 1, 6.

524 Idem Cic. Att. IV, 17, 3.

328

528 idoneos scriptores Cf. z. B. Caes. Gall. VII, 41, 3: "Multitudine sagittarum atque omni genere telorum."

530 Hom. Il. XI, 265 (= XI, 541).

533 caesim ac punctim Cf. Liv. XXII, 46, 5: "Punctim magis quam caesim adueto petere hostem."

329

535 Ἐγγύθεν καὶ πόρρωθεν Cf. Eur. Ion 586: Πρόσωθεν ὄντων ἐγγύθεν θ' ὀρωμένων.

536 *Translatum* ... bello Diese Anmerkung bezieht sich auf die lateinische Wendung: cf. Liv. XXI, 5, 14: "Comminus eminusque rem gereret." Cic. Cato 19: "Nec eminus hastis aut cominus gladiis vteretur."539–540 *Qui ... dicuntur* Nach den Adag. 318, n.ll. 412–413 genannten *Commentarii* von Budé: "Συστάδην ... μάχεσθαι est comminus pugnare et differt τοῦ διὰ δοράτων" (p. 501, ll. 42–44 der Pariser Ausgabe und p. 697, ll. 23–25 der Baseler Opera von 1557).330 *Collect.* 449. Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 38. Dieser Ausdruck wurde von Joh. Bapt. Pius in seinen *Annotationes* (cap. CVII) anlässlich der Pliniusstelle *Epist.* I, 20, 15 (cf. l. 561) behandelt. Er erzählt, wie Er., die Geschichte des Polycrates.

542 Πάντα λίθον κίνει Zenob. 5, 63 = Ald. col. 140 (Ald. Μαρδώνιον, Μαρδώνιος, ἐπέρανε). Cf. Bühler IV, pp. 190–198.

543 *plerique* Zenob. loc. cit. Apost. 13, 91. Suid. πάντα 223 (Suid. und Apost. locc. citt. sind nahezu gleich). Joh. Bapt. Pius.544–552 *Xerxes ... lapidem* Nach Zenob. loc. cit.552–554 *Id simul ... littore* Nach Suid. πάντα 223. Siehe auch Apost. 13, 91.

existiment ab his, qui canculos venantur in littore. Nam hi plerunque sub saxis
 555 latitant, quae mouent qui canculos quaerunt. Effertur adagium etiam ad hunc
 modum: Πάντα κινήσω πέτρον, id est *Omnem mouebo petram*, hoc est omnia
 periclitabor. Euripides in Heraclidis: Πάντα κινήσαι πέτρον, sentiens nihil non
 fieri. Plinius iunior in quadam epistola: 'Ego iugulum statim video, hunc premo'.
 560 *Premitt certe quod elegit, sed in eligendo frequenter errat. Respondi posse fieri, ut genu*
esset aut tibia aut talus, ubi iugulum putaret. 'At ego', inquam, 'qui iugulum perspicere
non possum, omnia pertento, omnia experior, πάντα denique λίθον κινῶ', [B] id est
Omnem lapidem moueo. [A] Diuus Basilus ad nepotes: Ad quod ut viaticum
paremus, omnis lapis, ut dici solet, mouendus est. Fortassis huc allusit et Theocritum
 565 *illud [F] in Bocoliastis: [A] Καὶ τὸν ἀπὸ γραμμῶν κινεῖ λίθον, de Gala-*
tea lasciuiente atque omnia tentante, quo Polyphemum in se prouocaret,
 LB 162 *[B] id quod alibi retulimus. [F] Scholiastes admonet prouerbio dici significans*
 idem ! valere quod Πάντα κάλων κινεῖν, id est *Omnem mouere funem*. Addit
 570 metaphoram sumptam a ludo quopiam, in quo qui non potest alia ratione
 vincere concertatorem, mouet a linea lapidem, qui dicitur rex. Nam quod
 adfert de statua saxea, quam sua forma mouere possit Galatea, coactius est
 mea quidem sententia.

[A]

OMNEM RVDENTEM MOVERE

331

Πάντα κάλων σείειν, id est *Omnem funem mouere*. Aliunde ducta metaphora
 sensum eundem efficit. Aristophanes in Equitibus:

575 Νῦν δεῖ σε πάντα δὴ κάλων ἐξιέναι <σεαυτοῦ>
 Καὶ λῆμα θούριον φορεῖν καὶ λόγους ἀφύκτους.

Quorum versuum hic est sensus:

Nunc te necesse est omnem rudentem expedire
Et lemma ferre vehemens ac rationes ineuitabiles.

580 Lucianus in Pseudomante: Καὶ πάντα κάλων ἐκίνουον ἀμύνασθαι βουλόμενος, id
 est *Atque omnem mouebam funem hominem vlcisci cupiens*. Apollonius in epistola ad
 Euphratem: Πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἔμπορον κάλων σείειν, id est *Negotiatorem aiunt*
omnem funem mouere oportere. [G] Vsurpauit et Plato in dialogo, cui titulus
 585 *Sisyphus: Σκοπῶμεν νῆ Δία, ὑπερφυῶς μὲν οὖν τὸ λεγόμενον γε πάντα κάλων*
ἐφέντες καὶ πᾶσαν φωνὴν ἐφιέντες, id est Consideremus itaque per Iouem, exacte
omnem, quod aiunt, rudentem laxantes et omnem vocem emittentes. [B] Iulius Pollux
 libro De vocabulis rerum primo: Ἐπλέομεν πάντα ἀνασεΐσαντες κάλων καὶ
 ἄπασι κάλοις, id est *Nauigabamus omni moto rudente et omnibus rudentibus*. Ad eum
 modum significat difficilem nauigationem, in qua sint omnia tentanda.

- 555 quae F-I: quos A-E.
 556 hoc est B-I: id est A.
 557-558 sentiens nihil non fieri C-I: id est, omnia facturam A B.
 563 allusit D-I: alludit A-C.
 564 illud C-I: om. A B; in Bocoliastis F-I, addit π; γραμμῆς D-I: γραμμῆς A-C.
 564-565 Galatea A-C F-I: Galathea D E, corr. π.
 567 κινεῖν F G: σείειν [σετελεν H] H I.

- 555 *adagium* Diogen. 7, 42 (Er. Quelle für *Collect.* 449). Suid. πάντα 222. Zu diesem Proverb: Bühler IV, p. 192.
 557 Eur. *Heraclid.* 1002.
 558 Plin. *Epist.* I, 20, 14-15 (559 premit sane; 560 vbi ille: vbi v.l.).
 562 Basil. *Ad adulesc.* 10, 5: Πρὸς ὄνπερ κτᾶσθαι παραινέσαιμ' ἂν τὰ ἐφοδία, πάντα λίθον κατὰ τὴν παροιμίαν κινούντας. Er. übernimmt bis auf die Worte *ut dicunt* die Übersetzung von Leonardo Bruni ('vt dici solet'). Cf. *Adag.* 232, n.l. 977 und n.l. 977-979.
 563-564 *Theocriticum illud* Theocr. 6, 18. Dieser Halbvers wurde von Er. auch in *Adag.* 25, l. 826 und *Adag.* 897 (Ne moueto lineam), LB II, 366 E, angeführt.
 564 *Bocoliastis* Zusatz F. (flektierte) Transkription des griechischen Wortes Βουκολιασταί (Titel des 6. Epyllions Theokrits in der Ausgabe von Kallierges und in der Aldina von 1495, statt Βουκολιασταί, Gow, Gallavotti). N.B. 'Bucoliastis' in *BAS*.
 566 *alibi* Cf. n.l. 563-564. In *Adag.* 25 spricht Er. nicht von Galatea und in *Adag.* 897 findet sich nur eine kurze Anspielung auf Galatea.
 566-571 *Scholiastes ... sententia* Zusatz F nach den von Kallierges 1516 herausgegebenen Scholien (cf. *Adag.* 41, n.l. 271-273) zu Theocr. loc. cit. (Diese Scholien sind nahezu dieselben, die Wendel, pp. 195-196 unter i. und k. anführt).
 567 Πάντα κάλων κινεῖν Cf. app. crit. In H I steht σείειν, vermutlich nach *Adag.* 331; in den genannten Scholien (cf. n.l. 566-571) jedoch πάντα κάλων κίνει, wie in den Ausgaben F G, weshalb wir dieser Lesart folgen.
 567-569 *Addit ... rex* Cf. *Adag.* 25, ll. 804-811.

- 575 σεαυτοῦ *suppleuimus* sec. *Ald.*
 576 λῆμα A-C: λῆμμα D-I.
 577 Quorum ... sensus χ G-I: id est B-F, om. A.
 578 necesse est χ G-I: necessum A-F; expedire χ G-I: emittere A-F.
 583-586 Vsurpauit ... emittentes G-I, addit χ.
 588 Ad eum C-I: At enim B.
 589 sint C-I: sunt B.

- 331 Bühler IV, p. 197: "(πάντα λίθον κίνει) Consimile est imprimis illud a re maritima sumptum πάντα κάλων ἐξιέναι sive ἐφιέναι, ἐκτείνειν, σείειν, κινεῖν" (mit Quellenangaben). Siehe auch Joh. Bapt. Pius *Annotationes* cap. CVII.
 573 Suid. πάντα 221. Apost. 13, 88. Cf. Zenob. 5, 62 = *Ald. col.* 140: Πάντα κάλων σείε.
 574 Aristoph. *Equ.* 756-757 (575 δὲ σε πάντα δεῖ: δεῖ σε πάντα δὲ *Ald.* 1498). Wir haben σεαυτοῦ nach der *Ald.* ergänzt.
 576 λῆμα In den Ausgaben A-C findet sich die Lesart λῆμα, die wir beibehalten, (*Ald.*). Er. hatte 1508 das Wort λῆμα fehlerhaft als 'lemma' übersetzt, woraufhin das Wort in den Ausgaben D-I zu Unrecht durch λῆμμα (in diesem Zusammenhang ohne Sinn) ersetzt worden war.
 577 *Quorum ... sensus* Er. hat 'id est' durch *Quorum ... sensus* ersetzt, cf. app. crit. Er ist offenbar im unsicheren was diese Verse anbelangt. Cf. n.l. 576.
 578 *Nunc ... expedire* Er. ändert seine ursprüngliche Übersetzung, cf. app. crit. In margine χ schreibt er: "Non versus Latinus (Latini?)" (Latinus/Latini nicht gut lesbar in unserer Kopie des Chigianus).
 580 Lucian. *Alex.* 57.
 581 *Atque ... cupiens* Cf. *ASD* I, 1, p. 468, ll. 12-13: "Omnemque (quod aiunt) mouebam funem, quo hominem vliscerer."
 581-582 *Apollonius ... Euphratem* Cf. Hercher *Epistolographi Graeci*, p. 111 (Apollonii Tyanei Epistolae, Ep. 7) = Kayser, *Flauii Philostrati quae supersunt*, p. 46 = F.C. Conybeare, *Philostratus, The life of Apollonius of Tyana* II, London, 1950, 1969, p. 412, Ep. 7.
 583 Plat. *Sis.* 389 c (585 φωνὴν ἀφιέντες).
 586 Poll. I, 107 (587 καὶ om.).

590

[A]

OMNEM IACERE ALEAM

332

Omnem iacere aleam est rem vniuersam periclitari fortunaeque arbitrio committere. Siquidem alea fortunae ludus est magis quam artis. Vnde prouerbiali figura, si quando ancipitem rei euentum significamus, quasi non ab arbitrio iacientis, sed a fortuna pendentis, aleam iaci dicimus. Ita Terentius in *Adelphis* vitam hominum perinde dixit esse, *quasi cum ludas tesseris*, vt, quod iactu non cecidit, *id arte vt corrigas*. Lucianus in dialogo, cui titulus Ὑπὲρ τῶν εἰκότων: Τολμήσω ἀναρρῖψαι τὸν κύβον, id est *Audebo tesseram iacere*. Euripides in *Rheso*:

600

Χρῆ δ' ἐπ' ἀξίοις πονεῖν
 Ψυχὴν προβάλλοντ' ἐν κύβοισι δαίμονος, id est
Par est labore digna ferre praemia,
Quicunque vitam fortis obiicit aleae.

605
LB 163

Aristides in *Pericle*: Καὶ εἷς ὑπὲρ πάντων κύβος ἀνερρίπτετο σωμάτων, χρημάτων, δόξης, ἡγεμονίας, id est *Vna super omnibus alea iaciebatur, vita, pecuniis, fama, principatu*. C. Caesar ad Rubiconem, qui fluuius Italiam a Gallia disternat, paulisper secum haesitans animoque reputans quam arduam rem moliretur, posteaquam ostento est animus additus, *Eamus*, inquit, *quo deorum ostenta, quo inimicorum iniquitas vocat, iacta esto alea*. Plutarchus in *Apophthegmatis* ad hunc modum dixisse refert: Πᾶς ἀνερρίφθω κύβος, id est *Omnis iacta sit alea*. Ad quod alludens Lucanus: *Cadat alea fati, | alterutrum mensura caput*. [F] Plutarchus in vita Coriolani extremam aleam in eundem sensum vsurpasse videtur: Ὡσπερ ἔσχατον κύβον ἀφιέντι, id est *Velut extrema iacta alea*. [A] Item Petronius Arbiter: *Iudice fortuna cadat alea*. [I] M. Tullius libro De diuinatione ii.: *Non perspiciatis aleam quandam inesse hostiis deligendis, praesertim quum res ipsa doceat. Quum enim tristissima exta sine capite fuerint, quibus nihil videtur esse dirius, proxima hostia litatur saepe pulcherrime*. Hic Tullius aleam dixit casum. [E] Prouerbiū desumptum videtur ex Menandro. Nam Athenaeus libro decimotertio haec citat illius carmina e comoedia, quae inscribitur Arrhephorus siue Tibicina:

620

Οὐ γαμεῖς ἐὰν νοῦν ἔχεις, τοῦτον καταλιπὼν τὸν βίον.
 Γεγάμηκα γὰρ αὐτός, διὸ τοσοῦτό σοι παραινῶ μὴ γαμεῖν, [F] id est
Siquidem sapis, ne coniugem vnquam duxeris.
Duxi ipse, proinde suadeo ne duxeris.

[E] Huic alter respondet:

625

Δεδογμένον τὸ πρᾶγμα, ἀνερρίφθω κύβος, id est
Decreta res est, esto iacta haec alea.

[G] Graeci versus apud Athenaeum nonnihil corrupti sunt scribarum inscitia. Sed nullo negotio possunt restitui. Sic enim scriptos primum arbitror:

630 Οὐ γαμεῖς εἰ νοῦν ἔχεις γε καταλιπῶν τοῦτον βίον,
Γεγάμηκα γὰρ αὐτὸς καὶ διὰ τοῦτό σοι παραινῶ μὴ γαμεῖν

[A] Plato vitam humanam teste Plutarcho similem esse dixit alearum ludo, in quo et iacere oporteat accommoda et iis, quae ceciderunt, recte vti. Quid cadat, id fortunae in manu est; distribuere vero recte, quae forte ceciderunt, id in nobis situm est. Quam collationem imitatus fuisse videtur Terentius in Adelphis.

[A]

VELA VENTIS PERMITTERE

333

Neque dissimili figura dixit Quintilianus in praefatione Institutionum oratoriarum: *Permittamus vela ventis et oram soluentibus bene precemur*, hoc est aeditio-

605 fama C-I: fame A B.

609 ἀνερρίφθω G-I: ἀν ἐρρίφθω A-F.

611-612 Plutarchus ... alea F-I, addit π.

620 Οὐ γαμεῖς χ G-I: Μὴ γαμῆς E-F.

621-623 id est ... ne duxeris F-I, addit π,
post vñquam duxeris π haec verba addit:
Etenim ipse duxi, ob id dissuadeo.

332 *Collect.* 771. Er. bringt im vorliegenden Adagium zwei Redewendungen mit einander in Zusammenhang: die bekannte Worte Caesars 'alea iacta est/sit/esto' (cf. Otto 55. Apost. 2, 93. Plut. *Caes.* 32, 8; *Pomp.* 60, 4) und den Ausdruck 'omnem iacere aleam', der vermutlich nach Plut. *Mor.* 206 c: πᾶς ἀνερρίφθω κύβου (cf. l. 609) verfasst worden ist. Die Lesart πᾶς (statt πᾶσι) bei Plut. ist nicht unumstritten und man kann sich fragen, ob es sich bei dieser Redensart wirklich um einen geläufigen Ausdruck, um ein Sprichwort handelt.

594 Ter. *Ad.* 739-741, cf. Otto 1768.596 Lucian. *Pro imag.* 16.597 Eur. *Rhes.* 182-183.603 Ael. Arist. III (De quattuor), 92, Lenz-
Behr I, p. 322.605 *Caesar ad Rubiconem* Cf. Plut. *Caes.* 32;
Pomp. 60.607-608 *Eamus* ... alea Suet. *Caes.* 32 (607
eatur, sic edd. 1506, 1521; 608 et inimico-
rum, sic edd. 1506, 1521; alea iacta est).
Otto 55 verteidigt Er.' Lesart 'esto', auch
von M. Ihm, *G. Suetoni Tranquilli opera*, I,
Leipzig, 1908, p. 16 in apparatu erwähnt.
Cf. *Apophth.* IV, *Caesar* 7, *LB IV*, 214 A.608 Plut. *Mor.* 206 c (609 πᾶσι: πᾶς v.l.).

610 Lucan. VI, 7-8 (610 placet alea).

611 Plut. *Coriol.* 3, 1.613 Petron. *Sat.* 122, vs. 174.*M. Tullius Cic. Div.* II, 36 (614 esse in; 615
fuerunt).

624 alter F-I: aliter E.

630 αὐτὸς ... γαμεῖν χ: αὐτὸς διὸ τοσοῦτον μὴ
γαμεῖν / νῦν σοι παραινῶ G-I.

632 ceciderunt C-I: ceciderint A B.

634 situm est E-I: est situm A-D; collatio-
nem C-I; comparisonem A B.617 *ex Menandro* Cf. fr. 65 Kock (III, p. 22)
= fr. 59 Körte (II, p. 33). Zu diesem
Fragment: A.W. Gomme, F.H. Sandbach,
Menander, a Commentary, Oxford, 1973, p.
690.*Athenaeus* Athen. XIII, 559 d e (620 ἀν νοῦν
ἔχης sic Ald.; καταλείπων Naber: κατα-
λιπῶν codd. Ald.; 621 διὰ τοῦτο sic Ald.).
Die Gliederung der Verszeilen ist in den
heutigen Ausgaben anders: ἔχης / ... γε-
γάμηκα γὰρ / . Er. übersetzt die Verse als
iambische Trimeter, obwohl seine Einteil-
lung der Verse (nach der Aldina von 1514,
fo. 234) keinen Anlass dazu gibt.625 Athen. XIII, 559 e (625 πρᾶγμα' sic Ald.).
Es betrifft dasselbe Fragment Menanders,
cf. n.l. 617.629-630 Οὐ ... γαμεῖν Er.' Lesart dieser
Verse weicht nicht sehr von der der heuti-
gen Ausgaben ab: die Einteilung der
Verse ist nicht richtig (cf. n.l. 617). Die
Lesart des Chigianus (χ) ist besser als die
der Editionen G-I, cf. app. crit.631 *Plato* Cf. Plut. *Mor.* 112 e f, nach Plat.
Rep. X, 604 b.634-635 *Terentius in Adelphis* Cf. n.l. 594.333 In *Collect.* 776 erwähnt Er. die
Metaphorik Segelns. Siehe Otto 1855-1857
und *Nachträge zu Otto*, p. 223.637 Quint. *Inst. praef.* 3. Cf. *Collect.* 771, wo
Er. dieselbe Stelle Quintilians anführt. Zu
dem Ausdruck 'vela permittere': Otto, p.
363, Anm. 2, zu 1857.

640 nis ancipitem euentum vtcunque cadet experiamur. Simillimum est illud apud Senecam in Agamemnone: *Fluctibus dedi ratem*, hoc est rem fortunae arbitrio commisi. Theognis:

Οὐνεκα νῦν φερόμεσθα καθ' ἰστία λευκά βαλόντες, id est
Quare nunc ferimur tendentes carbasa ventis.

645 [F] Venuste Graecis πλησίστιος φέρεσθαι dicitur, qui toto pectore summoque conatu rapitur ad aliquid. Ita Plutarchus in Catone seniore de Scipione. Hunc Cato reprehendebat, quod largitione corrumpere. Scipio respondit sibi non opus esse quaestore nimium diligenti, quum ipse πλησίστιος, id est *plenis velis*, ad bellum raperetur. [I] Ouidius:

650 *Et quoniam magno feror aequore plenaque ventis
Vela dedi.*

[A] SVB OMNI LAPIDE SCORPIVS DORMIT 334

Ἵπὸ παντὶ λίθῳ σκορπίος εὔδει, id est

Sub omni lapide scorpius dormit, [C] aut vt metri quoque ratio seruetur (est enim anapaesticus dimeter):

655 *Est sub lapide scorpius omni.*

LB 164 [A] Admonet adagium cauendum esse, ne quis apud captiosos et calumniolos temere loquatur; quicquid enim | attigerit, periculum esse ne mordeatur. Constat autem scorpios solere sub saxis cubitare, quae si quis tollat incautius, fit vt ictus vulnus accipiat. Conueniet et in morosos, qui quiduis causari solent, vel in pigros, qui friuola quaedam praetexentes suffugiunt laborem. Aristophanes ἐν Θεσμοφοριαζούσαις:

665 Τὴν παροιμίαν δ' ἐπαινῶ
Τὴν παλαιάν· ὑπὸ λίθῳ γὰρ παντὶ που
Χρὴ μὴ δάκῃ ῥήτωρ ἀθρεῖν, id est
Sermo mi vetus probatur;
Nam decet lapide sub omni,
Mordeatne rhetor, obseruare.

Nicandri commentator hunc senarium citat ex Captiuus Sophoclis:

670 Ἐν παντὶ γάρ τε σκορπίος φρουρεῖ λίθῳ, id est
Etenim sub omni lapide scorpius excurbat,

hoc est nihil tutum et omnia cauenda.

[A] ASINVS AD LYRAM 335

Ἵνος λύρας, subaudi ἀκροατής, id est *Asinus lyrae auscultator*. In eos, qui

675 propter imperitiam nullo sunt iudicio crassisque auribus. Hunc titulum prouerbialem M. Varro satyrae suae cuidam indidit. Eiusdem apud Gellium extant haec verba e satyra, cui titulus Testamentum: *Si quis mihi filius vnus pluresue in decem mensibus gignuntur, si erunt ὄνοι λύρας, (id est asini ad lyram) exhaeredes sunt.* "Ὄνους λύρας appellat indociles bonarum artium atque intractabiles. Diuus Hieronymus ad Marcellam: *Quos ego cum possem meo iure contemnere,*
680 *asino quippe lyra superflue canit, tamen ne nos superbiae, vt facere solent, arguant.* Et idem aduersus Vigilantium: *Quanquam stulte faciam magistro cunctorum magistros quaerere et ei modum imponere, qui loqui nescit et tacere non potest. Verum est illud apud Graecos prouerbiū: ὄνος λύρας.* Lucianus De his, qui mercede seruiunt: *Τί γὰρ κοινόν, φασί, λύρα καὶ ὄνος;* id est *Quid enim commercii, [C] quod dici solet, [A]*
685 *asino cum lyra?* Idem Aduersus indoctum: *'Ἄλλ' ὄνος λύρας ἀκούεις κινῶν τὰ ὄτα,* id est *Sed asinus lyram audis auriculas mouens.* Vnde et hoc pacto effertur adagium: *"Ὄνος τὰ ὄτα κινῶν, id est Asinus auriculas mouens.* Rursum ad hunc

643 tendentes C-I: pandentes A, pendentes B.

644-648 Venuste ... raperetur F-I, addit π.

659 morosos B-I: morosis A, corr. s.

660 praetextentes B-I: praerexentes A, corr. s.

668 Nicandri B-I: Nicandti A, corr. s.

669 id est C-I: om. A B.

671 hoc est C-I: id est A B.

673 id est E-I: om. A-C, i. D.

679 Hieronymus A C-E I: Hieronymus B, Hieron. F-H.

683 his B-I: iis A.

684 enim C-I: om. A B.

685 κινῶν A-C E-I: κοινῶν D.

640 Sen. Ag. 143 (640 dedimus: dedi ed. pr. Ferrara um 1484).

641 Thgn. 671.

643 *tendentes ... ventis* Er. hat den Ausdruck ἰστία καταβάλλω (= die Segel reffen) nicht gut verstanden. Er. übersetzt: *tendentes carbasa ventis* (= die Segel aufziehend).

644 *toto pectore* Cf. *Adag.* 326.

645 Plut. *Cato Maior* 3, 6.

647 *plenis velis* Cf. Otto 1856.

648 Ov. *Met.* XV, 176-177.

334 *Collect.* 687. Otto 1613.

652 Diogen. 8, 59 (Er.' Quelle für *Collect.* 687). Cf. Zenob. 6, 20. Zenob. Ald. col. 166 = Suid. ὑπό 554. Suid. ἀλλ' 1073.

656-657 *Admonet ... mordeatur* Nach Zenob. Ald. (und Suid. ὑπό 554).

661 Aristoph. *Thesm.* 527-530. Die Gliederung in Verszeilen ist in den modernen Ausgaben: δ' ἐπεινῶ / ... λίθω γὰρ / ... χρῆ / ... ἀθρεῖν / . Er. setzt die Zeilen dieser Chorpartie in lateinische, trochäische Verse um. Die Erstausgabe der *Thesm.* erschien erst 1515 (Phil. Iunta, Florentiae). Er. zitiert die betreffenden Verse hier nach einer Handschrift.

668 *Nicandri commentator* Cf. Schol. zu Nicander, *Ther.* 18. Es betrifft Soph. fr. 34 N. = fr. 37 Radt (bei Radt τοι statt τε).

335 *Collect.* 125. Otto 184. Cf. *Adag.*

3047 (Asinus ad tibiam), LB II, 980 F.

673 "Ὄνος λύρας Suid. ὄνος 391. Cf. Diogen. 7, 33. Apost. 12, 82.

674-675 *Hunc ... indidit* Cf. Varro *Men. fr.* 348-369 Bücheler (Belegstellen bei Non., cf. Bücheler, pp. 59-62).

675 *Eiusdem* Varro *Men. fr.* 343 Bücheler (Testamentum) bei Gell. III, 16, 13 (677 gignantur ii, si).

679 Hier. *Epist.* 27, 1, 2 (679 possim: *possem* ed. 1516).

680-681 *Et idem* Hier. *Epist.* 61, 4, 1-2 (681 stultum: *stulte* v.l.; 683 ὄνω λύρα: ὄνος λύρα [!] v.l.). Man vergleiche Er.' Kommentar ad loc. (III, fo. 143 B): "Ὄνος πρὸς λύραν: Id est asinus ad lyram, siue vt quidam habent codices ὄνος λύρας, id est asinus lyrae, vt subaudias 'auditor'; vtrumque dicitur de indocili."

683 Lucian. *De merc. cond.* 25.

684-685 *Quid ... lyra?* Cf. ASD I, 1, p. 564, 16: "Quid enim (vt dici solet) commercii asino cum lyra."

685 *Idem* Lucian. *Adv. indoct.* 4.

687 *adagium* Suid. ὄνος 393, cf. Apost. 12, 82. Rursum Bei den Paroemiographen: Zenob. 5, 42 = Ald. col. 129-130 (Ald. καὶ αὐτὸν statt καὶ αὐτὸ). Diogen. 7, 30. Apost. 12, 81, cf. Otto 183. Zu diesem Sprichwort:

modum: Ὅνῳ τις ἔλεγε μῦθον, ὁ δὲ τὰ ὦτα ἐκίνει, id est *Asino quidam narrabat fabulam, at ille auriculas mouebat*. In eos, qui cum nihil intelligant, tamen
 690 perinde quasi nihil non intelligant, ita nutibus alludunt aut arrident dicentibus. Est autem asino naturale subinde mouere auriculas veluti significanti se iam intelligere, cum nihil etiam audierit. Aliquando referunt ad asinum non auscultantem lyram, sed ipsum canere conantem. Lucianus: Καὶ μάλιστα
 LB 165 ὁπόταν ἄδῃ καὶ ἄβρὸς εἶναι θέλῃ, ὄνος αὐτολυρίζων φασί, id est *Maxime si quando canit | cupitque festiuus ac lepidus videri, asinus, ut aiunt, ipse lyra canens*. Idem in
 696 Pseudologista: Τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου ὄνον καθαρίζειν πειρώμενον ὄρων, id est *Iuxta hoc ipsum quod vulgo dici solet, asinum conspiciens cithara canere tentantem*. [H] Citatur et hic versiculus:

Ὅνος λύρας ἤκουσε καὶ σάλπιγγος ὄς, id est
 700 *Asinus lyram auscultauit et porcus tubam*.

[A] Recte torquebitur in eos, qui indecore tentant artificium, cuius sunt imperiti et a quo natura abhorrent. [C] Festiuiter inuertit adagium Stratonicus apud Athenaeum libro Dipnosophistarum viii. *Erat Cleon quispiam, cui nomen inditum boui. Is cum scite caneret voce, caeterum lyra non perinde vteretur, Stratonicus vbi canentem audisset: 'Olim', inquit, 'asinus ad lyram dictus est, nunc vero bos ad lyram'*.
 705

[A] SVS TVBAM AVDIVIT 336

Σάλπιγγος ὄς ἤκουε, id est *Tubam sus audiuit*. In eos quadrabit, qui res quidem egregias audiunt, verum eas neque intelligunt neque mirantur. Aut in eos, qui
 710 iis quae audiunt, neque gaudent neque commouentur. Equi tubarum clangore concitantur ad bellum, suem abigat citius quam animet ad pugnam. Extat apud Suidam huiusmodi senarius:

Ὅνος λύρας ἤκουε καὶ σάλπιγγος ὄς, id est
Asinus lyram, sus audiit stolidus tubam.

[A] NIHIL GRACVLO CVM FIDIBVS 337

Nihil graculo cum fidibus, id est nihil stolidis et imperitis cum bonis literis. Nam graculus auis est ineptae molestaeque garrulitatis atque obstrepera, adeo vt a voce qua sonat, nomen inditum putent autore Quintiliano primo Institutio-
 720 num libro. Tum sui generis conuentus amat, quo mutuo garritu strepitus fiat odiosior. Porro cithara silentium postulat et aures attentas. A. Gellius Noctium Atticarum extrema lucubratione sane quam eleganter hoc adagium torquet in quosdam pinguiore ingenio homines stolidaque loquacitate praeditos, prophanos, ἀμούσους, id est *a musarum sacris alienos*, qui politiores literas elegantioreque doctrinam vel ridere possunt vel etiam contemnere, intelli-

- 725 gere nequaquam possunt, quos ea demum iuuant, quae ipsi scilicet didicerunt, sordida, muta, indocta. Hi pari importunitate et alienae doctrinae obturbant et suam inscitiam passim venditant et inculcant neminem prae se non contem-
730 *est, inquit, adagium, nihil graculo cum fidibus.*

[A]

NIHIL CVM AMARACINO SVI

338

- Atque ei continenter simile quoddam subnectit: *Nihil cum amaracino sui*, hoc est stolidis vel optima putent displicentque. Amaracus herbae genus, Siculo-
735 herbam conuersum fuisse fabulis proditum est. Caeterum Seruius in primum Aeneidos scribit Amaracum puerum fuisse regis vnguentarium, qui casu lapsus dum ferret vnguenta, maiorem confusione odorem creauit, vnde et optima vnguenta amaracina dici coeperint, hunc postea in herbam amaracum fuisse conuersum. Eadem dicitur et sansucum et aliis atque aliis nominibus, vt
740 autor est Dioscorides in tertio libro, atque gratissimi esse odoris atque totam

688 ἐκλίνει B-I: ἐκείνει A, corr. s.

696 πειρώμενον F-I: πειρόμενον A-E.

718 putent A-C F-I: putant D E.

720 A. Gellius F-I: Aulus Gellius A-E.

727 et E-I: atque A-D.

731 amaracino H I: amaricino A-G, cf. G in

Erratis: in proverbio Nihil cum amaracino sui, lege Amaracinum.

732 amaracino H I: amaricino A-G.

734 Cynarae D-I: Cynare A-C.

738 amaracina H I: amaricina A-G.

Adag. 3636 (Asino fabulam), LB II, 1105
E: "Extat in Graecorum collectaneis "Ὁναφ τις ἔλεγε μῦθον κτλ."

693 Lucian. *Dial. mer.* 14, 4 (694 φασίμ).695 *Idem* Lucian. *Pseudol.* 7.

698 *versiculus* Zusatz H. Er. mag nicht erkannt haben, dass er diesen Vers schon in *Adag.* 336 angeführt hatte (dort aus Suid. ὄνος 391, dem die Lesart ἤκουε entstammt). Welche Vorlage ihm hier zur Verfügung stand (N.B. die Lesart ἤκουσε) ist uns nicht bekannt. Cf. *Adag.* 336, n.l. 712.

703 Athen. VIII, 349 c d.

703-706 *Erat* ... *hram* Wortgetreu aus Athen. loc. cit. übersetzt.

336

708 Σάλπιγγος ὅς ἤκουε Cf. n.l. 712.

712 Suid. ὄνος 391 = Menander fr. 527 Kock (III, p. 151) = fr. 460 Körte (cf. *Adag.* 335, n.l. 698). Siehe auch Apost. 12, 91 a (cf. Walz, p. 385). Zenob. Ald. col. 130.

337 *Collect.* 3. Otto 766.716 *Nihil* ... *fidibus* Gell. *praef.* 19: "Vetus

adagium est: Nil cum fidibus graculost, nihil cum amaracino sui", cf. *Adag.* 338 (in den *Collect.* als ein Adagium behandelt).

718 Quint. *Inst.* I, 6, 37, cf. *Adag.* 123, n.l. 697 und n.l. 698.719 *Tum* ... *amat* Cf. *Adag.* 123 Semper graculus assidet graculo.720 Gell. *praef.* 19-21.723 ἀμούσους Cf. *Adag.* 1518 ("Ἀμούσοι), ASD II, 4, p. 30. Siehe p. 31, n.l. 278.729-730 *Vetus* ... *fidibus* Cf. n.l. 716.338 *Collect.* 3. Otto 1720.732 *simile* ... *subnectit* Gell. *praef.* 19, cf. *Adag.* 337, n.l. 716.733-734 *Amaracus* ... *dictum* Die Quelle dieser Anmerkung haben wir nicht finden können.734-735 *quem* ... *proditum est* Cf. n.l. 735-739.735-739 *Caeterum* ... *conuersum* Genau nach *Serv. Comm. Aen.* I, 693. Cf. *Isid. Orig.* IV, 12, 8; XVII, 9, 14.740 *Diosc.* III, 39.

odoratam. Plinius lib. xiii., cap. i. inter vnguenta nobilia et amaracini facit mentionem refertque quondam in Coo fuisse laudatissimum, postea eodem in loco praelatum melinum, deinde docet variis vnguentis admisceri sansucum, quemadmodum et telino, quin etiam ex simplicis amaraci succo nobilissimum
 745 vnguentum confici. Idem lib. xxi., cap. xxii. scribit in Cypro sansucum laudatissimum et odoratissimum nasci, eiusque varia ostendit remedia atque ex eo oleum quoque fieri, quod amaracinum seu sansucinum vocetur. Cum igitur huiusmodi sit amaracinum, contra sue nihil immundius, nihil sordium
 LB 166 amantius. Quam ob rem dixit Vergilius: *Immundi meminere sues.* | Praeterea
 750 Flaccus: *Vel amica luto sus* et *Lutulenta ruit sus.* Nihil profecto minus conuenit rostro suillo quam deliciae vnguentariae, quippe cui id demum dulce olet, quod coenum olet. Maxime quod inter vnguenta peculiari quadam naturae proprietate amaracinum inimicum est suillo generi, ita vt illis veneni instar sit, si quidem credimus Lucretio, cuius in sexto libro hi sunt versus:

755 *Denique amaracinum fugitat sus et timet omne
 Vnguentum; nam setigeris subus acre venenum est.*

[B] Suem olim Aegyptii beluam vsque spurcam ducebant, vt si quis vel transiens contigisset, continuo properaret ad flumen se pariter ac vestem
 760 abluturus. Subulcos etiam indigenas adeo inuisos haberi, vt nec in templa recipiantur nec ad matrimonium aut affinitates admittantur, autor Herodotus libro ii. [A] Ad hoc adagium alluisse videtur M. Tullius cum ait: *Illi alabastrus vnguenti plena putet*, id est optima pro pessimis displicent. Simile quiddam dici posset de scarabeo, cui vnguentum pro stercore est, oletum pro vnguento; id quod vulgo quoque dici solere propemodum innuit Plutarchus
 765 in commentario, in quo Stoicorum dogmata cum poetarum dictis componit: *Λέγονται οἱ κύνθαροι τὸ μύρον ἀπολιπεῖν, τὰ δὲ δυσώδη διώκειν*, id est *Aiunt scarabeos vnguentum fugere, graueolentia sectari.*

[A]

QVID CANI ET BALNEO?

339

770 *Τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ;* id est *Quid commune cani cum balneo?* Hoc equidem adagium eo libentius refero, quod mihi refricat renouatque memoriam pariter ac desiderium Rodolphi Agricolae Frisii, quem ego virum totius tum Germaniae tum Italiae publico summoque honore nomino: illius, quae genuerit, huius, quae literis optimis instituerit. Nihil enim vnquam hoc cisalpinus orbis produxit omnibus literariis dotibus absolutius, absit inuidia dicto. Nulla erat
 775 honesta disciplina, in qua vir ille non poterat cum summis artificibus contendere, inter Graecos graecissimus, inter Latinos latinissimus. In carmine Maronem alterum dixisses, in oratione Politianum quendam lepore referebat, maiestate superabat. Oratio vel extemporalis adeo pura, adeo germana, vt non Frisium quempiam, sed vrbis Romanae vernaculum loqui contenderes. Elo-
 780 quentiae tam absolutae parem adiunxerat eruditionem. Philosophiae mysteria

omnia penetrauerat. Nulla pars musices, quam non exactissime calleret. Extremo vitae tempore ad literas Hebraicas ac Scripturam diuinam totum animum appulerat. Atque haec conantem fatorum inuidia virum terris eripuit nondum annos natum quadraginta, [C] sicut accipio. [A] Extant pauca
 785 quaedam illius monumenta, epistolae quaequam, carmina item varii generis, Axiochus Platonis Latinus factus, Isocrates ad Demonicum versus. Tum vna atque altera oratio habita in publico scholasticorum Ferrariensium coetu; nam illic et didicit et publice docuit. Latitabant apud nescio quos commentarii

741 cap. i. F-I: ca. primo A, capitulo primo B C, cap. primo D, capite primo E; amaricini H I: amaricini A-G.
 747 amaracinum H I: amaricinum A-G.
 748 amaracinum H I: amaricinum A-G.
 749 Vergilius H I: et Vergilius A-G.
 753 amaracinum H I: amaricinum A-G.
 755 amaracinum H I: amaricinum A-G.

741-745 *Plinius ... confici* Nach Plin. Nat. XIII, 5, 10, 13, 14.
 745 *Idem* Plin. Nat. XXI, 163.
 748-749 *contra ... amantius* Cf. *Adag.* 40, l. 220 sqq.
 749 *Verg. Georg.* I, 400.
 750 *Flaccus* Hor. *Epist.* I, 2, 26 und II, 2, 75.
 754 *Lucr.* VI, 973-974.
 757-761 *Suem ... libro ii.* Nach Hdt. II, 47.
 761 *Cic. Ac.* 2, 2 fr. 11 bei Non., p. 545, 13 M, Lindsay, p. 874: "Quibus etiam alabaster plenus vnguenti puter esse videtur." Cf. *Collect.* 706. Zu diesem Fragment: James Reid, *M. Tulli Ciceronis Academica*, London, 1885/Hildesheim, 1966, p. 163.
 762 *alabastrus* Fem. vielleicht nach varia lectio *Mc.* 14, 3.
 763 *de scarabeo* Cf. *Adag.* 2601 (*Scarabeus aquilam quaerit*, *ASD* II, 6, p. 412, ll. 425-429).
 764 *Plut. Mor.* 1058 a: Οἱ κἀνθαροὶ λέγονται τὸ μὲν μύρον ἀπολείπειν (ἀπολείπειν v. Herwerden: ἀπολιπεῖν codd.).

339 *Collect.* 25. Dieses berühmte Adagium ist eine Hommage an Rodolphus Agricola (und Alexander Hegius), in der auch das Verhältnis zwischen den nördlichen und den italienischen Humanisten zur Sprache kommt. Zu diesem Adagium: E.H. Waterbolk, *Een hond in het bad. Emige aspecten van de verbouding tussen Erasmus en Agricola*, Groningen, 1966.

768 Siehe *Collect.* 25: "Canis in balneo" sic Agricola, cf. n.ll. 826-833.

769 Τί ... βαλανεῖω Cf. *Collect.* 25 Τί κοινὸ καὶ βαλανεῖω. Die griechische Fassung unseres

758 vestem E-I: vestes B-D.
 760 aut affinitates C-I: affinitatis B.
 766 τὰ B-I: τὰς A.
 768 Quid A-D F-I: Qui E.
 770 libentius F-I: lubentius A-E.
 780 absolutae A C-I: absolute B.
 786 Axiochus B-I: Axiochus A, corr. s.
 788 Latitabant F-I: Latitant A-E.

Adagiums (genaugenommen zwei Fassungen: mit und ohne κοινὸν, cf. n.l. 833) findet sich nicht bei Agricola und mag Lucian. (cf. n.l. 833) oder Apost. (16, 60 a) entnommen sein.

771 *desiderium ... Frisii* Waterbolk stellt das Verhältnis Er.' zu Agricola ausgehend von unserem Adagium dar. Er weist auf das Wortspiel 'desiderium / Desiderium Agricolae' hin (p. 6). Zu Agricola: *Contemporaries* s.v. (Rodolphus) Agricola; C. Augustijn, *ASD* IX, 1, p. 196, n.ll. 786-788; Allen, Ep. 23, n.l. 57.

778 *germana* Wortspiel mit den zwei Bedeutungen des Wortes 'germanus' und 'Germanus', cf. Waterbolk, p. 6.

785 *monimenta* Das Hauptwerk Agricolae war seine Schrift *De inuentione dialectica* (cf. n.ll. 788-789). Die Werke Agricolae, die *Lucubrations aliquot*, (u.a. *De inuentione dialectica*, die Übersetzung des Axiochus Platos, die Übersetzung der Rede An Demonicus von Ps. Isocrates und der Brief bezüglich des Lehramtes in Antwerpen, cf. n.ll. 826-833) wurden 1539 in Köln mit Erläuterungen des Alardus von Amsterdam herausgegeben. Wir haben diese Ausgabe herangezogen.

786-787 *Tum ... coetu* Sc. *Oratio in laudem philosophiae et reliquarum artium*, gehalten zum Anfang des akademischen Jahres 1476-1477 in Ferrara.

788-789 *Latitabant ... mutili* Im Jahre 1508 ist Agricolae *De inuentione dialectica* für Er. nicht zugänglich, aber in Ausgabe F (1526) erwähnt er die (zwar mit Fehlern

790 dialectices; [F] nuper in publicum prodierunt, sed mutili. [A] Verterat et
 Luciani dialogos aliquot, sed vt ipse erat gloriae negligens et plerique
 mortales rem alienam sane quam indiligenter curare solent, nondum in lucem
 emeruerunt. Quanquam haec ipsa quae extant, tametsi ne aedita quidem ab
 ipso, plane diuinitatem quandam hominis prae se ferunt. Verum ne videar
 795 homo Germanus immodico patriae studio caecutire, Hermolai Barbari Veneti
 de eo epitaphium subscribam, elegantissimum profecto et de quo dubites,
 vtro sit dignius, ipsone qui scripsit, an hoc quem eo exornauit. Est autem
 huiusmodi:

*Inuida clauserunt hoc marmore fata Rodolphum
 Agricolam, Frisii spemque decusque soli,
 800 Scilicet hoc viuo meruit Germania laudis
 Quicquid habet Latium, Graecia quicquid habet.*

Quaeso quid nostro Rodolpho potuit amplius aut omnino magnificentius
 contingere quam testimonium tam splendidum, tam plenum idque redditum
 LB 167 non | viuo, sed iam vita defuncto, ne quis ab amore magis quam a iudicio
 805 profectum causari possit, deinde non a Germano, ne quid patriae communis
 studium eleuet testimonii pondus, denique ab eo viro, qui non solum Italiam
 suam, verumetiam omne seculum hoc nostrum illustrarit, cuius tanta est apud
 omnes eruditos autoritas, vt impudentissimum sit ab eo dissentire; tam
 insignis in restituendis literis vtilitas, vt aut a literis omnibus alienissimus aut
 810 certe ingratis habebatur, apud quem Hermolai memoria non sit sacro-
 sancta. His itaque tam plenis tamque absolutis viri laudibus equidem fateor
 me peculiarius etiam atque impensius fauere, quod mihi admodum adhuc
 puero contigit vt praepatore huius discipulo Alexandro Hegio Vuesphalo,
 qui ludum aliquando celebrem oppidi Dauentriensis moderabatur, in quo nos
 815 olim [B] admodum pueri [A] vtriusque linguae prima didicimus elementa, vir
 (vt paucis dicam) praepatoris sui simillimus, tam inculpatae vitae quam
 doctrinae non triuialis, in quo vnum illud vel Momus ipse calumniari fortasse
 potuisset, quod famae plus aeque negligens nullam posteritatis haberet
 rationem. Proinde si qua scripsit, ita scripsit, vt rem ludicram, haud seriam
 820 egisse videatur. Quanquam vel sic scripta sunt eiusmodi, vt eruditorum
 calculis immortalitatem promereantur. Itaque in hanc digressionem non
 temere sum expatiat, non quo gloriose Germaniae laudes iactarem, sed vt
 grati discipuli vicibus fungerer et vtriusque memoriae debitum officium
 vtcunque persoluerem, propterea quod alteri velut filii debeam pietatem, alteri
 825 tanquam nepotis charitatem.

Nunc ad adagium, quod me quondam puellum Graecanicae linguae rudem
 adhuc didicisse memini ex epistola quadam longe doctissima Rodolphi mei,
 qua quidem ille senatui Hantuerpiensi summa tum fide tum facundia suadere
 conatur, vt ludo literario praeficiant aliquem, qui bonas literas didicerit, nec
 830 (vti solent) infanti theologo aut physico id muneris committant, qui cum se

quacunque de re dicere posse confidat, ipsum dicere quid sit, ignoret. Quid enim is faciet in ludo literario? *Profecto, vt Graeco diuerbio vtar, id ipsum quod canis in balneo.* Lucianus *Aduersum ineruditum*: Καὶ τῶν ὀρώντων ἕκαστος εὐθὺς

796 ipso ne B-I: illo ne A.

814 Dautentriensis D-I: Danentriensis A, Dauantriensis B C.

818 haberet B-I: habebat A.

819 si qua C-I: siquae A B; ludicram B-I: ludicram A, corr. s.

822 quo gloriose C-I: vt gloriosae A, vt gloriose B.

824 velut G-I: veluti A-F.

828 Hantuerpiensi D-I: Hantuerpiensi A-C.

832 is faciet C-I: is, inquit, faciet A B; *Profecto ... vtar C-I: Nempe, vt Graeci dicunt A B; ipsum C-I: om. A B.*

833 aduersum E-I: aduersus A-D.

behaftete) Ausgabe dieses Werkes. Cf. Ep. 1978, ll. 8-13: "Opus de Inuentione Rhetorica quidam oneruit commentariis, iuuenis, vt apparet, nec indoctus nec infacundus; sed insunt multa πάρεργα, quaedam etiam odiosiora iuueniliterque destomachata. Malim scholia docta et ad rem facientia. Ni tot oneribus essem oppressus, non grauarer hanc suscipere prouinciam; adeo faueo Rodolphi memoriae." Nach Allen, Ep. 1978, n.l. 9, handelt es sich hier um die Kölner Edition vom Jan. 1527; er sagt jedoch, dass die Ausgabe vielleicht früher erschien. Also mag Er. diese Ausgabe meinen. Siehe auch Ep. 336 und n.l. 1. Nach Mynors (*CWE* 31, p. 349) betrifft es die von J. Knobloch in Strassbourg herausgegebene Edition aus dem Jahre 1521.

789-792 *Verterat ... emeruerunt* Zu Agricola und Lukian: Waterbolk, p. 11 (vierter Absatz).

795 *epitaphium* Zu diesem Epitaphium, das sich in Heidelberg auf dem Grabdenkmal Agricolas findet: Waterbolk, p. 4 und n. 9, n. 10. Siehe auch Ep. 174 von Jacobus Faber von Deventer an Er. ll. 23-27.

806-811 *denique ... sacrosancta* Auch sonstwo (z.B. *Adag.* 3518, *LB II*, 1080 A. Ep. 1544, l. 38 sqq.) äussert Er. seine Bewunderung für Hermolaus Barbarus (1454-1493), Verfasser u.a. von den von Er. benützten *Castigationes Pliniana*e und einer Themistiusübersetzung (cf. *Adag.* 113, n.l. 278). Zu Hermolaus Barbarus: *Contemporaries* s.v. (Ermolao) Barbaro; Augustijn, *ASD IX*, 1, p. 196, n.l. 785.

813 *praeceptore ... Hegio Vuesphalo* Obwohl Er. sich gern Autodidakt nennt (Waterbolk, p. 8 und n. 37), erwähnt er Alexander Hegius einige Male als seinen Lehrer (Ep. 23, l. 56. *Adag.* 1181, *LB II*, 477 A:

"Alexander Hegius, primus pueritiae doctor haudquaquam poenitendus"). Er. schätzte Hegius hoch (Ep. 23, ll. 60-63: "Accedit huic (sc. Agricolae) Alexander ipse, tanti magistri non degener discipulus; qui tanta elegantia veterum exprimit dicendi stylum vt" etc.), aber äussert sich später in seiner *Spongia* (*ASD IX*, 1, p. 196, l. 787) auch einigermaßen negativ (Waterbolk, p. 5). Man kann Hegius, geboren um 1433, gestorben 1498, vor allem wegen seines Unterrichts einen Förderer der humanistischen Bildung in Nordeuropa nennen. Zu Hegius: *Contemporaries* s.v. (Alexander) Hegius; Allen Ep. 23, n.l. 56; Augustijn, *ASD IX*, 1, p. 197, n.l. 786-788; Waterbolk, passim.

817 *Momus* Cf. *Adag.* 474.

819-820 *Proinde ... videatur* Zu den Elementen Ernst und Scherz in Hegius' Werken und Unterricht: Waterbolk, p. 12, zweiter Absatz.

820-821 *eruditorum calculis* Cf. *Adag.* 453.

826-833 *Nunc ... balneo* Siehe den betreffenden Brief Agricolas (*Lucubrations*. Köln, 1539, p. 210): "Admonebis ciues, et quantum poteris, adhortabere, vt non splendor titulos nec grandia nomina nihilque huic curae profutura sectentur, hoc est, vt theologum aliquem, vel physicum, quem vulgo artistam vocant, huic rei praeficiant. Qui quum videatur multa sibi de omnibus rebus posse dicere, dicere ipsum nescit, vt qui literarum et loquendi rationem et leges ignoret. Quid enim theologus vel physicus in literario puerorum ludo? *Profecto* (vt Graeco diuerbio vtar) id ipsum quod canis in balneo."

833 Lucian. *Adv. indoct.* 5 (834 κοινὸν om.). In den heutigen Ausgaben fehlt κοινὸν. Apost. 16, 60 a, Walz, p. 447 (nach Lucian. loc. cit.) folgt der Lesart τί κοινὸν.

835 τὸ προχειρότατον ἐκεῖνο ἐπιφθέγγεται· τί κοινὸν κυνὶ καὶ βαλανείῳ; id est *Atque unusquisque conspicientium protinus illud vulgo tritissimum in te iacit: Quid cani cum balneo?* [D] Idem in Parasito: Καὶ ἐμοὶ γε δοκεῖ, ἐν συμποσίῳ φιλόσοφος τοιοῦτόν ἐστιν οἷον ἐν βαλανείῳ κύων, id est *Ac mihi, mea quidem sententia, tale quiddam videtur philosophus in conuiuio, quale canis in balneo.* [A] Quadrabit in eos, qui ad rem quampiam prorsus sunt inutiles, ita vt in balneo nullus est omnino canum
840 vsus.

[A]

ASINVM SVB FRENO CVRRERE DOCES

340

Asinum sub freno currere doces, hoc est doces indocilem. Nam equus ad cursum idoneus, asinus ad equestrem cursum inutilis. Horatius:

845 *Infelix operam perdas, vt si quis asellum
In campum doceat parentem currere freno.*

Acron admonet prouerbialiter dictum de asino. Est autem diuersum illi, quod alibi retulimus: Τὸν ἵππον εἰς πεδίον, id est *Equum in campum.*

[A]

ALIENAM METIS MESSEM

341

850 Ἴλλότριον ἀμᾶς θέρος, id est *Alienam metis messem.* Duplex est vsus huius adagii, quippe quod pariter et in eos conuenit, qui commoditatibus aliena partis opera potiuntur, et in hos, qui negotium non suum parum diligenter curant. Ducta metaphora a vetusto more, quo vicini rustici in demetenda segete mutuam inter sese operam commodabant. Fit autem hominum more, vt in suopte quisque negotio longe sit attentior quam in alieno. Id quod
855 eleganter admonet apologus ille de cassita, quem non pigeret referre, nisi promptum esset cuiilibet apud A. Gellium legere. Potest et eo referri, quod aliquoties fit, vt eiectis iis, qui sementem fecerunt, alii in eorum locum
LB 168 succedant citraque laborem alienis fruantur sudoribus. Vnde Maronis illud: *En quis conseuimus agros?* Aristophanes in Equitibus: Τάλλότριον ἀμῶν θέρος,
860 id est *Alienam metens messem.* Dictum est in Cleonem, qui in rem paratam multisque laboribus a Demosthene prius labefactam veniens Pylo capta gloriam omnem victoriae in se transtulit, Demostheni praeter inuidiam nihil relictum. Cui confine est illud Homeri ex Odysseae libro primo:

865 Ἴπει ἀλλότριον βίοτον νήποινον ἔδουσιν, id est
Quandoquidem impune victum comedunt alienum.

Eandem sententiam Aristophanes in eadem fabula sic extulit:

870 Ἴγῶ δὲ περιπατῶν γ' ἀπ' ἐργαστηρίου
Ἴψαντος ἑτέρου τὴν χύτραν ὑφειλόμην, id est
*Ego obambulans ab officina longius
Alio coquente ollam paratam sustuli.*

[A]

PENELOPES TELAM RETEXERE

342

875 *Penelopes telam retexere* est inanem operam sumere et rursum destruere quod effeceris. Natum ex Homero, qui libro *Odysseae* secundo fingit Penelopen, Vlyssis vxorem, procos iam vrgentes hac conditione delusisse, vt tum se promitteret nupturam, vbi telam quam habebat in manibus, absoluisset. Quam conditionem posteaquam illi accepissent, mulier astuta, quod interdum texuisset, id noctu retexere coepit:

880 "Ενθα καὶ ἡματιῇ μὲν ὑφαίνεσκεν μέγαν ἱστόν,
 Νύκτας δ' ἀλλύεσκεν ἐπὶν δαΐδας παραθεῖτο, id est
Illa diurna quidem ingentem contexere telam,
Verum eadem admotis soluebat nocte lucernis.

885 Vsurpat hoc adagium Plato in *Phaedone*. Item Cicero *Academicarum quaestionum* libro ii., *Quid quod eadem*, inquit, *illa ars, quasi Penelopes telam retexens, tollit ad extremum superiora?* Sentit autem de dialectica, quae iisdem illis rationibus, quibus confirmavit aliquid, rursum soluit ac destruit, vt nihil iam actum videatur. [G] Seneca *De beneficiis* quinto: *Quid enim boni est nodos operose*

855 cassita D-I: cassitha A-C.

856 A. Gellium F-I: Aulum Gellium A-E.

861 labefactam s B-I: labefactatam A.

864 id est B-H: om. A I.

871 *Post adagium 341 ordo adagiorum in A discrepat cum illo editionum B-I: in A post**adagium 341 adagia 403-412 inueniuntur. Vide concordantias.*

872 et E-I: ac A-D.

873 *Odysseae A B D-I: Odisseae C.*

883 inquit C-I: om. A B.

886-887 Seneca ... feceris? G I, addit χ.

836 *Idem* Lucian. *Paras.* 51.340 *Collect.* 555. Otto 181.842 *Asinum ... doces* Nach Hor., cf. n.l. 843.843 Hor. *Serm.* I, 1, 90-91 (845 campo: *campum* v.l.; frenis).846 *Acron* Cf. Ps. *Acron* zu *Serm.* I, 1, 88 (Keller II, p. 11).847 *alibi* Cf. *Adag.* 782 (In planiciem equum), LB II, 327 F und *Adag.* 428, l. 662.341 *Collect.* 141, 749. Otto 152. Siehe *Adag.* 432 und *Adag.* 3637 (Sub aliena arbore fructum), LB II, 1106 A.849 Ἀλλότριον ... θέρος Diogen. 2, 75 (Er.' Quelle für *Collect.* 141). Apost. 2, 51. Suid. ἀλλότριον 1344.850-852 *et in eos ... curant* Nach Diogen. 2, 75 (ähnlich Apost. 2, 51; siehe zu der Erläuterung von Apost.: ASD II, 4, p. 283, n.l. 61).

856 Gell. II, 29.

856-858 *Potest ... sudoribus* Cf. *Adag.* 432.858 *Maronis illud* Verg. *Ecl.* 1, 72 (859 his nos: *en quis* v.l.).859 Aristoph. *Equ.* 392, von Er. auch in *Adag.* 1904, ASD II, 4, p. 282, l. 60

angeführt.

860-863 *Dictum ... relictum* Nach den Scholien zu Aristoph. *Equ.* 392. In *Adag.* 1901, ASD II, 4, p. 280, ll. 21-25, erzählt Er. diese Geschichte nach den verwirrten Scholien zu Aristoph. *Equ.* 55 und Hypothesis II (im Gegensatz zu unserer Stelle erwähnt er dort nebst Demosthenes auch Nicias nach Hypothesis II). Cf. Heinemann-Kienzle ad loc.863 Hom. *Od.* I, 160. Der unvollständige Hexameter Homers wird von Er. in einen vollständigen lateinischen Vers umgesetzt.866 Aristoph. *Equ.* 744-745 (868 ἔψοντος, sic Ald.).342 *Collect.* 399. Otto 1379. Hier beginnt die Reihe von *Adynata* und *Anenyta*, die in der *Einleitung* erwähnt worden ist (cf. p. 18).873 Hom. *Od.* II, 91 sqq.878-879 Hom. *Od.* II, 104-105.882 Plat. *Phaed.* 84 a.*Cicero* Cic. *Ac.* 1, 95 (883 Penelope).886 Sen. *Benef.* V, 12, 2.

soluere, quos ipse vt solueres feceris? [A] Aristides in defensione quatuor oratorum: Καὶ οὐκ οἶδα ὅντιν' ἴσπὸν ἀναλύοντες· ὅσον γὰρ ἂν προκόψωσι τῆς σοφίας, τοσοῦτ' ἀνταφαιροῦσι μεγάλα φρονούντες, id est *Et telam nescio quam retexentes; quantum enim faciunt compendii in sapientia, tantum rursus dispendii dum arrogantes enadunt.* Hoc quoniam aliis prouerbiis, quae mox dicemus, subnectit, indicat nimirum et hoc esse prouerbum.

[A]

ANNOSAM ARBOREM TRANSPLANTARE

343

Γεράνδρουον μεταφυτεύειν, id est *Vetulam arborem transplantare.* In eos dicitur, 895 qui sero atque exacta iam aetate conantur dediscere, quibus diu iuuenes assueuerint. Aut simpliciter de iis, quae frustra molimur, neque enim loco mouenda arbor, vbi iam alte fixerit radices, sed cum plantula adhuc est. [B] Nam veteres negabant arborem transferri oportere vel minorem bima vel maiorem trima teste Plinio. [A] Videtur autem adagium ad quercum peculiariter pertinere, quae omnium altissime radices agit, vt et ἀπὸ τῆς δρυὸς 900 γεράνδρουον, siue quod hanc arborem omnium primam arbitrantur fuisse. Quapropter et Ioui sacra arbor et sylua Dodonaea querna fuit, vnde prima omnium oracula reddita creduntur. [I] Eleganter vsus est hoc adagio Seneca libro Epistolarum xiii., epistola prima. *Haec, inquit, si nimium tristia videbuntur, villae imputabis, in qua didici ab Aegialo diligentissimo patrefamilias, (is enim nunc huius agri possessor est) quamuis vetus arbustum posse transferri. Haec nobis senibus discere necessarium est, quorum nemo non oliuetum alteri ponit.*

[A]

HARENAM METIRIS

344

Ἄμμον μετρεῖς, id est *Harenae modum quaeris* [C] siue *metiris*, [A] hoc est rem 910 infiniti laboris atque inexplicabilem inceptas aut frustra conaris, quod nequeas efficere. [C] Athenaeus libro sexto Alexidem quendam adducit, qui innumera LB 169 dixerit ψαμμακόσια, velut aequantia numerum harenarum: ὀνόμασι δὲ χρώμενον ψαμμακοσίους, id est *nominibus vtens harenaginta*, vt Graecae vocis figmentum imiter. [H] Plato in Theaeteto: Μᾶλλον αὐτὸν λέληθεν ἢ οἱ τῆς θαλάσσης 915 λεγόμενοι χόρες, id est *Magis illum latet quam maris vt dicitur harenae.*

[A]

VNDAS NUMERAS

345

Κύματα μετρεῖς, id est *Vndas numeras*, eundem cum proximo sensum habet. Vergilius vtranque paroemiam eleganter attigit libro Georgicón secundo:

920 *Quem qui scire velit, Libyci velit aequoris idem
Discere quam multae Zephyro turbentur harenae,
Aut, vbi nauigiis violentior incidit Eurus,
Nosse quot Ionii veniant ad littora fluctus.*

Theocritus in Charitibus:

925 Ἄλλ' ἴσος γὰρ ὁ μόχθος ἐπ' ἄόνι κύματα μετρεῖν,
 "Ὅσ' ἄνεμος χέρσονδε μετὰ γλαυκᾶς ἄλδος ὤθει, id est

893 *Post adagium 342 in A adagium* Acanthia cicada legitur, cuius vicem in B-I *adagium 414 obtinet.*

902 Dodonaea A-E: Dodonea F-I.

908 *Post adagium 343 in A haec adagia inueniuntur.* Eadem pensari trutina (415); Zonam perdidit (416); Cocta numerabimus exta (417); Multa nouit vulpes verum echinus

887 Ael. Arist. III (De quattuor), 672, Lenz-Behr I, pp. 515-516 (888 Kai om.; προκόψωσιν: προκόψωσι v.l.; 889 τοσοῦτον: τοσοῦτ' v.l.; ἀνταφαιροῦσιν: ἀνταφαιροῦσι v.l.).

891 *quae ... dicemus* Cf. *Adag.* 378. Der Passus von Aristides, der hier angeführt ist, folgt nahtlos dem, der in *Adag.* 378, l. 267 sqq. angeführt wird.

343 *Collect.* 311. Otto 154. Cf. *Adag.* 160.

894 Γεράνδρουον μεταφυτεύειν Bei den Paroemiographen: Diogen. 3, 77 (Er.' Quelle für *Collect.* 311). Zenob. 3, 1. Zenob. Ald. col. 60. Suid. γεράνδρουον 180. Apost. 5, 32.

898-899 *Nam ... Plinio* Nach Plin. *Nat.* XVII, 83.

900-901 *vt ... fuisse* Veilleicht nach Zenob. col. 60: "Ἔστι γὰρ γεράνδρουον παλαιὸν φυτὸν καὶ γεγηρακός· εἶρηται παρὰ τὴν δρύν, ἥτις πρῶτον δοκεῖ φυτὸν γενέσθαι. Siehe auch Apost. 5, 32: Γεράνδρουον γὰρ τὸ γηράσκον φυτὸν κτλ.

903 Sen. *Epist.* 86, 14 (904 tibi nimium, sic ed. 1515; 905 patre familiae, sic ed. 1515; 906 hoc nobis, sic ed. 1515).

344 *Collect.* 138. Otto 786.

909 Ἄμμον μετρεῖς Diogen. 2, 27 = Apost. 2, 71. Zenob. 1, 80 = Ald. col. 30. Suid. ἄμμον 1621. Alle Paroemiographen folgen der Lesart μετρεῖν. Woher μετρεῖς (auch in den *Collect.*) stammt, ist uns nicht bekannt (nach dem app. crit. Leutsches jedenfalls nicht aus dem Codex G). Es besteht eine Analogie zu: πλίνθον πλύνεις κτλ. (*Adag.* 348, l. 950). Es gibt nämlich eine Reihe von ähnlichen Adagien: Adynata, die in 2. Pers. sg. stehen (344, 345, 348, 349, 350, 352 etc.) und deren Quellen nicht immer nachweisbar (z.B. 345, 352), manchmal unsicher (z.B. 357, 365) sind. In der dritten der Plutarch zugeschriebenen Sprichwörtersammlungen findet sich eine Reihe

vnum magnum (418).

910 inceptas D-I: incoeptas A-C.

913 Graecae D-I: Graecae C.

919 Libyci A C-I: Lybici B.

922 littora [litorea B C] A-C E-I: om. D.

924 Ἄλλ' A B D-I: Ἄλ δ' C.

925 id est B-E: om. A F-I.

von solchen Sprichwörtern: Ἀνέμους θηρᾶς. Θάλασσαν ἀντλεῖς. Ψάμμον μετρεῖς [!]. Σμηῆνις τοξεύεις κτλ. (Jungblut, *Suppl. Paroem.* VI, p. 416 sq.); diese Sammlung aber war offenbar nicht Er.' Vorlage. Vielleicht hat Er. über eine ähnliche Sammlung von Adynata verfügt (cf. *Adag.* 365, n.l. 117). Möglicherweise versuchte er in Analogie zu bestehenden Adagien Sprichwörter anzugleichen, wie vorliegendes (353, 359 e.a.) und neue zu verfertigen (z.B. 345, 352; siehe auch 347, 351).

911 Athen. VI, 230 c d.

Alexidem Es handelt sich hier um einen ungenannten armen Prahler, der seinen einzigen Sklaven ausschimpft, indem er ihn mit Worten überschüttet. Ein Fragment des Komikers Alexis geht voran (230 b); es mag sich auch hier um ein Theaterstück von Alexis handeln. Vergleiche auch *Adag.* 3524 (Gargara bonorum), *LB* II, 1081 D E: "Siquidem ψαμμοσκόσια dicunt Graeci, quae vel aequant harenarum numerum, ad eam formam qua dicunt τριακόσια et ἑξακόσια. Alexis apud Athenaeum libro sexto: ἐβόα καλῶν τὸν οἰκέταν ἐν' ὄντα καὶ μόνον, ὀνόμασιν δὲ χρώμενον ψαμμοκοσίοις. ... Loquitur de paupere ostentatore diuitiarum, qui, quum non haberet nisi vnum famulum, tamen pro foribus euocabat eundem variis nominibus, vt hospites crederent plurimos esse domi."

914 Plat. *Tht.* 173 d.

345

917 Κύματα μετρεῖς Vermutlich nach Theocr. 16, 60 in Analogie zu *Adag.* 344 von Er. selbst verfasst, cf. *Adag.* 344, n.l. 909.

918 Verg. *Georg.* II, 105-108.

923 Theocr. 16, 60-61 (924 ἦμόνι: ἄόνι v.l. sic Ald. 1495; 925 κατὰ γλαυκᾶς Bücheler: μετὰ γλαυκᾶς codd. sic Ald. 1495).

*Nanque perinde siet, quasi si numerare labores,
Quot venti e pelago trudent ad littora fluctus.*

Videri potest ab Aesopico quodam apologo natum adagium, quem refert
Lucianus in Sectis: Olim quendam in maris littore sedisse conantem singulas
930 vndas pernumerare, cumque vndas vndis trudentibus obrueretur animoque
male angeretur, quod eas numero complecti non posset, adiens callida vulpes
opportuno consilio sic hominem subleuauit: 'Quid angeris', inquit, 'propter
vndas quae praeterierunt? Hinc numerare incipias oportet, illas missas facias'.

[A] SVRDO OPPEDERE 346

935 Παρά κωφῶ ἀποπαρδεῖν, id est *Apud surdum crepitum aedere*, dicitur vbi quid
frustra fit aut vbi peccatur apud stupidos, qui non queant sentire. Siue cum
conuiciis incessitur is, qui perinde negligit, quasi non audiat. Refertur a
Diogeniano et a Suida.

[A] ARANEARVM TELAS TEXERE 347

940 Τὰ ἀράχνια ὑφαίνειν, id est *Aranearum telas texere*, est in re friuola nulliusque
frugis infinitum atque anxium capere laborem. Refertur prouerbi vice a diuo
Basilio in initio enarrationis Hexameron. Vnde et apud Diogenem Laertium
in vita Zenonis philosophus quidam rationes dialecticas aranearum textis
945 similes esse dicebat, quae cum operosum quiddam atque exactum prae se
ferant, tamen nugatoriae sint atque imbecilles. Et alius quispiam leges cum
aranearum textis comparabat, quae cum a magnis auibus facile discinderentur,
muscas duntaxat irretirent.

[A] LATEREM LAVAS 348

950 Feruntur huic confines aliquot apud Graecos paroemiae, quibus operam
inanem significamus, veluti Πλίνθον πλύνεις, id est *Laterem lauas*, id quod
vsurpat Terentius in Phormione:

Loquarne? Incendam. Taceam? Instigem. Purgem me? Laterem lauem.

Theocritus in Charitibus:

955 Καὶ ὕδατι νίξειν θολερὰν ἰοειδέϊ πλίνθον, id est
Et nigram silicem lauisse liquentibus vndis.

[A] LAPIDEM ELIXAS 349

Cui simillimum est, quod refertur apud Aristophanem in comoedia, cui titulus
Σφήκες: Λίθον ἔψεις, id est *Lapidem decoquis*. Pro eo, quod est inaniter laboras:

960 Ἴλλ' ὅταν ἀντιβολοίῃ / τις, κάτω κύπτων ἄν οὔτω, / λίθον ἔψεις, ἔλεγεν, id est *Quin ubi quis obsecrauerit, demisso sic capite, lapidem decoquis, inquit*. Neque enim vnquam mollescit lapis, quantumuis diutina coctione. Generaliter conueniet in quamuis inanem operam speciatim in hominem durum nullisque precibus mollescentem.

933 praeterierunt A-F: praetereunt G-I.

945 nugatoriae A C-I: nugatorie B; sint B-I: sunt A.

950 πλίνθον A D-I: πλήνθον B C.

954 πλίνθον A D-I: πλήνθον B C.

956 Lapidem E-I: Laterem A-D.

960 obsecrauerit A-D G-I: obseruauerit E F, corr. γ.

928 *Aesopico quodam apólogo* Den Hinweis auf Aesop fand Er. in Lukian (cf. n.l. 929). Es handelt sich um Nr. 429 Perry.

929 Lucian. *Herm.* 84.

929-933 *Olim ... facias* Genau nach Lucian. loc. cit.

346

935 Παρά ... ἀποπαρδεῖν Diogen. 7, 43 (ἀποπερδεῖν). Suid. παρά 371 (Παρά κωφόν). Cf. Apost. 13, 99 (Παρά κωφόν ἀποπαρδεῖν).

936 *stupidos ... sentire* Nach Suid. loc. cit.

937-938 *Refertur ... Suida* Cf. n.l. 935.

347 Collect. 596.

940 Τά ... ὑφαίνειν Die griechische Form ist vermutlich von Er. selbst nach dem geläufigen, lateinischen Ausdruck 'telam texere' (cf. Catul. 86, 49. Plin. *Nat.* XI, 76. Ter. *Heaut.* 285) verfasst worden.

942 Basil. *Hom. in Hexaemeron* I, 2 (St. Giet, *SC* 26, p. 94, cf. *Adag.* 93, n.l. 298): "Ὄντως ἰστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ ταῦτα γράφοντες.

942-943 *apud ... Zenonis* Diog. Laert. VII, 161 (Vita des Aristo Chius, die unmittelbar auf die Zenon-Vita folgt) = von Arnim, Aristo Chius fr. 351 (I, p. 79). Siehe auch *Apophth.* VIII, Aristo Chius 48, LB IV, 360 E: "Aristo Chius dicere solebat Dialectorum argutias similes esse telis araneorum, quod plurimum haberent artificii, minimum vtilitatis."

945-947 *Et alius ... irretirent* Nach Diog. Laert. I, 58: Τοὺς δὲ νόμους τοῖς ἀραχνίους ὁμοίους κτλ. (Aussage Solons). Cf. Suid. φάλαγγς 33. Siehe auch die *Apophth.* (VII, Anacharsis Scythia 22, LB IV, 330 F): "Leges araneorum telis esse similes, in quibus infirmiora animalia haerent, valen-

tiora perrumperent. Ita leges humiles ac tenues constringunt, a potentioribus impune violantur" und *Apophth.* VII, Solon 5, LB IV, 324 A (dieselbe Aussage wird angeführt).

348 Collect. 408. Otto 922.

949-950 *Feruntur ... significamus* Die Reihe der 'Adynata' und der Adagien, die verbliche Versuche andeuten (die 'Anenyta'), reicht bis *Adag.* 400.

950 Πλίνθον πλύνεις Bei den Paroemiographen: Diogen. 7, 50 (Er.' Quelle für *Collect.* 408). Zenob. 6, 48. Zenob. Ald. 142. Apost. 14, 34. Cf. Suid. πλίνθος 1776 = Zenob. Ald. col. 143.

951 Ter. *Phorm.* 186.

953 Theocr. 16, 62 (954 "H ὕδατι: Καὶ ὕδατι Ald. 1495; διαειδέι: ἰοειδέι Ald. 1495). In der Theokrit-Aldina findet sich, nebenbei bemerkt, die Lesart πλίνθον statt πλίνθον (cf. app. crit. l. 954). Diese Zeile Theokrits folgt den in *Adag.* 345 (ll. 924-925) angeführten Versen.

349

957 Aristoph. *Vesp.* 280. Cf. Apost. 10, 68.

959 Aristoph. *Vesp.* 279-280 (959 ὁπότ' sic Ald. 1498). Die Gliederung in Verse ist in der Edition von 1498 verschieden von der der modernen Ausgaben: Ἴλλ' ... οὔτω / λίθον ... τάχαδ' ἄν. In den Scholien zu Aristoph. *Vesp.* 280 b Koster (= Ald. 1498) wird eine Zahl der Adynata, die Er. auch anführt, erwähnt: Πλίνθον πλύνεις (*Adag.* 348). Λίθον ἔψεις (unser Adagium). Χύτραν ποικίλλεις (*Adag.* 366). Εἰς ὕδωρ γράφεις (*Adag.* 356). Αἰθίοπα λευκαίνεις (*Adag.* 350). Κατὰ θαλάττης σπειρείς (*Adag.* 353).

[A]

AETHIOPEM LAVAS. AETHIOPEM DEALBAS

350

965 Eandem vim habent Αἰθίοπα σμήχεις, id est *Aethiopem lauas*, et Αἰθίοπα
 λευκαίνεις, id est *Aethiopem dealbas*. Lucianus in libro Contra indoctum: Καὶ
 LB 170 κατὰ τὴν παροιμίαν Αἰθίοπα σμήχειν ἐπιχειρῶ, id est *Ac iuxta prouerbium |*
 970 *Aethiopem lauare conor*. Nam natiuus ille Aethiopum nigror, [B] quem Plinius
 ex vicini syderis vapore putat accidere, [A] nulla abluitur aqua neque vlla
 975 ratione candescit. Hoc item peculiariter quadrabit, cum res parum honesta
 verborum fucis adornatur, [B] aut cum laudatur illaudatus aut docetur
 indocilis. Adagium ortum videri potest ab Aesopica fabula. Nam quidam
 mercatus Aethiopem et existimans eum colorem non natura, sed superioris
 domini negligentia accidisse, nihil non adhibuit eorum, quibus vestes can-
 defieri solent, adeoque perpetuis lotionibus miserum diuexauit, vt illum in
 morbum impulerit colore qui fuerat manente.

[A]

ARARE LITTVS

351

Αἰγιαλὸν ἀροῦν, id est *Arare littus*, est sterilem operam sumere. Ausonius ad
 Theonem:

980 *Quid geris extremis positus telluris in oris*
Cultor harenarum vates, cui littus arandum,

significans eum inaniter laborare. Huius peculiaris vsus erit, cum officium
 impenditur in eum, a quo nihil sis fructus aliquando percepturus, veluti si
 quis doceat ὄνον λύρας aut beneficium collocet in ingratum. Salsitas enim facit,
 985 vt littorales orae ferme sint steriles. Quod etiam prouerbio testatum est:
 Ἀλμυρὸν γειτόνημα, id est *Salsuginosa vicinia*, pro sterili. [B] Est autem adeo
 sterilis humor marinus, vt nec arbores ferat. Atque huiusce rei varias adfert
 causas Plutarchus in commentario De causis naturalibus, primo statim proble-
 mate.

990 [A]

HARENAE MANDAS SEMINA

352

Εἰς ψάμμον σπεῖρεις, id est *Harenae mandas semina*, propterea quod steriles
 harenae, maxime littorales, nec idoneae ad sementem. Oenone Paridi [B] apud
 Ouidium:

[A] *Quid facis, Oenone? quid harenae semina mandas?*
 995 *Non profecturis littora bubus aras.*

[F] Atqui in nostra Brabantia sunt agricolae tam industrii, qui sitientissimas
 harenas cogant et triticum ferre.

[A]

IN AQVA SEMENTEM FACIS

353

Εἰς ὕδωρ σπείρεις, id est *In aquam semina iacis*. Theognis:

1000

Ἴσον καὶ σπείρειν πόντον ἀλλὸς πολιῆς, [D] id est
Par ut qui aequoreis semina mandat aquis.

965 vim A C-I: om. B.

966 libro [lib. Γ] B-I: libello A.

984 Salsitas B-I: Salsugo A.

350 *Collect.* 407, 414. Otto 32. Cf. *Adag.* 2988 (Aethiops non albescit), *ASD* II, 6, p. 580.

965 Αἰθίοπα σμήχεις Diogen. I, 45 (Er.' Quelle in *Collect.* 414). Zenob. *Ald. col.* 14 (das Lemma Αἰθίοπα σμήχεις). In der Form Αἰθίοπα σμήχων: Zenob. I, 46. Zenob. *Ald. col.* 14 (das Lemma Αἰθίοπα σμήχων). In der Form Αἰθίοπα σμήχειν: Suid. Αἰθίοπα 125.

965-966 Αἰθίοπα λευκαίνεις Diese Fassung mag den Schol. Aristoph. *Vesp.* 280 b (cf. *Adag.* 349, n.l. 959) entnommen sein. Vollständigkeitshalber erwähnen wir: [Plut.] Περὶ τῶν ἀδυνάτων 52, *Paroem. Gr.* I, p. 348. Zu dieser Sammlung: *Adag.* 110, n.l. 210 und *Adag.* 365, n.l. 117. Er. führt in *Collect.* 407 den Ausdruck Αἰθίοπα λευκαίνειν an: dort war seine Quelle Hermolaus Barbarus (nach Apost. I, 68), der in einem Brief an Pico della Mirandola schreibt: "Ceterum suscepisti rem non solum (vt scribis) ὑποζυγίωδη, sed etiam ἀδύνατον. Quid enim est aliud Αἰθίοπα λευκαίνειν quam rationem philosophandi barbaram et ineptam velle defendere?" (dieser Brief, Buch IX, 5 = *Epist.* 81 Branca, findet sich in der Sammlung *Virorum illustrium Epistolarum libri* in der Gesamtausgabe der Werke Polizians. Wir zitieren nach der Edition der *Opera omnia* Polizians aus dem Jahre 1519, cf. fo. 84 recto). Zu dem Ausdruck Αἰθίοπα λευκαίνειν: *Zu den Anfängen*: p. 180 und p. 181, n. 103.

966 Lucian. *Adv. indoct.* 28.968 Plin. *Nat.* VI, 70.971-972 *docetur indocilis* Cf. *Adag.* 340, l. 842.

972 *Aesopica fabula* Cf. Aesop. 274 Hausrath. Dieselbe Fabel wurde von Er. in *Adag.* 2988 (*ASD* II, 6, p. 580, ll. 744-747) paraphrasiert.

351 *Collect.* 408. Otto 789.

978 Αἰγιαλὸν ἄροῦν Griechisches Sprichwort vermutlich von Er. selbst verfasst.

999 *In aquam semina A-E*: In aqua sementem F-I.

Ausonius Auson. *XXV Epist.* XII, 3-4 (Prete, p. 253) = *XVIII Epist.* XIV, 3-4 (Evelyn White II, p. 44).

981 *cui ... arandum* Nach Otto ist dieser Ausdruck eine Nachahmung des Verg. *Aen.* IV, 212 und hat, wie der genannte Vergilvers, keine sprichwörtliche Färbung (Otto, p. 159, Anm. zu 789). Stanley Pease merkt zu Verg. *Aen.* IV, 212 folgendes an: "There is a suggestion of a proverbial expression for profitless labor, appearing in various forms, such as σπείρειν πόντον" etc. (*Publi Vergili Maronis Aeneidos liber quartus*, Cambridge Mass., 1935/Darmstadt, 1967, p. 233).

983-984 *veluti ... λύρας* Cf. *Adag.* 335.

985 *proverbio Adag.* 537 (Salsuginosa vicinia), LB II, 239 B, cf. Apost. 2, 23: Ἄλμυρόν γειτόνημα ἐμβλεπε πόρρω. Ael. Arist. III (De quattuor), 294, Lenz-Behr I, p. 391: Ἔστω τὸ γειτόνημα ἄλμυρόν, ὡς φησιν.

988 Plut. *Mor.* 911 c-f.

352 Otto 789.

991 Εἰς ψάμμον σπείρεις Die griechische Fassung dieses Sprichworts wurde vermutlich in Analogie zu Εἰς ὕδωρ σπείρεις (*Adag.* 353), Κατὰ πετρῶν σπείρεις (*Adag.* 354) verfertigt. Cf. *Adag.* 344, n.l. 909.

993 Ov. *Her.* 5, 114-115.

353

999 Εἰς ὕδωρ σπείρεις Zenob. 3, 55. Zenob. *Ald. col.* 76. Suid. εἰς 326. Die *Paroemiographen* folgen der Lesart σπείρειν, statt σπείρεις (σπείρεις vielleicht in Analogie zu Κατὰ θαλάττης σπείρεις, cf. n.l. 4, und Κατὰ πετρῶν σπείρεις, cf. *Adag.* 354). Cf. *Adag.* 352, n.l. 991.

In ... iacis Der Ausdruck, den Er. in den Ausgaben F-I verwendet (In aqua sementem iacis, cf. app. crit.), scheint eine Kontamination zu sein: 'sementem facere' und 'semina iacere'. Also folgen wir der Lesart der Editionen A-E.

Theognis Thgn. 106. Cf. Otto 789.

[A] Loquitur de his, qui beneficium conferunt in ingratos atque improbos homines, idque perinde perire dicit, quasi sementem facias in vndis marinis. [G] Aristophanis interpres et hoc pacto effert prouerbiū: Κατὰ θαλάττης σπείρεις, id est *In mari sementem facis*.

[A]

IN SAXIS SEMINAS

354

Κατὰ πετρῶν σπείρεις, id est *In saxis sementem facis*. Quo quidem alluisse credi potest allegoria Euangelica de semine, quod in petras inciderit. [F] Nam hoc terrae genus fere sterile est, vel quia non potest aratro proscindi vel quia quod satum est, non habet quo radices agat.

[A]

IGNEM DISSECARE

355

Εἰς τὸ πῦρ ξαίνειν, id est *Ignem diuerberare*, ad hanc formam pertinet, quanquam hoc inter Pythagorica retulimus symbola. Aristides in communi defensione quatuor rhetorum: Ἐλελήθεις δὲ ἄρα σαυτὸν ἀπάσαις ταῖς παροιμίαις ἐνεχόμενος, εἰς πῦρ ξαίνων καὶ λίθον ἔψων καὶ σπείρων τὰς πέτρας; id est *Non intelligebas autem teipsum omnibus illis prouerbiis obnoxium esse, quod ignem diuerberares, quod lapidem elixares, quod in saxis sementem faceres?* Taxat Platonem, qui apud Dionysium tyrannum nullum omnino fecerit operae precium.

[A]

IN AQVA SCRIBIS

356

Καθ' ὕδατος γράφεις ἢ εἰς ὕδωρ γράφεις, id est *In aqua scribis*, hoc est nihil agis. Lucianus in Tyranno: Παίζεις, ὦ Χάρων, ἢ καθ' ὕδατος, φασίν, ἤδη γράφεις παρὰ Μικύλλου τινα ὀβολὸν προσδοκῶν, id est *Vtrum ludis Charon, an iam in aqua, quod aiunt, scribis, qui quidem a Micyllo obolum aliquem expectes?* Plato in Phaedro: Οὐκ ἄρα σπουδῆ αὐτὰ ἐν ὕδατι γράψει μέλανι σπείρων διὰ καλάμου, id est *Num haec studiose in aqua scribet nigra seminans calamo*. Extat huiusmodi senarius inter sententias Graecas: |

LB 171

Ἄνδρῶν δὲ φαύλων ὄρκον εἰς ὕδωρ γράφε, id est
Hominum improborum inscribe iusiurandum aquae.

[C] Id ita deprauat Xenarchus in Pentathlo apud Athenaeum libro decimo:

30

Ὅρκον δ' ἐγὼ γυναικὸς εἰς οἶνον γράφω, id est
Inscribo vino si qua iurat foemina.

[D] Item Catullus:

*Mulier cupido quod dicit amanti,
In vento et rapida scribere oportet aqua.*

35 [A]

IN HARENA AEDIFICAS

357

Εἰς ψάμμον οἰκοδομεῖς, id est *In harena aedificas*. Ad quod Evangelica parabola videtur alludere. Non consistit, quod super harenam struxeris. Proinde recte vsurpabitur, vbi quis negocium aggreditur inutile futurum vtpote non recte iactis ante fundamentis.

40 [A]

VENTOS COLIS

358

Ἄνεμους γεωργεῖς, id est *Ventos colis*. [F] Colis autem dico pro eo, quod est:

2 his *E-I*: iis *A-D*.4-5 Aristophanis ... facis *G-I*, addit χ.17 lapidem elixares *E-I*: laterem lauares *A-D*.2-3 *qui beneficium ... homines* Cf. *Adag.* 351, l. 984: "Aut beneficium collocet in ingratum."4 *Aristophanis interpres* Schol. Aristoph. *Vesp.* 280 b (cf. *Adag.* 349, n.l. 959).

354

7 Κατὰ πετρῶν σπείρεις Apost. 9, 45. Cf. Zenob. Ald. col. 76 (Artikel Εἰς πῦρ ξαίνειν) = Suid. εἰς 313 (dort die Fassung: Κατὰ πετρῶν σπείρειν). Otto 789.

8 *allegoria Evangelica* Cf. *Mt.* 13, 5.

355 Dieses Adagium wird von einigen Paroemiographen mit dem vorangehenden, kombiniert: Apost. 9, 45. Zenob. Ald. col. 76. Suid. εἰς 313.

12 Εἰς ... ξαίνειν Zenob. Ald. col. 76 und Suid. εἰς 313: Εἰς πῦρ ξαίνειν (ohne τὸ). Apost. 9, 45 (Κατὰ πυρὸς ξαίνεις). Zenob. 5, 27 (Ξαίνεις εἰς πῦρ). Zenob. Ald. col. 87 (Ἐς πῦρ ξαίνεις).

13 *Pythagorica ... symbola* Cf. *Adag.* 2.vi. Ignem ne gladio fodito, cf. l. 884: "Vt ignem gladio dissecarent." *Aristides* Ael. Arist. III (De quattuor), 370, Lenz-Behr I, p. 420.356 *Collect.* 610. Otto 135.20 Καθ' ὕδατος γράφεις Zenob. Ald. col. 101 (sic Lukian, cf. l. 21). Cf. Diogen. 5, 83 (Καθ' ὕδατος γράφειν), Er.' Quelle für *Collect.* 610.εἰς ὕδαρ γράφεις Schol. Aristoph. *Vesp.* 280 b, cf. *Adag.* 349, n.l. 959. Siehe auch Zenob. Ald. col. 88 (Ἐς ὕδαρ γράφεις). Suid. εἰς 327 (Εἰς ὕδαρ γράφειν).21 Lucian. *Catapl.* 21 (21-22 γράφεις παρὰ Μικύλλου ἤδη).20 hoc est *B-I*: id est *A*.23 Micyllo *A C-I*: Micyllo s *B*.27 δὲ *A-F*: om. *G-I*.30 οἶνον *C-G*: ὕδαρ *H I*.23 Plat. *Phaedr.* 276 c.25-26 *Exitat ... Graecas* D.h. in der Sammlung Γνωμαὶ μονόστιχοι κτλ. der Theokrit-Aldina von 1495 (cf. *Adag.* 291, n.l. 307) unter dem Lemma εἰς ὄρκον. Es handelt sich um Menandr. *Monost.* 26 Jäkel.29 Athen. X, 441 e. Es betrifft Xenarchus fr. 6 Kock (II, p. 470), in welcher Verszeile Soph. fr. 742 N. = fr. 811 Radt parodiert wird: "Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδαρ γράφω. (Dies hat vielleicht in den Ausgaben *H I* die Ersetzung des Wortes οἶνον durch ὕδαρ veranlasst, cf. app. crit.). Cf. *Adag.* 601 (*LB* II, 262 E): "Ille Graecorum senarius: Τὸν γὰρ γυναικὸς ὄρκον εἰς οἶνον γράφω, id est Inscribe vino, si qua iurat foemina." Margolin (*Erasmus et Athénée*, cf. p. 244, n.l. 82) verneint anlässlich unserer Stelle zu Unrecht, dass Er. in der Edition *C* auf Athen. hinweist.

32 Catull. 70, 2-3.

357

36 Εἰς ψάμμον οἰκοδομεῖς [Plut.] Περὶ τῶν ἀδυνάτων 10 (cf. *Adag.* 110, n.l. 210). Die einzige von uns nachgewiesene Belegstelle entstammt der Plutarch zugeschriebenen Sammlung der Adynata. Es ist uns jedoch nicht bekannt, ob Er. diese Sammlung (oder eine ähnliche) kannte (cf. *Adag.* 344, n.l. 909).*Evangelica parabola* *Mt.* 7, 26-27.358 *Collect.* 417. Strömborg, *Eine neue Sammlung*, p. 27. Cf. Otto, 27.41 Ἄνεμους γεωργεῖς Zenob. 1, 99 = Ald. col. 32. Cf. Diogen. 1, 88 (Ἄνεμους γεωργεῖν), Er.' Quelle für *Collect.* 417.

agricolationem exerceat. [A] Refertur a Zenodoto. Dicitur in eos, qui e suis laboribus nihil fructus reportant.

[A] FERRVM NATARE DOCES 359

45 Σίδηρον πλεῖν διδάσκει, id est *Ferrum fluitare doces*. De iis, qui rem conantur, quae repugnante natura nequaquam fieri possit.

[A] CRIBRO AQVAM HAVRIRE 360

Κοσκίνῳ ὕδωρ ἀντλεῖ ἢ ἐπιφέρει, id est *Cribro aquam haurit*. Quod etiam in obliuiosos non inconcinne dicitur. Plautus in Pseudolo:

50 *Non pluris refert quam si imbrem in cribrum geras.*

[B] Id autem olim inter ἀδυνατώτατα habitum vel illud est argumento, quod inter prodigia refertur Tuciam virginem Vestalem aquam cribro tulisse anno ab vrbe condita sexcentesimo nono teste Plinio lib. xxviii., cap. ii. [H] Cuius meminit Dionysius Halicarnasseus libro Romanarum antiquitatum secundo.

55 [A] Sumptum a fabula Danaidum puellarum, quas Plato scripsit apud inferos hoc poenae genus pendere, vt assidue aquam in dolium pertusum vasis item pertusis inferant. Alciphron in epistola Galeni ad Cyrtonem: Καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς Δαναίδων τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθους, id est *Ac iuxta prouerbium amphoras in Danaidum dolis infundimus*. Lucianus in Timone: "Ὡσπερ ἐκ κοφίνου τετραπημένου, id est *Tanquam e cophino perterebrato*. Effertur et hunc ad modum: Εἰς πίθον τετραπημένον ὕδωρ ἀντλεῖς, id est *In dolium pertusum aquam hauris*. [H] Plautus in Pseudolo:

In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.

[A] APVD FIMVM ODORVM VAPOREM SPARGIS 361

65 Εἰς κόπρον θυμιαξ, id est *In fimum aromatum odorem spargis*. Nam perit omnis fragrantia fimique foetore vincitur. Est apud Suidam. Conueniet autem et in hos, qui rem egregiam indignis adhibent, [F] quod genus est illud: *In lente vnguentum*.

[A] OLEVUM ET OPERAM PERDIDI 362

70 Eodem pertinet et illud, quod est apud Plautum in Poenulo: *Tum pol ego et oleum et operam perdididi*, id est quicquid insumpsi seu rei seu laboris, id frustra insumptum est. Metaphora ducta est a gladiatorum ac palaestritarum certaminibus, in quibus certaturi vnguentis quibusdam oleaceis perungebantur. Cicero in Epistolis: *Nam quid ego te athletas putem desiderare, qui gladiatores contempseris? in quibus ipse Pompeius profitetur se et oleum et operam perdidisse.*

80 *Quaquam potest et ad lucubrantium lucernas referri, sicuti Cicero fecisse videtur scribens ad Atticum libro xiii.: Ante lucem cum scriberem contra Epicureos, de eodem oleo et opera exarari nescio quid ad te et ante lucem dedi. Idem ad eundem alibi: Non defleamus, ne et oleum et opera nostrae philologiae perierit, sed conferamus tranquillo animo.* [E] Quo quidem in loco plus habet gratiae, quod ad rem animi translatum sit. [A] Ergo hic oleum pro sumptu positum est; nam et sic effertur adagium. Plautus in Rudentibus: *Et operam et sumptum perdunt.* Eodem pertinet etiam illud, quod coruus ille saluator sonare didice-

45 διδάσκεις A B D-I: διδάσκει C.
49 Pseudolo D-I: Mercatore A-C.
50 imbrem D-I: aquam A-C.

51 ἀδυνατώτατα E-I: ἀδυνώτατα B-D.
56 poenae A C-I: poene B.
70 est B-I: om. A, addit s.

42 a Zenodoto Cf. n.l. 41.
42-43 Dicitur ... reportant Nach Zenob. loc. cit.

359

45 Σίδηρον πλεῖν διδάσκεις Apost. 15, 46 (διδάσκει). Er. mag διδάσκεις in Analogie zu καθ' ὕδατος γράφεις (*Adag.* 356) etc. geschrieben haben. In der genannten Sammlung der Adynata (cf. *Adag.* 357, n.l. 36) findet sich auch unser Spruch σίδηρον πλεῖν διδάσκεις (Nr. 14).

360 *Collect.* 230. 368. Otto 466. *Nachträge zu Otto*, p. 235, p. 266. Unser Adagium weist Verwandtschaft mit zwei anderen Adagien auf: *Adag.* 933 (*Inexplebile dolium*), *LB II*, 376 E (= *Collect.* 368) und *Adag.* 2303 (E poculo perforato bibere), *ASD II*, 5, p. 242.

48 Κοσκίνω ... ἐπιφέρει Nach Zenob. Ald. col. 107: Κοσκίνω ὕδωρ ἐπιφέρει, und vielleicht nach [Plut.] Περὶ τῶν ἀδυνάτων 8 (cf. *Adag.* 357, n.l. 36): Κοσκίνω ὕδωρ ἀντλεῖς. Siehe auch Apost. 9, 91 und Suid. κοσκινηδόν 2136.

Cribrro ... haurit Cf. *Collect.* 368: "Ductum et illud, quod hodieque vulgo perseuerat: cribrro aquas haurire." Dazu: Suringar 91, p. 161 sqq. (reich belegt).

49 Plaut. *Pseud.* 102.

51-53 quod ... cap. ii. Plin. *Nat.* XXVIII, 12 (52-53 anno vrbis DXVIII).

54 Dion. Hal. *Ant.* II, 69 (Jacoby I, p. 253).

55 *Sumptum* Nach Einschub H schliesst *Sumptum* etc. an A (l. 53) an.

Plato Plat. *Rep.* III, 363 d; *Gorg.* 493 b c.

57 Alciph. *Epist.* I, 2, 1 Benner, Fobes (58 εἰς τοὺς τῶν Δαναῖδων); I, 2, 1 Hercher (58 εἰς τὸν τῶν Δαναῖδων τοὺς ἀμφορέας ἐκχέομεν πίθον). Das Zitat ist der Sammlung der Epistolographen, die 1499 von Marcus

Musurus herausgegeben wurde, entnommen.

Galeni ad Cyrtonem Sc. Galenaeus Cyrtoni (Γαληναῖος Κύρτωνι).

59 Lucian. *Tim.* 18.

60 *Tanquam ... perterebrato* Cf. *ASD I*, 1, p. 494, l. 15: "Ceu foraminoso cophino."

61 Εἰς ... ἀντλεῖς Nach Apost. 6, 79: Εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖς. Siehe Suid. εἰς 315, 321. In *Adag.* 933 behandelt Er. das Proverb *Inexplebile dolium* = Ἄπληστος πίθος und spricht auch von dem *pertusum dolium* = πίθος τετρημένος (nach Aristot. *Oec.* 1344 b 23) ohne auf Apost. und Suid. locc. citt. hinzuweisen. Cf. *Proleg.* n.l. 71 und n.l. 449.

62 Plaut. *Pseud.* 369 Dieser Plautusvers wurde lückenhaft (ohne das Wort 'dicta') von Fr. in *Adag.* 933 angeführt.

361

65 Εἰς κόπρον θυμιας Suid. εἰς 284. Cf. Suid. ὄνου 399.

66 *Suidam* Cf. n.l. 65.

67 *illud* Cf. *Adag.* 623 (In lente vnguentum), *LB II*, 270 C.

362 *Collect.* 201. Siehe auch *Collect.* 202. *Adag.* 3946 (Et operam et retiam perdere), *LB II*, 1171 E. Otto 1284.

70 Plaut. *Poen.* 332.

74 Cic. *Fam.* VII, 1, 3 (75 confitetur; et operam et oleum).

76 Cic. *Att.* XIII, 38, 1.

78 *Idem* Cic. *Att.* II, 17, 1 (79 deflebimus: defleamus ed. Rom. pr.; opera et oleum philologiae nostrae; 80 conferemus: *conferamus* edd. vet.).

82 Plaut. *Rud.* 24.

83 *illud* Cf. *Macr. Sat.* II, 4, 30 und *Collect.* 202.

LB 172 rat: *Opera et impensa periiit*. Cuius fabulae meminit Macrobius libro Saturna-
 86 lium ii. Eam quoniam haud | quaquam indigna memoratu videtur, non
 grauabor adscribere idque ipsius verbis. *Sublimis*, inquit, *Actiaca victoria*
 90 *reuertebatur Octavius. Occurrit ei inter gratulantes coruum tenens, quem instituerat hoc*
dicere: 'Aue Caesar victor, imperator'. Miratus Caesar officiosam auem viginti milibus
nummum emit. Socius opificis, ad quem nihil ex illa liberalitate peruenerat, affirmavit
 95 *Caesari illum habere et alium coruum, quem ut afferre cogeretur, rogauit. Allatus verba,*
quae didicerat, expressit: 'Aue victor, imperator Antoni'. Nihil exasperatus satis duxit
iubere illum diuidere donarium cum contubernali. Salutatus similiter a psitaco emi iussit
eum. Idem miratus in pica hanc quoque redemit. Exemplum sutorem pauperem
 100 *sollicitauit, ut coruum institueret ad parem salutationem, qui impendio exhaustus saepe*
ad auem non respondentem dicere solebat: 'Opera et impensa periiit'. Aliquando tamen
coruus coepit dicere dictatam salutationem. Hac audita dum transit Augustus repondit:
 105 *'Satis domi saluatorum talium habeo'. Superfuit coruo memoria, ut et illa quibus*
dominum querentem solebat audire subtexeret: 'Opera et impensa periiit'. Ad quod
 100 *Caesar risit emique auem iussit quanti nullam adhuc emerat. Hactenus Macrobbii*
 verba reddidimus. Diuus Hieronymus ad Pammachium videtur huic adagio
 velut alterum quoddam adagium subtexuisse: *Oleum perdit et impensas, qui*
bouem mittit ad ceroma. Siquidem hoc ipsum bouem ad ceroma mittere
 prouerbium sapit, pro eo, quod est: docere indocilem aut ad id muneris
 105 repugnante. [B] Nam ceroma dicitur vnguentum, quo olim vnguebantur
 athletae; id ex oleo certisque terrae generibus conficiebatur. Porro ad certa-
 mina bos inutilis est.

[A]

RETI VENTOS VENARIS

363

110 Δικτύω άνεμον θηροῦς, id est *Reti ventos captas*. De frustra laborantibus aut qui
 stulte sequuntur ea, quae nulla sit assequendi spes, aut qui rem inanem
 inaniter captant. Nam vtre contineri ventus potest, reti nequaquam.

[A]

TRANQVILLVM AETHERA REMIGAS

364

115 Αιθήρα νήνεμον έρέσσεις, id est *Aere tranquillo remigas*. Apud Zenodotum
 refertur de incassum laborantibus; perinde est quasi dicas 'aerem diuerberas
 remigantium more'.

[A]

MORTVVM FLAGELLAS

365

Νεκρόν μαστίζεις, id est *Mortuum flagellas*. In eos, qui obiurgant illos, qui nihil
 prorsus obiurgatione commoueantur; aut qui vita defunctos insectantur ac
 lacerant.

120

[A]

OLLAM EXORNAS

366

Χύτραν ποικίλλεις, id est *Ollam exornas* siue *picturas*. De iis, qui in re vehementer absurda frustra conantur. Ineptus enim labor ollae, vasi contempto et culinariis vsibus destinato, picturae lenocinium adhibere. Cui simillimum quiddam vulgo iactatur, bracteis aureis inaurare iuglandium putamina.

125

[A]

OVVM ADGLVTINAS

367

᾽Ωδὸν κολλήεις, id est *Ouum glutino compingis*. Refertur a Diogeniano. Ridicule laborat, qui fractum oui putamen glutino sarcire et coagmentare conetur.

84 meminit B-I: om. A.

85 haud quaquam C-I: neutiquam A B.

89 affirmavit A-D; affirmauerat E-I.

96 coruus A-D F-I: corpus E; coepit A C-I: caepit B.

98 querentem A C-I: quaerentem B.

104 minime C-I: neutiquam A B.

114 diuerberas B-I: diuerberare A.

121 iis E-I: his A-D.

84 Macr. *Sat.* II, 4, 29-30 (87 *Octavius* om.; 87-88 haec dicere; 90 habere illum; 92 donatium; 92-93 eum iussit).

87 *Octavius* Sc. Octavianus. Dazu: *Adag.* 499, n.l. 133.

100 Hier. *Epist.* 57, 12, 3.

102 *bouem ad ceroma mittere* Cf. *Collect.* 202 (Otto 263). Von Er. in den *Adagia* nicht behandelt.

103 *docere indocilem* Cf. *Adag.* 340, l. 842.

363 Cf. Otto 27.

109 Δικτύω άννεμον θηράς Bei den Paroemiographen: Zenob. 3, 17 = Ald. col. 70 = Apost. 6, 12 (cf. 3, 13). Diogen. 4, 29 (cf. 2, 28). Suid. δίκτυον 1115.

364 Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 28. Cf. Otto 27.

113 Αθήρα ... έρέσσεις Zenob. 1, 39 = Ald. col. 13 (113 έρέσσειν). Hat Fr. έρέσσεις gelesen oder gleicht er diese Form in Analogie zu *Adag.* 344, 345 usw. (cf. *Adag.* 344, n.l. 909) an?

365

117 Νεκρόν μαστίεις Dieses Proverb haben wir nur in [Plut.] *Περὶ τῶν άδυνάτων* 9 nachweisen können. Man kann sich des Eindrucks nicht erwehren, dass Er. entweder die genannte Sammlung der Adynata oder eine ähnliche Sammlung mit Adynata und Anenya zur Verfügung stand. Cf.

Adag. 344, n.l. 909; *Adag.* 357, n.l. 36; *Adag.* 359, n.l. 45; *Adag.* 360, n.l. 48. Siehe auch: Apost. 12, 3: Νεκρόν μαστίεις: ἐπὶ τῶν άδυνάτων. Cf. Leutsch ad [Plut.] loc. cit.: "Rescribendum potius videtur ex nostro loco μαστίεις pro μαστίεις."

366

121 Χύτραν ποικίλλεις In dieser Form: Schol. Aristoph. *Vesp.* 280 b (cf. *Adag.* 349, n.l. 959) und Diogen. 1, 45. Cf. Apost. 18, 43; 1, 71 und Zenob. Ald. col. 171 (Χύτραν ποικίλλειν).

124 *vulgo* Cf. Suringar 158, p. 290 sq.

124-125 *bracteis ... putamina* Cf. *Collect.* 648 (Asinus mysteria vel sacra portat): "Et quod hodie dicunt inaurare nucum putamina."

367

127 ᾽Ωδὸν κολλήεις In dieser Form von uns nicht nachgewiesen. Er. versteht κολλήεις (*glutino compingis*) falsch als Verbform (κολλάω) und nicht als Adjektiv.

Refertur a Diogeniano Meint Er. Diogen. 1, 45 ᾽Ωδὸν τίλλεις? (Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 28). Siehe Apost. (1, 71) der, wie Diogen., die *Adagia Αἰθιοπα σμήχεις* (cf. *Adag.* 350) und χύτρας (!) ποικίλλεις (cf. *Adag.* 366) und ᾽Ωδὸν τίλλεις unter einem Stichwort zusammenfügt.

[A]

VTREM CAEDIS

368

- 130 Ἄσκὸν δέρεις, id est *Vtrem caedis* aut *vtrem excorias*. [E] Extat apud Aristophanem in *Nubibus*. [A] Ad quod alluisse videtur Apuleius in *Asino*, cum meminit de tribus vtribus a se percussis ac vulneratis. Sumptum vel a Bacchi sacris vel ab iis, qui percussis vtribus inanem mouent strepitum. |

LB 173

[A]

VTREM VELLIS

369

- 135 Huic simillimum: Ἄσκὸν τίλλεις, id est *Vtrem vellis*. Vel quod non sentiat vel quod pilis careat.

[A]

ACTVM AGERE

370

- Terentius in *Phormione*: *Obe | actum, aiunt, ne agas!* τὸ πραχθὲν μὴ πράξεις. A iudiciorum consuetudine sumptum, qua fas non est iterum agere causam, de qua iam sit pronunciatum. Plautus: *Rem actam agis*, id est incassum laboras. [H] Q. Fabius apud T. Liuium dec. iii., lib. viii.: *Scio multis vestrum videri, Patres Conscripti, rem actam hodierno die agi et frustra habiturum orationem, qui tanquam de integra re, de Africa prouincia sententiam dixerit*. [A] M. Tullius libello De amicitia indicat dici solitum de negotio, quod praepostere geritur. *Sed cum* 145 *multis*, inquit, *in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis et deligendis et colendis. Praeposteris enim utimur consiliis et acta agimus, quod vetamur prouerbio*.

[A]

COTEM ALIS

371

- Ἀκόνην σιτίζεις, id est *Cotem alis*. Dicitur in homines edaces plurimique cibi, qui nihilo tamen habitiores inde reddantur. Nam in cotis macilentiam hodieque vulgo iactatur adagium, cum aiunt 'tam pinguem quam cotem' 150 macilentum quempiam esse significantes. [E] Hermolaus Barbarus in epistola quadam ad Picum interpretatur hoc prouerbium pro male collocare beneficium, vnde non sit reditura gratia, vt affine sit illi quod alibi dicitur: *Ale luporum catulos*, quum ex beneficio redit mala gratia.

155

[A]

HYLAM INCLAMAS

372

- Ἦλαν κραυγάζεις, id est *Hylam inclamas*. De frustra vociferantibus aut in genere de nihil proficientibus. Ab huiusmodi casu natum adagium. Hylas, Theodamantis filius, cum esset inter Argonautas formosus adolescens, adamatus est ab Hercule. Is cum esset in Mysia forte aquatum egressus, in fonte periit; vnde et a nymphis adamatus ac raptus fingitur. Ad hunc vestigandum missus est Polyphemus, qui ingenti vociferatione nomen inclamabat Hylae neque quicquam tamen profecit. Atque hinc ortum prouerbium. Vergilius videtur ad nautarum clamorem retulisse, cum ait:

165 *His adiungit Hylam nautae quo fonte relictum
Clamassent, vt littus Hyla, Hyla omne sonaret.*

Meminit huius et Theocritus in Idyllio N:

170 Τρις μὲν Ἵλαν αὔσεν ὅσον βαθὺς ἄρυσε λαιμός,
Τρις δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν, ἀραιὰ δὲ ἔκετο φωνή, id est
*Ter quanto potuisset Hylam clamore vocabat
Mugitum intendens imo de gutture vocis;
Ter puer audiit ac tenuis vox perculit aures.*

141 T. Liuium I: Titum Liuium H.

145 inquit B-I: om. A.

368 *Collect.* 424.

130 Ἄσκὸν δέρεαι Diogen. 3, 3 (Er.' Quelle in den *Collect.*) = Zenob. Ald. col. 46 = Apost. 4, 9. Leutsch folgt der Lesart δαίρειαι, cf. app. crit. zu Diogen. 3, 3. Siehe auch Suid. ἄσκὸν 4175 und Eust. p. 787, 10 zu Hom. *Il.* X, 21-24 (ἄσκὸν δέρειν).

130-131 *apud Aristophanem* Aristoph. *Nub.* 442.

131 Apul. *Met.* III, 9.

369

135 Ἄσκὸν τίλλει Suid. ἄσκὸν 4176 = Zenob. Ald. col. 46 (135 Ἄσκὸν τίλλειν). Dieses Stichwort folgt bei Suid. dem des Adagium 368. Strömberg, *Eine neue Sammlung*, p. 28 meint, dass es sich hier um eine Kontamination von Ἄσκὸν δέρειν und ὼδὸν τίλλειν handelt. Die Form τίλλειν wurde von uns nicht belegt, cf. *Adag.* 364, n.l. 113.

370 Cf. *Collect.* 408 (Siehe zu *Adag.* 348). Otto 42.

138 Ter. *Phorm.* 418-419.

τὸ πραχθὲν μὴ πράξις Vermutlich von Er. selbst verfasst nach Ter. loc. cit.: "Actum ne agas."

138-140 *A iudiciorum ... pronunciatum* Nach Don. zu Ter. *Andr.* 465: "(Actum est) Haec res secundum ius ciuile dicitur, in quo cauetur, ne quis rem actam apud iudices repetat. Sic ipse in Phormione: actum aiunt ne agas" (Wessner I, p. 159, cf. *Adag.* 239). Siehe auch Don. zu Ter. *Phorm.* 419 (Wessner II, p. 454) und Don. zu Ter. *Ad.* 232 (Wessner II, p. 51).

140 Plaut. *Pseud.* 260.

141 Liv. XXVIII, 40, 3.

143 Cic. *Lael.* 85 (146 vetere prouerbio).

371

148 Ἀκόνη σιτίζει Diogen. 2, 8. Apost. 2, 8. Suid. ἀκόνη 922. Cf. Zenob. 1, 58 = Ald.

150 vulgo A-G I: vulgus H.

168 ἄρ' *scripsimus cum Ald.*: ἄν A-I.

col. 18 (Ἀκόνην σιτίζειν). Die Paroemiographen ähneln sich sehr.

148-149 *Dicitur ... reddantur* Nach den genannten Paroemiographen.

150 *hodieque vulgo* "Zoo vet als een slijpsteen" (nicht in Harrebomée belegt). Siehe Surin-gar 44, p. 67.

151-152 *Hermolaus ... quadam* Es betrifft den schon erwähnten Brief Hermolaus' an Pico della Mirandola: *Epist.* 81 Branca = Buch IX, 5 in der Sammlung *Virorum illustrium Epistolarum libri* in den *Opera omnia* Polizians (cf. *Adag.* 350, n.l. 965-966). Er. besass die *Opera omnia*, cf. Heinimann-Kienzle, *ASD* II, 5, p. 209, n.l. 47. Hermolaus schreibt folgendes: "Quid, inquam, est cotem alere, nisi gratiam expectare ab iis, quos ipsae deae Gratiae numquam nouerunt?" (nach der Pariser Edition aus dem Jahre 1519, fo. LXXXIII recto).

153 *alibi* Cf. *Adag.* 1086 (Ale luporum catulos), LB II, 442 B.

372 *Collect.* 678.

156 Ἵλαν κραυγάζεις Cf. Diogen. 8, 33 (Τὸν Ἵλαν κραυγάζεις) und Zenob. 6, 21 = Ald. col. 164 (erster Artikel). Zenob. Ald. col. 164 (zweiter Artikel). Suid. Ἵλαν 90. Bei Zenob. und Suid. locc. citt.: Ἵλαν κραυγάζειν. Er.' Quelle für *Collect.* 678 war Diogen. loc. cit.

156-157 *De frustra ... proficientibus* Nach den genannten Paroemiographen.

157-162 *Ab buiusmodi ... prouerbium* Nach Suid. Ἵλαν 90 (bis λέγεσθαι = Ald. col. 164, zweiter Artikel; nur ἐρώμενον bei Zenob. statt ἐρώμενον).

162 Verg. *Ecl.* 6, 43-44.

166 Theocr. 13, 58-59 (167 ἤρυγε, sic. Ald. 1495; 168 δ' ἔκετο, sic. Ald.; φωνά: φωνή Ald.).

Nihil obstat, quominus ad sacrorum consuetudinem referatur, quae in Hylae rapti memoriam sunt instituta, in quibus Hylae nomen inclamabatur. Id fuerit venustius atque concinnius, vbi quis rem absentem frustra desiderat vel
 175 deplorans vel optans; vt si quis ad inopiam redactus optaret sibi centum talenta, quae quondam habuisset. Ad hanc paroemiam respexisse videtur Aristophanes in Pluto:

Ποθεῖς τὸν οὐ παρόντα καὶ μάτην καλεῖς, id est
Desideras absentem inaniter vocans.

180 De Mercurio dictum placentas illas deplorante, quas in sacris consueuerat aliquando edere. |

LB 174 [A] INANITER AQVAM CONSUMIS 373

Ἄλλως ἀναλίσκεις ὕδωρ, id est *Inaniter consumis aquam*. In eos quadrabit, qui frustra suadent. A prisco more iudiciorum sumptum, in quibus ad clepsydrae
 185 modum dicebatur. Aeschines contra Demosthenem ostendit primam aquam infundi solere actoribus, alteram patronis, tertiam iudicibus ad poenam constituendam, nisi primis sententiis reus fuisset absolutus. Et Demosthenes Aeschinem prouocat, vt vel in sua aqua, si possit, dicat, quod decretum fuisset ipso vnquam autore scriptum: [G] Ἄναστὰς καὶ ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι
 190 εἰπάτω. [A] Huc alludens Lucianus ἐν τῷ Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων, in rhetorem quendam iocatur, qui apud barbaros in conuiuio diceret, non ad aquae, sed ad amphorae vinariae modum. Idem in Bis accusato: Ἐκείνης γὰρ τό γε νῦν ῥέον, id est *Nam illius sane in praesentia fluit aqua*. [D] Videtur id subindicare Plato in Theaeteto, cum ait quosdam [H] πρὸς μικρὸν ὕδωρ, id est
 195 [D] *ad pusillum aquae*, docere posse quae gesta sint. Idem in eodem: Κατεπείγει γὰρ ὕδωρ ῥέον, id est *Vrget enim aqua fluens*, quod oratoris sit ad praescriptas clepsydras dicere. [A] Apuleius in Asino aureo: *Rursum praeconis amplo boatu citatus accusator quidam senior exurgit, et ad dicendi spatium vasculo quodam inuicem coli graciliter fistulato ac per hoc guttatim defluo infusa aqua, populum sic adorat*.
 200 Plinius iunior Falconi: *Et qui iubere posset tacere quemcunque, huic silentium clepsydra indici*. Idem Arriano: *Dixi horis pene quinque. Nam viginti clepsydris, quas spaciosissimas acceperam, sunt additae quatuor*. Quintilianus libro xii.: *Et si quid ipse tibi sumas, probandum est, et laboratam congestamque dierum ac noctium studio actionem aqua deficit*. [F] M. Tullius in calce secundi libri Tusculanarum
 205 quaestionum: *Cras ergo ad clepsydram, sic enim dicimus*. [G] Idem De oratore libro iii. de Pericle loquens, *At hunc, inquit, non clamator aliquis ad clepsydram latrare docuerat, sed vt accepimus Clazomenius ille Anaxagoras, vir summus in maximarum rerum scientia*. Philetas apud Athenaeum libro ii.: Τοσαῦτα ὡσπερ οἱ ῥήτορες πρὸς ὕδωρ εἶπον, id est *Tantum, vt solent rhetores, ad aquam dixi*; fuerat autem de aqua sermo. Hinc captata est allusionis gratia. [F] Demades iocabatur in Demosthenem ὑδροπότην, quod caeteri quidem ad aquam dice-

rent, Demosthenes ad aquam scriberet. [H] Philostratus in Adriano sophista τὸς ἀπὸ κλεψύδρας appellat sophistas, qui ad aquam exercebantur. [B] Porro prisci lineis et vmbris horas distinguebant. P. Scipio Nasica primus repperit clepsydrum, qua nubilo quoque die et noctibus horae distinguerentur. Nunc [G] pro clepsydris clepsammis et [B] αὐτομάτοις vtuntur horologiis.

[A]

IN AERE PISCARI, VENARI IN MARI

374

Eiusdem generis sunt et illa, quae Plautus vsurpat in Asinaria: *In aere piscari et in mari venari reti iaculo*. Quadrabunt simpliciter in eos, qui frustra moliuntur τὰ ἀδύνατα aut qui praepostere ibi quaerunt aliquid, vbi ne sperari quidem possit; vt si quis in magistratibus vitam tranquillam, in voluptatibus beatam, in opibus felicem quaerat. Itaque Libanus seruus ab hero suo Demaeneto

183 ὕδωρ A B D-I: ὕδων C.

185 Aeschines D-I: Aeschynes A-C.

188 Aeschinem D-I: Aeschynem A-C.

189-190 ἀναστὰς ... εἰπάτω G-I, addit χ.

195 Idem D F-I: Ideo E.

199 coli A: colli s B-I.

205-208 Idem ... scientia G-I, addit χ cum signo delegandi.

205 Idem G-I: Cic. χ.

177 Aristoph. *Plut.* 1127. Der Hinweis auf unser Sprichwort findet sich in den Scholien zu Aristoph. *Plut.* 1127 (auch in der Edition von Marcus Musurus von 1498).

178 In margine χ: "Distingue versus."

373 *Collect.* 423.183 Ἄλλως ... ὕδωρ Diogen. 2, 61 (Er.) Quelle für *Collect.* 423). Suid. ἄλλως 1400 = Zenob. Ald. col. 25.183-185 *In eos ... dicebatur* Nach den genannten Paroemiographen.185 Aeschin. *Adv. Ctesiph.* 197. Die Erstausgabe der Aeschinesreden erschien 1513 (cf. *Adag.* 226, n.l. 865), aber viele Handschriften standen Er. in Venedig zur Verfügung. Den Hinweis auf Aeschines loc. cit. mag Er. in Harpocraton (p. 58, 9-12 Bekker = p. 93, 1-4 Dindorf) gefunden haben. Harpocraton erschien schon 1503.

187 Demosth. XIX (De falsa legatione), 57 (189 καὶ om.).

190 Lucian. *De merc. cond.* 35, cf. *ASD* I, 1, p. 568, l. 20: "Quum non ad aquae modum, sed ad vini amphoram oraret."192 Idem Lucian. *Bis accus.* 16.194 Plat. *Tht.* 201 b (194 ὕδωρ μικρόν).195 Idem Plat. *Tht.* 172 e.197 Apul. *Met.* III, 3.

210-212 Demades ... scriberet F-I, addit π.

214 repperit B-H: reperit I.

216 pro ... et: G-I, addit χ.

219 reti iaculo *scripsimus*: retiaculo A-D, E in *textu*, iaculo in *Erratis*, iaculo F-I; frustra A C-I: om. B.

220 τὰ B-I: om. A.

222 Libanus H I: Libanius A-G; Demaeneto F-I: Demeneto A-E.

200 Plin. *Epist.* I, 23, 2.201 Idem Plin. *Epist.* II, 11, 14 (201 duodecim clepsydris).202 Quint. *Inst.* XII, 6, 5 (203 tibi ipse).204 Cic. *Tusc.* II, 67 (205 diximus).205 Idem Cic. *De or.* III, 138 (206 declamator aliqui: *clamator aliquis* edd. vett.).208 *Philetas apud Athenaeum* Cf. Athen. II, 43 f-44 a. Philetas wird in den modernen Ausgaben nicht erwähnt. Siehe jedoch die Erstausgabe von 1514 (fo. 24, l. 16): Καὶ ὁ Φιλητᾶς φησὶ τοσαῦτα ὡσπερ οἱ ῥήτορες πρὸς ὕδωρ εἶπον. In den heutigen Ausgaben: Καὶ Ὁφελίων φησὶ. Τοιαῦτα ὡσπερ κατλ. (208 τοιαῦτα: τοσαῦτα Ald.; 209 εἰπὼν: εἶπον Ald.).210 *Demades* Cf. Lucian. *Demosth. encom.* 15. Lukian spricht nicht von ὑδροπότης, verwendet aber das Wort ὑδροποσία.212 Philostr. *Vit. soph.* II, 10, Kayser, p. 254 = W. C. Wright, p. 224 (213 ἀπὸ τῆς κλεψύδρας).214-215 *P. Scipio ... distinguerentur* Nach Plin. *Nat.* VII, 215.374 *Collect.* 56. Otto 27.218 Plaut. *Asin.* 99-100, cf. ll. 225-226. In π ist 'reti' (retiaculo) gestrichen, aber vermutlich nicht von Er. selbst.

iussus, vt vxorem ipsius argento defraudaret, significans nulla ratione fieri posse, vt a muliere tenacissima quicquam auferretur,

225 *Iube, inquit, vna me opera piscari in aere,
Venari autem reti iaculo in medio mari.*

[A]

AQVAM E PVMICE POSTVLAS

375

Superiori non admodum diuersum, quod apud eundem poetam legitur: *Aquam e pumice postulare* pro eo, quod est: frustra ab alio petere, cuius ipse a
230 quo petas, maxime sit indigus. Nihil enim pumice lapide siccus, nihil siticulosus. Perinde ac si quis ab indoctissimo doceri postulet, ab inconsultissimo consilium expectet, ab egeno munus, ab inope praesidium, denique ab avaro ac tenaci pecuniam. Plautus: *Nam tu aquam e pumice nunc postulas, | qui ipsus sitiatur.*

235 *Pumex, inquit idem, non aequae est aridus atque hic senex.*

[B] Est autem pumex lapis cauernosus, quo solent poliri codices, naturae adeo siccae, vt si in vrceum bullientem immiseris, feruorem extinguat non solum
LB 175 ad | tempus, sed in totum. Nec aliud in causa putat esse Theophrastus, nisi quod vehementissima siccitate spumam totam ad se trahere nitatur. Meminit
240 et de Chio quopiam Eudemo, qui pumice acri consperso aceto munire sese consueuerit, vt post septimam ellebori potionem nec balneis nec vini potatione prouocaretur ad vomitum.

[A]

NVDO VESTIMENTA DETRAHERE

376

Ad hanc sententiam pertinet hoc quoque, quod ab eodem est vsurpatum
245 poeta: *Nudo vestimenta detrahere* pro eo, quod est: ab eo sperare emolumentum, cui ne sit quidem quod auferri queat. Sic enim idem Libanus in *Asinaria* Plautina admonitus ab hero, vt ab ipso per fallaciam argentum abraderet, quo filio emeretur amica,

250 *Maximas, inquit, nugas agis.
Nudo detrahere vestimenta me iubes.*

[C] Adducit et diuus Chrysostomus prouerbium vulgo iactatum, quo dicebant nec a centum viris vnum nudum spoliari posse. [H] Apuleius *Asinus* libro primo scripsit: *Nudum nec a decem palaestritis posse spoliari.*

[A]

ANTHERICVM METERE

377

255 Τὸν ἀνθήρικον θερίζειν, id est *Anthericum metere*, dicebantur, qui laborem inanem ac sterilem caperent. *Anthericus*, herbae genus, quod meti non possit, sed velli manibus necesse est velut et linum. *Antherices* vocantur summa

spicarum fastigia [F] siue atheres. [A] Herodotus asphodeli caules antherices vocat teste Suida, quos et tenaciores ait esse quam vt frangi queant. [F] 260 Antherici meminit et Plinius libro xxi., cap. xvii. In Graecorum commentariis reperio promiscue positum antherices et atherices.

[A]

EX HARENA FVNICVLVM NECTIS

378

Ἐκ τῆς ψάμμου σχοινίον πλέκειν, id est *Ex harena funiculum nectere*, est frustra

224 auferretur A C-I: auferretur s B.

226 reti iaculo *scripsimus*: retiaculo A-D: iaculo E-I.

246 Libanus H I: Libanius A-G; in B-I: om. A, addit s.

257 linum B-I: leuum A, corr. s; Antherices

225-226 Plaut. loc. cit. (225 iubeas vna opera me).

375 *Collect.* 249. Otto 1486 (N.B. Fehler beim Numerieren: 1486 nach 1487).

228 *eundem poetam* Cf. Plaut. *Pers.* 41.

231-233 *Perinde ac ... pecuniam* Cf. *Adag.* 1737 (Caluum vellis), *ASD* II, 4, pp. 173-174, ll. 527-529: "Veluti si quis a paupere conetur extundere pecuniam, ab indocto literaturam. Simillimum est illi Plautino: Aquam e pumice postulas, rursum illi: Nudo vestimenta detrahare."

233 Plaut. *Pers.* 41-42 (233 a pumice; 234 siti aret).

235 *idem* Plaut. *Aul.* 297 (235 hic est senex), cf. Otto 1487. Er. führt übrigens diesen Vers in *Collect.* 249 richtig an.

236 *poliri codices* Cf. Catull. 1, 2.

236-238 *naturae ... totum* Siehe Plin. *Nat.* XXXVI, 156 und Isid. *Orig.* XVI, 3, 7.

238-242 *Nec aliud ... vomitum* Nach Thphr. *Hist. plant.* IX, 17, 3.

239-242 *Meminit ... vomitum* Er. referiert ungenau: der Mann schluckt 22 Portionen, nach der siebten nimmt er das Gegenmittel. Der Hinweis auf Thphr. findet sich bei Plin. loc. cit. (cf. n.ll. 236-238).

376 *Collect.* 57. Otto 1249.

244-245 *ab eodem ... poeta* Plaut. *Asin.* 92. Auch von Er. in *Adag.* 1737 (cf. *Adag.* 375, n.ll. 231-233) verwendet.

249-250 Plaut. *Asin.* 91-92.

251 Chrys. In *Mt. hom.* 83 (84), Migne *PG* 58, 748.

252 Apul. *Met.* I, 15 (253 despoliari: *spoliari* edd. vett.).

377 Cf. *Adag.* 3518 (Ἀθερίζειν), *LB* II, 1080 A.

255 Τὸν ἀνθήρικον θερίζειν Nach Ael. Arist.

A D-I: Antherices B C.

258 siue atheres F-I, addit π.

260-261 Antherici ... atherices F-I, addit π.

260 xxi. [21 π G H] π G-I: 12 F; cap. π G-I: capitulo F.

III (De quattuor), 672, Lenz-Behr I, p. 515, ll. 15-16, cf. *Adag.* 378, l. 269. Siehe auch Schol. Ael. Arist. ad loc. (Dindorf III, p. 731, l. 8 sqq.).

257-258 *Antherices ... fastigia* Cf. Suid. ἀνθήρικες 2497.

258 *siue atheres* Zusatz F, vielleicht aus Hesych, cf. n.l. 260. Siehe auch *Adag.* 3518, loc. cit.: "Graeci vocant atheras"

258-259 *Herodotus ... queant* Suid. ἀνθήρικες 2497 (cf. Hesych. ἀνθήρικες 5124 Latte, p. 177). Nach Adler und Latte locc. citt. handelt es sich um Hdt. IV, 190.

260 Plin. *Nat.* XXI, 109.

Graecorum commentariis Dies mag ein Hinweis auf Hesych sein: Hesych wird oft in einem der Zusätze F (G) angeführt (cf. z.B. *ASD* II, 4, p. 58, l. 938; p. 69, l. 207; p. 70, l. 223; p. 82, l. 502; p. 83, l. 535; p. 84, l. 564) und in seinem Lexikon finden sich beide Formen: ἀθήριξ 1559 Latte, p. 56 (cf. app. crit. ad loc.) und ἀνθήρικες 5124 Latte, p. 177.

378 Otto 790. Er. behandelt unser Sprichwort auch in *Adag.* 1551 (*Ex arena funiculum nectis*), *ASD* II, 4, p. 58, dort aufgrund von Suid. ἐξ ἄμμου 1536 = Zenob. Ald. col. 83. Apost. 7, 50. Siehe Heinimann-Kienzle, Kommentar ad loc. Unser Adagium scheint an jener Stelle (d.h. als Adagium 1551) einigermassen ein 'Fremdkörper' zu sein: es gehört besser an unsere Stelle zu den *Adynata* und *Anenyta*, von denen Er. in *Adag.* 1551 einige nennt (l. 946).

263 Ἐκ τῆς ... πλέκειν Nach Ael. Arist. III (De quattuor), 672, Lenz-Behr I, p. 515, l. 16 (cf. l. 269). Man vergleiche Schol. Ael. Arist. ad loc. (Dindorf III, p. 731, 8 sqq.):

- conari, quod nulla ratione potest effici. Quid enim stultius quam ex harena, quae nullo modo cohaerescit, funem velle nectere? Prouerbiū vtrunque, nempe tum hoc tum quod proxime retulimus, vsurpat Aristides in communi defensione quatuor oratorum: Καταδύντες δὲ εἰς τοὺς χηραμοὺς ἐκεῖ τὰ θαυμαστὰ σοφίζονται σκιᾷ τινι λόγου ἀνασπῶντες, ἔφησ, ὃ Σοφοκλῆς, τὸν ἀνθήρικον θερίζοντες, τὸ ἐκ τῆς ψάμμου σχοινίον πλέκοντες, οὐκ οἶδα ὄντιν' ἰστὸν ἀναλύοντες, id est *Verum abdentes sese in secessus quosdam, illic admirandam illam comminiscuntur sapientiam vmbra quadam attrabentes verba, quemadmodum abs te dictum est, Sophocles, anthericum metentes, ex harena nectentes funiculum, et haud scio quam retexentes telam.* Significat his adagiis vmbriticum illud philosophorum studium nihil omnino fructus adferre. [B] Columella in praefatione carminis De cultura hortorum: *Nam etsi multa sunt eius quasi membra, de quibus aliquid possumus effari, tamen eadem tam exigua sunt, vt, quod aiunt Graeci, ex incomprehensibili paruitate harenae funis effici non possit.* [A] Prouerbiū peculiariter accommodabitur ad vsus huiusmodi: si quis conetur in concordiam redigere moribus longe dissimillimos et inter quos nihil omnino conuenit, aut si quis orationem ex argumentis dissonis contexat quasi Chimaeram quandam fingens et huiusmodi monstrum, cuiusmodi describit Horatius: 'Humano capite, equina ceruice' reliquis item membris ex variis animantium generibus ita collatis,

Vt turpiter atrum

- 285 *Desinat in piscem mulier formosa superne.*

[A]

AB ASINO LANAM

379

- LB 176 Cui finitimum est et illud: Ὀνοῦ πόκας ζητεῖς, id est | *Asini lanas quaeris.* De iis, qui stulte quaerunt ea, quae nusquam sunt. Effertur adagium etiam ad hunc modum: Ὀνοῦ πόκα, id est *Asini lanae.* Aristophanes:

- 290 Τίς εἰς τὸ Λήθης πεδίον, τίς εἰς ὄνου πόκας; id est
Asini quis ad lanas? quis in Lethes solum?

per *asini lanam* res vanas significans et quae nusquam sunt. [G] Trimeter Graecis constabit, si tollas alterum τίς.

[A]

ASINVM TONDES

380

- 295 Eundem sensum habet Τὸν ὄνον κείρεις, id est *Asinum tondes.* De his, qui rem absurdam atque inutilem aggrediuntur, propterea quod asinum neque pectere possis propter villos neque tondere, cum lanam non habeat. Huius meminit Aristophanes in Ranis.

[A]

LVPI ALAS QVAERIS

381

- 300 Λύκου πτερὰ ζητεῖς, id est *Lupi alas quaeris*. De iis, qui quaerunt ea, quae nusquam sunt; aut vbi quis verbo duntaxat territat, alioqui re nunquam facturum quod minatur. Neque enim fieri potest, vt lupus alatus inueniatur. [C] Prouerbiū recensetur a Suida.

264 potest E-I: possit A-D.

268 σοφίζονται A: σοφίζοντες B-I; ἀνασπών-
τες A-H: ἀνασπώντες I.274 Post adferre A addit: "Ὅσον γὰρ, inquit,
προκόψωσι τῆς σοφίας, τοσαύτ' ἀνταφαιροῦσι
μεγάλα φρονούντες, id est Quantum enim
profecerunt sapientia, tantum detrimenti

faciunt propter arrogantiam.

275 etsi G-I: et B-F, corr. χ.

290 πεδίων, τίς εἰς C-I: πεδίων' ἤς A [πεδίων';
ἤς ε], πεδίων εἰς B.

292-293 Trimeter ... τίς G-I, addit χ.

293 constabit χ: constat G-I.

295 his H I: iis A-G.

Ὅτε γὰρ οἶόν τε σχοινίον ἐκ ψάμμου πλέξαι,
οὔτε τὸν ἀνθρώπινον ... θερίσαι.

266 tum quod... retulimus Adag. 377.

Aristides Ael. Arist. loc. cit. (268 Σο-
φολκεις: Σοφοκλῆς v.l.). Der in Adag. 342,
l. 888 sq. angeführte Passus Aristides' folgt
nahlos unserem Zitat, cf. Adag. 342, n.l.
891.

268 ὦ Σοφοκλῆς Cf. Soph. Ai. 301-302 (σκιᾷ
τινὶ λόγους ἀνέσπα).

273 retexentes telam Cf. Adag. 342.

274 Post adferre setzt A das schon in Adag.
342 angeführte Zitat hinzu, aber später
wurde es gestrichen (cf. app. crit.).
Columella Colum. X, praef. 4.281 Hor. Ars 1: "Humano capiti ceruicem
pictor equinam / iungere si velit."

284-285 Hor. Ars 3-4.

379 Collect. 355. Strömberg, *Eine neue
Sammlung*, p. 28. Zu unserem Adagium:
Bühler I, p. 308, n. 22.

287 illud Zenob. 5, 38 = Ald. col. 129 ("Ὀνοῦ
πόκους ζητεῖς). Vielleicht schreibt Er. in
Analogie zu Aristoph. (cf. l. 290) πόκας.
Man vergleiche Diogen. 4, 85: "Ἐπ' ὄνου
πόκος: ἐπ' ὄνου πόκας v.l. Cf. Bühler loc.
cit.289 "Ὀνοῦ πόκαι Cf. Suid. ὄνου 399. Apost.
12, 89.

Aristophanes Aristoph. Ran. 186 (290 ἐς;
πεδίων, ἢ 'ς sic Ald.). Die Lesart dieses
Verses schwankt: πεδίων' ἤς A: die Wort-
trennung ist falsch: πεδίων εἰς B (Itazismus)
und πεδίων τίς εἰς C-I (cf. app. crit.). Die

Lesart: τίς εἰς ὄνου mag nach Suid. ἀνάπαυ-
λαν 1998: Τίς εἰς τὸ Αἰθήρης πεδίων ... Τίς εἰς
ὄνου πόκας (allerdings vom Vorausgehenden
getrennt) verfasst sein (cf. auch Suid.
τίς εἰς ἀναπαύλας 655). Man vergleiche
Adag. 1855 (Obluionis campus), ASD II,
4, p. 250.

293 constabit Wir folgen der Lesart, die Er. in
χ gibt (cf. app. crit.); cf. Adag. 445, l. 64.

380

295 Τὸν ὄνον κείρεις Zenob. 5, 38 = Ald.
col. 129: Λέγεται δὲ καὶ "Ὀνον κείρεις, ἐπὶ
τῶν ἀνθρώποις ἐπιχειρούντων (sic Schol.
Aristoph. Ran. 186 in der Musurus-Edi-
tion von 1498).295-297 De his ... habeat Nach Zenob. und
Schol. Aristoph. locc. citt.298 Aristophanes in Ranis Cf. Schol. Aristoph.
Ran. 186.

381 Collect. 626.

300 Λύκου πτερὰ ζητεῖς Diogen. 6, 4: in dem
Cod. Grab. Λύκου πτερὰ ζῆτ (cf. Leutsch
app. crit. ad loc. und Gaisford, p. 201). In
Collect. 626 Λύκου πτερὰ ζητεῖς, sic Apost.
10, 80. Bei Suid. λύκου 822 und Zenob.
Ald. col. 115: Λύκου πτερὰ (ohne ζητεῖς).301-302 aut vbi ... minatur Zenob. Ald. col.
115. Suid. λύκου 822.302 Neque ... inueniatur Cf. Zenob. Ald. col.
115. Diogen. 6, 4.303 Prouerbiū ... a Suida Zusatz C. Suid.
loc. cit. gibt aber die Fassung dieses
Sprichworts ohne "ζῆτεῖς", cf. n.l. 300.

[A]

QVAE APVD INFEROS

382

305 Eodem loco interpres admonet et huius adagii tanquam eundem habentis
 sensum: Τὰ ἐν "Αἰδου, id est *Ea quae apud inferos*. Citatque Aristarchum
 autorem idque inde natum putat, quod Cratinus finxerit quendam apud
 inferos funem torquentem, asinum autem arrodentem ea, quae ille iam
 torsisset, atque ita inaniter laborare, [C] qui torquebat. [A] Quanquam illud
 310 Τὰ ἐν "Αἰδου generaliter ad omnia pertinet, quae poetarum fabulis traduntur,
 nulli credita nisi pueris. Vnde cum inania somniisque similia significabimus,
 apte dicemus: Τὰ ἐν "Αἰδου. [E] Athenaeus libro Dipnosophistarum quarto
 refert Democritum scripsisse volumen, cui titulus fuerit Τὰ περὶ τῶν ἐν "Αἰδου,
 prodigiosis, vt coniectandum est, refertum fabulis, et hinc potest videri
 315 ductum prouerbium. |

LB 177

[A]

CONTORQVET PIGER FVNICVLVM

383

Huic adeo simile est, vt idem videri possit, quod de *Ocno ono*, id est pigro
 asino, refert Pausanias [E] in Phocicis, [A] apud Ionas, vt ait, celebratum:
 320 Συνάγει ὄκνος τὴν θώμιγγα, id est *Torquet piger funiculum*. Ipsius verba super
 hac re subscribam: Μετὰ δὲ αὐτοὺς ἀνὴρ ἐστὶ καθήμενος, ἐπίγραμμα δὲ "Οκνον
 εἶναι λέγει τὸν ἄνθρωπον. Πεποίηται μὲν πλέκων σχοινίον, παρέστηκε θήλεα ὄνος
 ἐπεσθίουσα τὸ πεπλεγμένον αἰεὶ τοῦ σχοινίου. Τοῦτον εἶναι τὸν "Οκνον φίλεργόν
 φασιν ἄνθρωπον, γυναῖκα δὲ ἔχειν δαπανηράν· καὶ ὅποσα συλλέξαιτο ἐργαζόμενος
 οὐ πολὺ ἂν ὕστερον ὑπὸ ἐκείνης ἀνήλωτο. Οἶδα δὲ καὶ ὑπὸ Ἰώνων, ὅποτε ἴδιοιεν
 325 τινα πονοῦντα ἐπὶ οὐδενὶ ὄνησιν φέροντι, ὑπὸ τούτου εἰρημένον ὡς ὁ ἀνὴρ οὗτος
 συνάγει τοῦ "Οκνου τὴν θώμιγγα, id est *Post hos vir quidam est sedens, titulus
 indicat eum "Οκνον esse. Factus est autem ad hunc modum, vt ipse funiculum torqueat
 astante asella, quae quod tortum fuerit assidue abrodat. Hunc Ocnum aiunt hominem
 esse industrium operique intentum, sed vxorem habere sumptuosam ac prodigam, vt
 330 quicquid is suo labore corraserit, id mox absumatur ab illa. Cognitum autem est mihi
 etiam ab Ionibus dici solere, si quem conspexissent in re quapiam elaborantem, quae nihil
 adferret emolumentum: hic homo funiculum Ocni contorquet*. Videtur argumentum
 picturae sumptum ab occasione vocis ancipitem obtinentis significatum.
 Siquidem συνάγειν τὸν βίον aiunt Graeci pro *comparare victum*. Colligit autem
 335 qui rem auget, dissipat qui profundit. Atque hoc quidem argumentum apparet
 olim multorum artificum operibus fuisse celebratum. Siquidem Plinius in
 Historia mundi inter Socratis egregii pictoris argumenta commemorat et de
 asino spartum arrodente. *Et piger, inquit, qui appellatur Ocno, spartum torquens,
 quod asellus arrodit*. Fertur idem picturae genus et Delphis fuisse a Polygnoto
 340 Thasio dicatum. Quo quidem negant desidem et ignauum significatum,
 quemadmodum existimat Varro, imo laboriosum magis et industrium, sed cui
 sit vxor prodiga. Eoque Pausanias ait non marem asellum, sed foeminam in
 pictura fuisse. Idem argumentum marmore caelatum Romae duobus visitari

locis, nempe in Capitolio et in hortis Vaticanis, Hermolaus Barbarus testis est.
345 Vsus est hoc adagio et Propertius:

*Dignior obliquo funem qui torqueat Ocnō
Aeternusque tuam pascat, aselle, famem.*

Verum illud interim admirandum, cur Plinius eum scripserit appellatum
350 Ocnum, id est pigrum, qui funem torqueret, ac non magis asellum arroden-
tem. Maxime cum Propertius non eum Ocnon appellet qui torqueat, sed illi

308 autem B–I: aurem A, corr. s.

309 laborare B–I: laborari A, corr. s.

317 pigro D–I: de pigro A–C.

324 οὐ A B D–I: αὐ C.

325 πονοῦντα G–I: ποιοῦντα A–F, corr. χ.

328 abrodāt B–I: adrodāt A, corr. s.

350 ocnon F–I: ocnum A–E.

382

305 *Eodem loco interpret* Er. meint den Scholia-
sten zu Aristoph. *Ran.* 186 (als ob *Adag.*
382 unmittelbar auf *Adag.* 380 folge):
'Ανήνυτα δὲ καὶ τὰ ἐν "Αἰδοῦ.

306–309 *Citatque ... torquebat* Nicht nach
Schol. Aristoph. *Ran.* 186, sondern nach
Suid. ὄνου 399.

307 *Cratinus* Es handelt sich um Cratinus fr.
348 Kock (I, p. 114) = fr. 367 PCG.

307–309 *quendam ... torquebat* Cf. *Adag.* 383.

312 Athen. IV, 168 b.

313 *Democritum ... "Αἰδοῦ* Cf. Diels, Demokri-
tos A 33 und B oc (Diels II, p. 90 und p.
130).

314 *prodigiosis ... fabulis* Cf. Heinemann-
Kienzle, *ASD* II, 6, p. 405, n.l. 188:
"Demokrit wird in den *Adagia* oft als
unglaubwürdiger Phantast zitiert" (cf. tes-
timonia ad loc.).

383 *Collect.* 27, cf. *Zu den Anfängen*, p.
173 und n. 75. Strömberg, p. 62.

317 *Ocnō* Er. nimmt 'Ocnus' falsch als
Bezeichnung des Esels (vide infra, ll. 348–
351).

318 Paus. X, 29, 1–2 (321 δὲ θήλεια; 324
nach ἀνήλωτο: τὰ οὖν ἐς τοῦ "Οκνοῦ τὴν
γυναικῆα ἐθέλουσιν ἀνιῆσθαι τὸν Πολύ-
γνωτον; 325 ὑπὸ τούτων). Die Erstausgabe
Pausanias' erschien erst 1516: Er. zitiert
nach einer Handschrift.

in *Phocicis* Zusatz E nachdem Pausanias
von Marcus Musurus herausgegeben wor-
den war.

336 Plin. *Nat.* XXXV, 137. Polizian führt in
seinen *Miscellanea* I dasselbe Pliniuszitat an
(cap. 81, anlässlich der Verse Prop. IV, 3,
21–22, cf. ll. 346–347).

339–344 *Fertur idem ... testis est* Dieser Passus
ist mit ganz geringfügigen Änderungen
aus *Collect.* 27 übernommen. Er. bemerkt
nicht, dass er die von Hermolaus Barbarus
erwähnte Darstellung in Delphi gerade
vorhin aus Pausanias zitiert hat. Er. folgt
Hermolaus fast wörtlich (*Castigationes Plin-
ianae* zu Plin. *Nat.* XXXV, 137, Pozzi, p.
1138).

341 *quemadmodum ... Varro* Den Hinweis auf
Varro übernahm Er. aus *Collect.* 27. *Collect.*
27 geht von einem angeblichen Varrozitat
Σχοινοτρῶγες (dazu: Heinemann, *Vergessene
Fragmente des Attizisten Pausanias?*, p. 78,
n. 18) aus, das vermutlich den *Glossemata*
(s.v. Ocnos) des Hermolaus entnommen
war, cf. Pozzi, p. 1416 sq.: "Vt fere iidem
sint oeni quod schoinoτρῶγες hoc est spar-
tum rodentes. Nam et hoc prouerbii loco
dicebatur contra ignauos, vt Varroni pla-
cet." In *Collect.* 27 verbindet Er. das Ada-
gium *Spartum rodentes* | Σχοινοτρῶγες (aus
dem genannten Glossema 'Ocnos') mit
Hermolaus' Kommentar zu Plin. XXXV,
137 (mit dem Proverb Σύνάγει "Οκνοῦ τὴν
θῶμιγγα). In unserem Adagium spielt der
Ausdruck 'Spartum rodentes' keine Rolle:
cf. *Zu den Anfängen* loc. cit.

343–344 *Idem argumentum ... testis est* Cf. J.J.
Bachofen, *Versuch über die Gräbersymbolik
der Alten*, Gesammelte Werke IV (1954), p.
355 sq. mit Tafeln 2 und 3, wo über die
Identifikation der beiden von Hermolaus
erwähnten Werke ausführlich berichtet
wird.

345 Prop. IV, 3, 21–22.

350–351 *Maxime ... torquentem* Die Interpre-
tation von Er. scheint nicht richtig zu

torqueri funem, vt asinum intelligas citius quam torquentem. Meminit huius adagii Plutarchus in commentario Περὶ τῆς εὐθυμίας: 'Ἄλλ' ὡσπερ ἐν "Αἰδοῦ ζωγραφοῦμενος σχοινοπλόκος ᾧτινι παρήσιν ἐπιβοσκομένῳ καταναλίσκει τὸ πλε-
 355 *id est Sed quemadmodum apud inferos depictus is, qui funem torquet, cui adest, qui depascens absumit id, quod tortum fuerit.*

[A]

LITTORI LOQVERIS

384

LB 178 Αἰγιαλῶ λαλεῖς, id est *Littori loqueris*. Refertur a Graecis adagiorum collectori-
 bus. Dictum in eos, qui frustra vel suadent vel orant, perinde quasi surdo
 loquantur. Nam littora propter assiduum fluctuum fragorem surda dicuntur.
 360 [I] Ouidius:

*Surdior ille freto clamantem nomen Orestis
 Traxit inornatis in sua tecta comis.*

[A]

VENTO LOQVERIS

385

Suidas addit et hoc: 'Ἀνέμῳ διαλέγῃ, id est *Vento loqueris* pro eo, quod est:
 365 inaniter. Nam ventus omnia dissipat cogitque euanescere. Vnde et 'auris
 discerpta mandata' dixit Vergilius, quae abierant in obliuionem. [E] Plautus in
 Mostellaria:

Hic

*Nescit quidem nisi foenus fabulari
 370 Vento.*

Consimili figura apud Athenaeum legitur: Γῆ καὶ οὐρανῶ λαλεῖν, id est *Coelo ac
 terrae loqui.*

[A]

MORTVO VERBA FACIT

386

Νεκρῶ λέγουσα μύθους εἰς οὐς, id est *Mortuo ad aurem fabulam narrans*. Plautus:
 375 *Mortuo verba nunc facio*. Terentius: *Verba fiunt mortuo*. Rursum Plautus:

*Nibilo plus refert,
 Quam si ad sepulchrum mortuo dicat iocum.*

[E] Pertinet huc quod est apud Aeschylum in Agamemnone:

Ἔοικα θρηγεῖν ζῶσα πρὸς τόμβον μάτην, id est
 380 *Frustra ad sepulchrum viua ploro mortui.*

[A] Natum adagium a ridicula consuetudine veterum vita defunctos ter voce
 cientium, vnde et conclamati dicebantur, praeterea in pompis funeralibus
 multa deplorantium erga mortuum. Quem morem irridet Lucianus in libello
 De luctu, [B] quem nos Latinum fecimus.

385

[A]

SVRDO CANIS. SVRDO FABVLAM NARRAS

387

Eandem vim habet Κωφῶ ἄδεις, id est *Surdo canis*. Vergilius in *Bucolicis*:*Non canimus surdis, respondent omnia syluae.*

Horatius: *Narrare putaret asello | fabellam surdo*. Terentius in *Heautontimorumen*: *Nae ille haud scit quam mihi nunc surdo narret fabulam*. [D] Item T. Liuius de bello Macedonico libro x.: *Quae vereor ne vanis auribus cecinerint*. [E] Aeschylus in 'Ἐπτὰ ἐπὶ Θήβαις:

390

352 in E-I: om. A-D.

375 Rursum C-I: om. A B.

379 ζῶσα F-I: σῶσα E.

386 κωφῶ [κῶφω B C] ἄδεις [ἄδεις B C], id est

[om. B, i. C] *Surdo canis* B-I: *Surdo canis, κῶφω ἄδεις* A.

387 respondet A-C E-I: respondet D.

389 narret C-I: narrat A B.

sein; weder als Dativ noch als Ablativ gefasst, kann das Wort 'Ocno' den Esel bezeichnen.

352 Plut. *Mor.* 473 c (352-353 ὁ ἐν "Αἰδου ζωγραφούμενος; 353 σχοινοστρόφος; ὄνω τινί: ᾗτινι codd.; καταναλίσκειν).

354-355 *Sed ... fuerit* Der Satzbau ist einigermaßen problematisch: quemadmodum ... is ... adest cui, qui depascens absumit.

384 Otto 1610. *Nachträge zu Otto*, p. 184. Cf. *Adag.* 1808 (*Surdior Toronaeo portu*), *ASD* II, 4, p. 223, ll. 192-194, an welcher Stelle Er. das Bild 'mare surdum / litus surdum' nicht ganz richtig verstanden hat. Cf. Heinemann-Kienzle ad loc. Siehe auch *De praep. ad mortem*, *ASD* V, 1, p. 360, l. 478: "Toronaeo littore, vt aiunt surdiores." Cf. van Heck ad loc.

357-358 *Graecis adagiorum collectoribus* Zenob. 1, 38, Ald. col. 10 (1. Lemma) und Suid. αἰγιαλῶ 41 weisen grosse Ähnlichkeit auf: auch *Adag.* 385 Ἀνέμω διαλέγη wird an diesen Stellen angeführt. Cf. Diogen. 1, 37 und Zenob. Ald. col. 10 (2. Lemma).

358-359 *quasi ... loquantur* Cf. *Adag.* 387.

359 *Nam ... dicuntur* Cf. *Adag.* 1808, ll. 192-194.

360 *Ov. Her.* 8, 9-10.

385 Otto 1864. Cf. *Adag.* 2346 (*Ventis tradere*), *ASD* II, 5, p. 262.

364 Suid. αἰγιαλῶ 41. Siehe auch Zenob. 1, 38 und Zenob. Ald. col. 10 (cf. *Adag.* 384, n.ll. 357-358).

366 Verg. *Aen.* IX, 312-313: "Multa patri mandata dabat portanda; sed aurae / omnia discernunt." In *Adag.* 2346 führt Er. Verg. loc. cit. wörtlich an (*ASD* II, 5, p. 262, l.

497).

Plantus Plaut. *Most.* 605-607 (369 fabularier; 370 vltro).

371 Athen. III, 104 c: Περφιλοσόφηκας γῆ τε κοῦρανῶ λαλῶν = Theognetus fr. 1, l. 9 Kock (III, p. 364) = fr. 1, l. 9 *PCG*.

386 *Collect.* 199. In *Collect.* 172 (*Digito compescere labellum*): "Mortuo fabulam narras." Otto 1146.

374 Νεκρῶ .. οὔς Suid. νεκρῶ 142 = Zenob. Ald. col. 124. Man vergleiche Diogen. 6, 82 (Er.' Quelle für *Collect.* 199): Νεκρῶ λέγων μύθους εἰς οὔς.

Plantus Plaut. *Poen.* 840 (375 verba facit emortuo).

375 Ter. *Phorm.* 1015.

Plantus Plaut. *Bacch.* 518 (376 referet; 377 narret logos: *dicat tocum* v.l.).

378 Aeschyl. *Choeph.* 926 (nicht *Ag.*). In margine χ: "Distingue versus."

383 Cf. Lucian. *Luctu* 10-15.

384 *quem ... fecimus* Zusatz B. Die gemeinte Übersetzung in *ASD* I, 1, pp. 394-398.

387 Cf. *Collect.* 199. Otto 1715.

386 Κωφῶ ἄδεις In dieser Form nicht nachweisbar, cf. jedoch Zenob. Ald. col. 10 Αἰγιαλῶ λαλεῖς (zweiter Artikel): Παρὰ κωφοῦ θύρας ἄδεις (ἄδεις) und Apost. 10, 36: Κωφῶ ὀμιλεῖς.

Vergilius Verg. *Ecl.* 10, 8.

388 Hor. *Epist.* II, 1, 199-200.

Terentius Ter. *Heaut.* 222.

389 Liv. XL, 8, 10 (390 ne vana surdis auribus cecinerim).

391 Aeschyl. *Sept.* 202.

'Ἐπτὰ ἐπὶ Θήβαις Der geläufige Titel lautet: 'Ἐπτὰ ἐπὶ Θήβας.

"Ἦκουσας, ἢ οὐκ ἤκουσας; ἢ κωφῇ λέγω; [G] id est
An audisti, an non audisti? num surdo loquor?

[E] Allusit huc Ouidius Amorum libro iii.:

395 *Quid iuuat ad surdas si cantet Phemius aures?*
Quid miserum Thamyram picta tabella iuuat?

Ortum videtur a ridiculo casu, quo saepe fit, vt hospes incidat in surdum, quem percontetur multa ridentibus iis, qui surdum nouerunt.

[A]

FRVSTRA CANIS

388

400 "Ἄλλως ἄδεις, id est *Frustra canis*. Πρὸς κενὴν ψάλλεις, id est *In vanum cantas*. De
 iis, qui frustra suadent. A cantoribus ductum, qui cum ingrati sunt auditori-
 bus, inaniter canunt, cum a nemine audiantur, aut qui canunt suo sumptu
 nihil auferentes praemii. Nam cantilenam Graeci prouerbiali metaphora fre-
 405 μέλος, id est *Veniet aliqua cantilena*, et eandem cantilenam canis et ad aures occinere
 et παρὰ τὸ μέλος φθειγζάμενος, [B] id est *praeter cantum sonans*. [A] Vsurpauit
 adagium hoc ac simul exposuit Lycophron poeta:

Τοιγὰρ ψαλάξεις εἰς κενὸν νευρᾶς κτύπον,
 "Ἄσιτα κἀδώρητα φορμίζων μέλη, id est
 410 *Itaque ciebis irritos fidium sonos,*
Ieiuna et indonata pulsans carmina.

Interpres addit prouerbium ad hunc etiam efferri modum: Εἰς κενὸν κρούεις
 τὰς χορδὰς, id est *Frustra pulsas chordas*. Sumptum autem a citharoedis, qui sic
 canunt, vt nihil accipiant muneris et domi cibum capiant, hoc est suo sumptu
 415 suoque victu, quemadmodum ait Plautus, aliis cantent. [B] Nisi cui videbitur
 LB 179 ad apologum Aesopi referendum de tibicine frustra pisces inuitante cantile-
 nis. Nam audierat Arionis fabulam.

[A]

LAPIDI LOQVERIS

389

Λίθῳ διαλέγῃ, id est *Lapidi loqueris*, eundem sensum habet. Et apud Terentium
 420 [G] in 'Ἐαυτοντιμωρουμένῳ [A] 'lapis' pro stupido brutoque homine ponitur
 aliquoties. [F] Non insecutum est quod refert Laertius. Cuidam interroganti
 quam in re melior esset euasurus filius si erudiretur, 'Si nihil aliud', inquit
 Aristippus, 'certe in theatro non sedebit lapis super lapidem'.

[A]

PARIETI LOQVERIS

390

425 Πρὸς τὸν τοῦχον λαλεῖς, id est *Parieti loqueris*. Et hoc quoque refertur a Graecis

collectoribus. Effertur et ad hunc modum: Διὰ τοῖχου λαλεῖν, id est *Per parietem loqui*. Dici consuevit, vbi quis rei quippiam faceret vehementer absurdae. Fortassis ab amantibus sumptum, qui ad fores ac fenestras aut etiam parietes amicarum perinde loquuntur nonnunquam, quasi sensus aliquis illis

392-393 id est ... loquor? G-I, addit χ.

398 ridentibus H I: videntibus E-G.

415 cantent C-I: cantant A B; Nisi G-I:
Nisi si B-F.

393 *An audisti* Das erste *an* ist falsch: es ist zum Verstehen dieses Verses unnötig, grammatikalisch fehlerhaft und in metrischer Hinsicht unpassend.

surdō Er. übersetzt κωφῆ (fem.) mit 'surdō' (masc.).

394 Ov. *Am.* III, 7, 61-62 (395 iuuet).

388 *Collect.* 451.

400 Ἄλλως ἕδεις Bei den Paroemiographen: Zenob. 1, 72 = Ald. col. 25 = Diogen. 2, 19 = Suid. ἄλλως 1399.

Πρὸς κενὴν ψάλλεις Diogen. 7, 60 (Er.' Quelle für *Collect.* 451). Siehe auch Suid.

Πρὸς κενὴν ἕδεις 2724 und Apost. 14, 92: Πρὸς κενὸν ψάλλεις.

404 Eur. *Hec.* 84.

405 *Veniet ... cantilena* Cf. *ASD* I, 1, p. 226, l. 93.

eandem ... canis Ter. *Phorm.* 495. *Adag.* 1476. Cf. *Proleg.* n.l. 17.

406 παρὰ ... φθειγόμενος Nach Lucian. *Eun.* 2: Παρὰ μέλος τι φθειγόμενος. Cf. Plat. *Phil.* 28 b: Παρὰ μέλος φθειγόμεθα τι.

407 Lycophr. 139-140. Die Erstausgabe Lycophrons erschien 1513 in Venedig bei Aldus (mit Pindarus, Callimachus und Dionysius Periegetes). Er. hat also eine Handschrift benützt.

412 *Interpres* Schol. zu Lycophr. 139 (E. Scheer, *Lycophronis Alexandra*, II, Scholia, Berolini, 1958, p. 66). Die editio princeps der Tzetzescholien wurde erst 1546 in Basel herausgegeben.

412-413 Εἰς κενὸν ... χορδᾶς Schol. Lycophr. loc. cit.

415 *Plautus* Die Wendung 'quemadmodum ait Plautus' bezieht sich wohl nur auf die vorangehenden Worte 'suo sumptu suoque victu', die man als ungenaues Gedächtniszitat aus *Men.* 905 betrachten darf (meo cibo et sumptu). Cf. Mynors *CWE* 31, p. 377, n.l. 15).

416 *apologum Aesopi* Aesop. 11 Hausrath (= 11 Perry = 24 Chambrý).

419 id est B-G: om. A H I.

420 in 'Εαυτοντιμωρομένω *scripsimus*: in ἑαυτὸν χ G-I.

421-423 Non ... lapidem F-I, addit π.

389 In *Collect.* 199: Λίθω λαλεῖς, von uns nicht nachgewiesen; wohl in dem *App. prov.* 3, 68 von Leutsch aus dem Coislinianus 177 (bei Gaisford Nr. 312), den Er. soweit wir wissen nie heranzog. In *Collect.* 172: "Lapidi dixeris." Cf. Otto 911 und 1610.

419 Λίθω διαλέγη Der schon oft genannten (cf. *Adag.* 365 n.l. 117) Sammlung [Plut.] Περὶ τῶν ἀδυνάτων (Nr. 24: Λίθω διαλέγη) entnommen?

Terentium Ter. *Heaut.* 831, 917. Siehe auch: *Hec.* 214 und Plaut. *Poen.* 291; *Merc.* 632.

421-423 *Cuidam ... lapidem* Cf. Diog. Laert. II, 72 (= Mannebach fr. 15, p. 5). Diese Worte Aristippus' werden von Er. auch in den *Apophth.* angeführt (*Apophth.* III, Aristippus 21, LB IV, 167 E). Man vergleiche die Übersetzung von Ambrogio Traversari (p. 90 der Baseler Edition von 1524): "Rogatus a quodam in quo melior euasurus esset filius, si erudiretur, 'et si nulla', inquit, 'alia in re, certe vel in theatro non sedebit lapis super lapidem'."

390 *Collect.* 199.

425 Πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς Dieser Ausdruck, den Er. schon in *Collect.* 199 anführt, ist von uns nicht nachgewiesen. Vielleicht nach unserem "Tegen een muur praten"; "Gegen eine Wand reden."

425-426 a *Graecis collectoribus* Cf. n.l. 425.

426 Suid. Διὰ τοῦ τοῖχου λαλεῖν 795 = Zenob. Ald. col. 69. So auch Diogen. 4, 31. Apost. 6, 28: Διὰ τοῦ τοῖχου λαλεῖ. Cf. *Adag.* 2354 (*Per parietem loqui*), *ASD* II, 5, p. 268 (ein Adagium aus einer Apostolius-Reihe).

427-428 *Dici ... absurdae* Suid. loc. cit.: 'Ἐπὶ τῶν ἀναισθητῶς τι διαπραττομένων.

428-430 *Fortassis ... adsit* Dieser Satz enthält implizite einen Hinweis auf die Geschichte von Pyramus und Thisbe (Ov. *Met.* IV, 55 sqq.). Cf. *Adag.* 2354, l. 619.

430 adsit. [E] Plautus in Truculento vsurpat pro eo, quod est: tacituro loqui. *Ego, inquit, ero paries: loquere tu.*

[A]

NUGAS AGERE

391

Latinis perinde atque Graecis tritum adagium: *Nugas agere* pro eo, quod est: rem friuolam ac nihili facere seu frustra conari. Ἀῆρον ληρεῖς, Atticis familiare, 435 id est *Nugas nugaris*. Aristophanes in Nebulis Socratem subtilium nugarum antistitem vocat quasi friuolarum argutiarum autorem: Σὺ τε, λεπτοτάτων λήρων ἱερεῦ. [G] Ἀῆρος μακρός dixit Galenus libro Περὶ δυνάμεων φυσικῶν secundo. Ἀῆρος οὖν μακρός ἐστὶν ἅπαντα τῶν πόρων ὑπόθεσις εἰς φυσικὴν ἐνέργειαν, id est *Magnae igitur nugae sunt omnis pororum suppositio ad vim* 440 *naturalem*. Iucundius fit, quum refertur ad personam velut apud Athenaeum libro vi.:

Οἱ δὲ ποιηταί, φησι, λῆρος εἰσίν, id est
Porro poetas nugas esse praedicat.

[A] Dicunt et ὕθλεῖς, id est *deliras ac desipis*, quod est translatum ab aniculis, 445 quae posteaquam aetatis vitio coeperint desipiscere, futiles quasdam nugas blaterare solent. Ausonius ad Paulum:

Phoebus iubet verum loqui.
Etsi Pierias patitur lirare sorores
Nusquam ipse torquet aulaca.

450 In quibus versibus obscurior est allusio ac prope dixerim inepta. Nam homo bilinguis pariter ad vtrunque sermonem et duplicem nominis significatum respexit. Siquidem λῆρος Graecis nugas significat et lirae seu porcae Latinis vocantur sulci. Nam agricolae primum proscindunt, deinde comminuunt glebas, postremo lirant. Proinde subtexit *nunquam ipse torquet αὐλακα*. Olim 455 enim agricolatores delirare dicebantur, qui a recto sulcorum ordine deflecterent. Inde transsumptum ad eos, qui desipiscunt.

[A]

IN COELVM IACVLARIS

392

Ἐς τὸν οὐρανὸν τοξεύεις, id est *In coelum sagittam torques*. Est apud Zenodotum ac Suidam de iis, qui frustra laborant aut qui audent eos lacessere, quos non 460 possunt laedere. Nihil enim ferire potest, qui in coelum torquet, nisi quod diuos videtur petere. At non raro fit, vt iaculum in ipsum mittentem recidat. Extat huiusmodi quaedam sententia in prouerbiis etiam Hebraeorum, [B] nempe apud Ecclesiasticum cap. xxvii.: [A] *Qui in altum mittit lapidem, super caput eius cadet* [B] *et plaga dolosa dolosi diuidet vulnera, et qui foveam fodit, incidet in* 465 *eam, et qui statuit lapidem proximo suo, offendetur in eo, et qui laqueum alii ponit, peribit in illo.*

[A]

DELPHINVM CAUDA LIGAS

393

470 Δελφῖνα πρὸς τοῦραϊὸν δεῖς, id est *Delphinum cauda alligas*. In eos, qui quippiam incassum conantur. Propterea quod delphinus cauda sit lubrica nec ea parte teneri queat; aut quod cauda sit valida, cuius agitatione fertur et naues aliquando subvertere, vt hac parte sit inuictus. Quadrabit et in eos, qui ea via quempiam aggrediuntur, qua nequaquam possit superari.

433 quod A-D F-I: quo E.

437-443 Ἀῆρος ... praedicat G-I, addit χ.

443 poetas nugas esse G-I: poetas esse nugas X.

452 Latinis C-I: om. A B.

457 Post adagium 391 Nugas agere in A adagium Antiquiora diphthera loqueris legitur, cuius vicem in B-I adagium 424 obtinet.

461 diuos D-I: deos A B, diuo C.

462 Hebraeorum B-I: Christianorum A.

463 in altum mittit B-I: mittit in altum A.

463-464 super caput eius cadet B-I: recidit in caput eius A.

468 τοῦραϊὸν scripsimus: τ'οῦραϊὸν A: τὸν οὔραϊὸν B-I.

472 possit B-I: possint A, corr. s.

430 Plaut. *Truc.* 788.391 Cf. *Collect.* 408.433 *Nugas agere* Cf. z.B. Plaut. *Men.* 621, 622, 623, 624, 625.434 Ἀῆρον ληρεῖς Suid. ληρεῖς 467 und die Schol. zu Aristoph. *Plut.* 517 behandeln anlässlich des Ausdrucks ἄηρον ληρεῖς die figura etymologica: Ἄητικὴ δὲ ἡ φράσις καὶ τὸ σχῆμα ὡς τὸ μανίαν μαινῆ ... ὕβριν ὕβριζεις κτλ. (sic Suid. und Schol. locc. citt.).435 Aristoph. *Nub.* 359.437 Gal. *De nat. facult.* II, 3 (Kühn II, p. 80).

440 Athen. VI, 225 c (442 οἱ μὲν ποιηταί). Es betrifft Xenarchus fr. 7 Kock (II, p. 470) = fr. 7 PCG. Er. übersetzt den unvollständig angeführten Vers in eine vollständige Verszeile.

444-446 *Dicunt ... solent* Cf. *Adag.* 2616 (Anicularum deliramenta), *ASD* II, 6, p. 434, ll. 55-56: "Γραῶν ὕθλος id est Anicularum deliramenta. De nugis inanibus, cuiusmodi solent effutire vetulae." Cf. Otto 121.446 Auson. XXV *Epist.* IV, 8-10 (Prete, p. 238) = XVIII *Epist.* VI, 8-10, Evelyn White II, p. 16 sq. (449 numquam; ἀῦλακα, cf. l. 454, wo Er. *numquam* ... ἀῦλακα schreibt).452 *lirae seu porcae* Cf. Isid. *Orig.* XV, 15, 6.454-456 *Olim ... desipiscunt* Cf. Isid. *Orig.* X,

78.

392 Cf. *Adag.* 2387 (In coelum expuis), *ASD* II, 5, p. 284.

458 Zenob. 3, 46: Εἰς οὐρανὸν τοξεύεις. Suid. εἰς 300: Εἰς οὐρανὸν τοξεύειν = Zenob. Ald. col. 87 (Zenob. ἐς statt εἰς; κατὰ statt καθ'). Siehe auch Apost. 6, 71.

458-460 *Est ... laedere* Nach Suid. und Zenob. Ald. locc. citt.462 in *proverbiis Hebraeorum* *Sir.* 27, 28-29 (464 dolosi: *dolosa dolosi* v.l.; 464-465 in illam decideret: *incidit in eam* v.l.; 465 *suo* om.; offendet; laqueum alio: *laqueum alii ponit* v.l.). Cf. *Adag.* 52 und 53.393 *Collect.* 331.468 Δελφῖνα ... δεῖς Zenob. 3, 38 = Zenob. Ald. col. 68 (1. Lemma). Diogen. 4, 37 (Er.' Quelle für *Collect.* 331). Suid. δελφῖνα 212. Zenob. Ald. col. 68 (2. Lemma). Die Schreibung schwankt: τοῦραϊὸν bei Zenob. 3, 38 (= Ald. col. 68, 1. Lemma); τὸ οὔραϊὸν bei Diogen. und Suid. locc. citt. und Zenob. Ald. col. 68 (2. Lemma). Aufgrund der Lesart der Ausgabe A τ' οὔραϊὸν (falsche Worttrennung) schreiben wir τοῦραϊὸν, cf. app. crit.469 *lubrica* Nur Zenob. Ald. col. 68 (2. Lemma) und Suid. loc. cit. erwähnen die 'lubrica cauda' (ὀλισθηρόν).

[A]

CAUDA TENES ANGVILLAM

394

475 'Απ' οὐρᾶς τὴν ἔγγελλον ἔχεις, id est *Cauda tenes anguillam*. In eos apte dicitur,
 LB 180 quibus res est cum hominibus lubrica fide perfidisque aut qui rem fugitivam |
 atque incertam aliquam habent, quam tueri diu non possint.

[A]

FOLIO FICVLNO TENES ANGVILLAM

395

480 Huic diuersum est illud: Τῶ θρίῳ τὴν ἔγγελλον, id est *Folio ficulno anguillam*,
 subaudiendum 'tenes'. Vbi quis alioqui fugax et lubricus, arctiore nodo
 tenetur quam possit elabi. Nam fici folium scabrum est, [B] vt cui nomen
 etiam inditum ab asperitate scripserit Plutarchus, [A] atque ob id ad retinen-
 dam anguillam natura lubricam vel maxime idoneum.

[A]

MEDIVS TENERIS

396

485 Huic sententiae confine est illud apud Aristophanem in *Ranis*: Νῦν ἔχη μέσος,
 id est *Nunc medius teneris*, de eo, qui sic tenetur, vt extricare sese nulla ratione
 possit. Translatum a palaestritis atque athleticis, qui si quem medium corripue-
 rint, facile vincunt. Sunt autem verba Aeaci ad Bacchum: 'Ἀλλὰ νῦν ἔχη μέσος,
 id est *At nunc medius tenere*. Eodem pertinet illud apud Terentium: *Sublimem*
medium arriperem.

490

[A]

DELPHINVM NATARE DOCES

397

Δελφῖνα νήχεσθαι διδάσκεις, id est *Delphinum natare doces*. In eos competit, qui
 monere quempiam conantur in ea re, in qua cum sit ipse exercitatissimus,
 nihil eget doctore. Nam delphinus in natando perniciosissimi impetus est, ita vt
 non modo superet omne natatiliū genus velocitate, verumetiam terrestrium
 495 animantium vt autor Aelianus libro xii. Quin et naues transilit seque contento
 spiritu teli in morem eiacular.

[A]

AQVILAM VOLARE DOCES

398

500 'Αετὸν ἴπτασθαι διδάσκεις, id est *Aquilam volare doces*. Diuersa metaphora
 sententiam eandem declarat. Quod enim delphini inter pisces, id aquila inter
 volucres. Quibus id etiam commune, quod vterque παιδεραστής esse narratur.
 [H] Alluisse videtur huc Gregorius in epistola quadam ad Eudoxum rheto-
 rem: Τοὺς πολλοὺς ἔα χαίρειν καὶ εἶναι κολοιοὺς πτῆσιν αἰετῶν δοκιμάζοντας, id
 est *Sine valere vulgus, sine esse graculos, qui volatum aquilarum probent*.

[A]

IN EODEM HAESITAS LVTO

399

505 Terentius in *Phormione*: *In eodem haesitas luto*. In eos competit, qui sic

implicantur negotio cuiquam, vt se nequeant extricare. A viatoribus translatum, qui simul atque in lutum inciderint, cum alterum pedem conantur educere, altero altius immerguntur. Rursum, vt hunc extrahant, alter quem eduxerant denuo est infigendus. Eodem alludens Horatius,

478 ἔγγελον B-I: ἔχελον A, corr. s.

480 quam D-I: quam vt A-C.

484 ἔχη E-I: ἔχει A-D.

487 Aeaci A-C E-I: Aaci D; ἔχη E-I: ἔχει A-D.

490 Post adagium 396 in A adagium 427, Auri-
bus lupum teneo, legitur.

491 νήχεσθαι A-G I: νήχεσθαι H; natate B-I:

narc A.

499 Delphini I: Delphin A-H.

502 ἀετῶν scripsimus sec. Basilii Opera, in quibus
et epistulae Greg. Naz., ed. Frob. 1532:
ἀετούς H-I; id est *suppleuimus*: om. H I.

504 Post adagium 398 in A adagium 428
Sphaera per praecipitium inuenitur.

394 Cf. *Collect.* 331. Otto 107. In *Collect.*

331 erläutert Er. das Sprichwort Δελφίνα κτλ. (cf. *Adag.* 393) und sagt dann: "Quod hodieque vulgo dicitur: anguillam cauda tenes." In unserem Adagium hat Er. dieses zeitgenössische Sprichwort ins Griechische übertragen (vielleicht ausgehend von dem Ausdruck λεῖος ὡσπερ ἔγγελος, Athen. VII, 299 b) und auf diese Weise ein neues Proverb geschaffen. Cf. Suringar 45, p. 83 sqq., z.B. Tappius: "Du hast den ale bei dem schwanz" (Suringar, p. 83) und: "Hij heeft eenen gladden aal bij den staart" (aus Harrebomée I, p. 1).

395 *Collect.* 686.

478 *illud* Diogen. 8, 55 (Er.' Quelle für *Collect.* 686) = Apost. 17, 44 (bei Apost. fehlt nur das letzte Wort δοκεῖ).

480-482 *Nam ... idoneum* (ohne den Zusatz B) Nach Diogen. (Apost.) loc. cit.

481 Plut. *Mor.* 684 b.

396

484 Aristoph. *Ran.* 469 (ἔχει sic Ald.). In den Scholien ad loc.: Τὸ ἔχει δέ, οὕτως Ἄττιχοι ἀντὶ τοῦ ἔχη. Er. mag aufgrund dieser Scholien die Schreibung geändert haben (cf. app. crit.), weshalb wir diese Lesart beibehalten.

486-487 *Translatum ... vincunt* Nach den Scholien *Ran.* ad loc.

487-488 *Sunt autem ... tenere* Cf. n.l. 484.

488 Ter. *Ad.* 316 (489 medium primum).

397 Cf. *Collect.* 499.

491 Δελφίνα νήχεσθαι διδάσκεις Dieses Proverb findet sich bei den Paroemiographen: Zenob. 3, 30 = Ald. col. 67-68. Diogen. 4, 33. Suid. δελφίνα 212 (cf. *Adag.* 393, n.l. 468). Diogen. 1, 65 (cf. *Adag.* 398, n.l. 498). Apost. 5, 96. Cf. Zenob. Ald. col. 68: Δελφίνα νήχεσθαι παιδείας.

493-496 *Nam ... eiaculatur* Nach Ael. *Nat.* XII, 12.

398 *Collect.* 499.

498 Ἄετῶν ἱπτασθαι διδάσκεις Bei den Paroemiographen: Zenob. 2, 49 = Ald. col. 9 (1. Lemma) = Suid. ἀετόν 573 = Apost. 1, 41. Diogen. 1, 65 (cf. *Adag.* 397, n.l. 491). Zenob. Ald. col. 9 (2. Lemma).

500 *Quibus ... narratur* Anspielung auf Zeus, der in der Gestalt eines Adlers Ganymed raubte und zu dem Olymp überführte (cf. z.B. Ov. *Met.* X, 155 sqq.) und auf den Delphin, der Arion rettete (cf. Hdt. I, 24). Siehe auch Apost. 5, 96 (τὸν Κοίρανον ἔσωσαν δελφίνας). Zu dem Adler: *Adag.* 3189 (Iupiter aquilam delegit), LB II, 1006 C.

501 Greg. Naz. *Epist.* 33, 6 (Gallay, *GCS* 53, p. 31, l. 5). Unser Brief gehört zu den 27 neuen Gregoriusbriefen, die Er. in seiner Basiliusausgabe (Froben 1532) abdrucken liess. Dazu: *Adag.* 123, n.l. 691. In dieser Edition (p. 638) findet sich die richtige Lesart: Τοὺς μὲν οὖν πολλοὺς ἕα χαίρειν καὶ εἶναι κολοιοὺς πτήσιν ἀετῶν δοκιμάζοντας.

501-502 *ad Eudoxum rhetorem* Nicht Eudoxius (sic) rhetor, sondern Philagrius war der Adressat dieses Briefes. Eudoxius war der Adressat des Briefes 178, in dem auch der Adler und die Krähe zur Sprache kommen, cf. *Adag.* 2165, *ASD* II, 5, p. 140, ll. 862-863. Auch in *Adag.* 123, l. 691 irrt Er. sich was den Adressaten betrifft: dort nennt er wieder Eudoxius (statt Africanus).

399 *Collect.* 44. Otto 994.

505 Ter. *Phorm.* 780 (505 luto haesitas).

509 Hor. *Serm.* II, 7, 27 (510 nequicquam: *nequicquam* v.l.).

510 *Nequicquam, inquit, coeno cupiens euellere plantam.*

[H] Huic simile est: *In eodem haesitare vestigio.* Qu. Curtius lib. iiii.: *Tertium diem metu exangues iam armis suis oneratos in eodem vestigio haerere.*

[A]

IN AQVA HAERET

400

Vsurpatur huic non dissimile prouerbium a M. Tullio libro Officiorum tertio:
 515 *Dicit ille quidem multa multis locis, sed aqua haeret, vt aiunt.* Significat autem Epicurum parum secum in disputando constare seque ipsum inuoluere, dum ea quae dicit alibi pugnant cum iis, quae dixit alibi atque ita quasi fluctuare neque in solido consistere. Id quod euenire solet iis, qui cum aberrent a vero, verborum fucis rem inuoluunt. Translatum apparet vel a fluitantibus, qui
 520 vado destituti huc atque illuc iactantur quoque magis se commouent, hoc maiore periculo laborant. Aut certe ab oratorum clepsydra, de qua meminimus alibi, vt eum *in aqua haerere* dicamus, qui sese destillata iam aqua, tamen e causa non potest expedire. Cicero ad Q. fratrem libro ii.: *Quod Idibus et postridie fuerat dictum de agro Campano actum iri, non est actum.* In hac causa mihi
 525 *aqua haeret.* Incertum, vtrum significet eam actionem integram sibi relinquere, an causam esse inextricabilem. Huc referendum illud, quod paulo superius ex Quintiliano citauimus: *Et laboratam congestamque dierum ac noctium labore actionem aqua deficit.* [G] Nec abhorrent ea, quae post dicemus in prouerbio, *Haeret in vado.* |

510 *Nequicquam* A F-I: *Ne quicquam* B-E.
 522 *in aqua* B-I: *in qua* A, *corr. s;* *sese* I: *se* A-H.

528-529 *Nec ... vado* G-I, *addit* χ.
 528 *dicemus* in prouerbio G-I: *dicemus* ea, quae dicuntur in prouerbio χ.

511 Curt. IV, 14, 2 (511 *tertium iam*; 512 *exangues armis*).
 400 *Collect.* 45. Otto 142.
 513 Die Fassung dieses Proverbs ist 'aqua (Nom.!) haeret', nicht '(in) aqua (Abl.!) haeret', wie Er. meint.
 514 Cic. *Off.* III, 117.
 515-518 *Significat ... consistere* Nach Cic. loc. cit.
 519-521 *Translatum ... laborant* Diese Erklärung geht aus Er.' Fassung des Sprichworts hervor und auf diese Weise gibt es

eine Verwandtschaft zwischen unserem Sprichwort einerseits und dem Adagium 'Haeret in vado' (cf. n.l. 528) anderseits.
 522 *alibi* *Adag.* 373 (Inaniter aquam consumis).
 523 Cic. *Ad Q. fr.* II, 7(6), 2.
 526 *paulo superius* Cf. *Adag.* 373, l. 203 sq.
 527 Quint. *Inst.* XII, 6, 5 (527-528 *studio actionem*: sic *Adag.* 373, l. 203).
 528 *in prouerbio* Cf. *Adag.* 3270 (*Haeret in vado*), LB II, 1019 B.

[A] MVLTA CADVNT INTER CALICEM SVPREMAQVE LABRA 401

Sulpitius Apollinaris grammaticus apud Aulum Gellium in Noctibus Atticis libro decimotertio, capite decimoseptimo duo quaedam adagia notat, alterum
5 Graecum alterum Latinum, quorum amborum eadem sit sententia. Graecus est versiculus, inquit, hexameter παροιμιώδης:

Πολλὰ μεταξύ πέλει κύλικος καὶ χεῖλεος ἄκρου, id est
Multa cadunt inter calicem supremaque labra.

10 Quo monemur nihil tam certum sperari neque quicquam tam esse vicinum, quod non repentinus aliquis casus queat interuertere, adeoque non esse tutum venturis fidere, vt vix etiam illa sint certa, quae manibus tenemus. Originem adagii quidam ad huiusmodi fabulam referunt. Ancaeus, Neptuni et Astypa-

1 *Post adagium 400 in A hoc est adagium, cuius vicem in B-I adagium 3270 Haeret in vado obtinet: Commutata vocula vim eandem habet, quod legitur apud diuum Ambrosium in commentariis, quos in Lucae Euangelium edidit. Nam significans Christi genealogiam, quae diuerse feratur ab Euangelistis explicari non posse. In abruptum, inquit, disputationis venimus. Haeremus in vado. Metaphora nimirum a nau-*

gio ducta, quod vado illis frustra circumagitur neque cursum institutum tenere potest. Id quod euenit iis, qui incidunt in syrtes.

3 Aulum Gellium F-I: Au. Gellium C-E, A. Gellium A B.

4 libro decimotertio, capite decimoseptimo D-I: libri duodecimi [libro duodecimo s], capite decimo sexto A, lib. duodecimo [xii. B] capite sextodecimo [xvi. B] B C.

401 *Collect.* 128. Otto 1311.

3 Gell. XIII, 18, 3 (cap. 18 nicht *decimoseptimo*).

7 Man vergleiche die Paroemiographen: Diogen. 7, 46 (Er. Quelle für *Collect.* 128). Zenob. 5, 71 = Ald. col. 143. Apost. 14, 46. Suid. πολλά 1869.

8. Zu der Übersetzung dieses Verses: *Zu den Anfängen*, p. 163, n. 24: "In den Gelliusdrucken des 15. Jahrhunderts, spätestens seit der Römerausgabe von 1472, sind die

griechischen Verse metrisch übersetzt, wie sie sich dann bei Perotti, Polydor und Erasmus finden."

12 *quidam* Die genannten Paroemiographen (cf. n.l. 7).

12 23 *Ancaeus ... interiit* Nach den Paroemiographen.

12-13 *Astypalaeae Phoenicis* Astypalaea wird von den Paroemiographen nicht erwähnt, siehe aber Schol. Lycophr. 488 (cf. n.l. 31).

leae Phoenicis filius, cum vitem sereret grauiterque ministris instaret vrgetque, quidam operis taedio commotus in herum negauit futurum, vt ex ea
 15 vite herus vnquam vinum gustaret. Post vbi vitis prouenisset feliciter atque vuae maturuissent, herus exultans ac gestiens seruum eundem accersit atque, vt sibi vinum infundat, iubet. Deinde iam calicem admoturus ori, seruo, quae dixisset, redegit in memoriam quasi vanam exprobrans diuinationem. At ille sententiam hanc hero respondit: Inter calicem ac summa labia multa posse
 20 interuenire. Seruili sententiae fauit euentus. Nam inter loquendum priusquam ille vinum hauriret, alter quidam minister ingressus nunciat vinetum ab apro quopiam immani vastari. Quibus auditis Ancaeus deposito poculo protinus in aprum fertur, a quo inter venandum percussus interiit. Vsurpauit hoc adagii Lycophron in Iambicis:

25 Ἐγὼ δὲ τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔπος,
 Ὡς πολλὰ χεῖλεος καὶ δεπαστραίων ποτῶν
 Μέσω κυλίνδει μοῖρα παμμήτων βροτῶν, id est
 Miser ast ego meo dicta cognoscens malo,
 Vt plurima inter poculum ac labrum solet
 30 Vertisse fatum res agens mortalium.

Interpres citat Aristotelem autorem, qui et ipse de Ancaei fabula meminerit, in qua illud variat: Ancaeo vitem instituenti vatem accersitum quempiam praedixisse, non futurum vnquam, vt ex ea vinum gustaret et expresso in calice vino vatem irrisisse tanquam ψευδόμαντιν. Reliqua conueniunt cum iis,
 35 quae ex aliorum retulimus commentariis. [B] Festus Pompeius ab augure quopiam vicino, qui forte praeterierit, praedictum indicat. [A] Lycophron autem alio detorsit, nempe ad Agapenorem patrem et Ancaeam Actoris et Eurystemistidis filium et ad aprum Calydonium. Dionysius apud Zenodotum mauult paroemiam ad Antinum referre, de quo meminit Homerus in
 40 Odysseae xxii. Is Antinous erat vnus ex procis Penelopes, cui poculum tenenti iamque bibere paranti Vlysses iugulum telo transfixit. Atque ita manibus elapso poculo concidit atque interiit. Sed non ab re fuerit Homericum carmen adscribere:

Ἦ καὶ ἐπ' Ἀντινόω ἰθύνετο πικρὸν δίστόν.
 45 Ἦτοι ὁ καλὸν ἄλειςον ἀναιρήσεσθαι ἔμελλε,
 Χρῦσεον, ἄμφωτον, καὶ δὴ μετὰ χερσὶν ἐνώμα,
 Ὅφρα πίοι οἴνοιο· φόνος δὲ οἱ οὐκ ἐνὶ θυμῷ
 Μέμβλετο. Τίς κ' οἴοιτο μετ' ἀνδράσι δαιτυμόνεσσι
 Μοῦνον ἐνὶ πλεόνεσσι, καὶ εἰ μάλα καρτερὸς εἶη,
 50 Οἷ τεύξειν θάνατόν τε κακὸν καὶ κῆρα μέλαιναν;
 Τὸν δ' Ὀδυσσεὺς κατὰ λαιμὸν ἐπισχόμενον βάλεν ἰῶ·
 Ἄντικρῦ δ' ἀπαλοῖο δι' αὐχένος ἤλυθ' ἀκωκῆ.
 Ἐκλίνθη δ' ἐτέρωσε, δέπας δὲ οἱ ἔκπεσε χειρὸς

Βλημένου, αὐτίκα δ' αὐλὸς ἀνὰ ρίνας παχὺς ἤλθεν
 55 Αἴματος ἀνδρομέοιο, id est
Telum haec fatus in Antinoum contorsit amarum.
At pulchram is pateram iam iam tollebat, vtrinque
Auritam atque auro nitidam, iam iamque manu illam |
 LB 182 *Admotabat, uti biberet, neque pectore caedem*
 60 *Voluebat pauido. Quis enim fore crederet vnquam*
Vnus ut in tanto conuiuiarum agmine, quanquam
Viribus anteeat, mortem sibi nigraque fata
Moliretur? at huic iugulum confixit Vlysses
Tollenti calicem, iaculum penetrauit acutum
 65 *Et contra e ceruicibus exiit aerea cuspis.*
Voluitur in latus ille, calix simul excidit icto
E manibus, mox inde cruor de naribus ingens
Emicat.

18 rededit B-I; aliquando rededit A; explorans A B F-I; explorans C-E.

25 μαθῶν A B D-I; μαθῶν C.

26 δεπαστραίων F-I; δεπαστραίων A-E.

27 παμμήτων A B D-I; παμμήτων C.

28 Miser A B G-I; Misera C-F.

29 plurima inter B-I; plurima interpres inter A.

31 Interpres B-I: om. A; Ancaei B G-I:

24 Lycophr. 488-490 (25 ἔγνω δ' ὁ τλήμων; 27 παμμήστωρ). Fr. zitiert nach einer Handschrift. Die Erstausgabe Lycophrons erschien erst 1513, cf. *Adag.* 388, n.l. 407.

31-38 *Interpres* ... *Calydonium* Der Humanist Nicolaus Perottus (1429-1480), der unser Adagium (und Adagium 402) in seinen *Cornucopiae* (col. 649, l. 56 sqq. in der Aldina von 1513) anführt, kontaminiert aus einigen Quellen (Diogen. 7, 46 oder Apost. 14, 46 und Festus 149 M, Lindsay, p. 132, l. 21) die ätiologische Geschichte dieses Sprichworts, aber erwähnt die betreffenden Belegstellen nicht (*Zu den Anfängen*, p. 163). Er gibt die Abwandlungen dieser Geschichte und nennt seine Gewährsleute (cf. n.l. 31, n.ll. 35-36, n.ll. 36-38).

31 *Interpres* Cf. Schol. Lycophr. 488, Scheer II (cf. *Adag.* 388, n.l. 412), pp. 176-177. *Aristotelem* Cf. fr. 571 Rose.

35-36 *Festus Pompeius* ... *indicat* Cf. Fest. 149 M, Lindsay, p. 132, l. 21. Zu dieser Stelle: *Zu den Anfängen*, p. 163, n. 25. Dieselbe Festus-Stelle regte Er. zu einem Adagium

Angaei A C-F.

32 Ancaeo G-I; Angaeo A-F.

40 xxii. [22 G H, vigesimosecundo D] D-I: decimo [x. B] A-C; Penelopes D-I; Vlyssis A-C.

49 ἐνὶ A; ἐπὶ B-I.

52 ἀκωκί A-E; ἀκοκί F-I.

55 ἀνδρομέοιο A B D-I; ἀνδρομένιοιο C.

an: *Adag.* 3730 (Inter manum et mentum), LB II, 1129 D: "Festus Pompeius indicat esse prouerbium apud Latinos, sed ex illo Graeco dictum: Πολλὰ μεταξύ κτλ."

36-38 *Lycophron* ... *Calydonium* Wörtlich nach den Schol. Lycophr. 488. Es gibt in der Mythologie zwei Männer namens Ankaios: Ankaios, der kalydonische Jäger von dem Eber zerrissen, und Ankaios, Sohn des Poseidon und der Astypalaea, auf dessen Ende während der Eberjagd unser Adagium sich bezieht. Die Verwechslung beider Personen liegt auf der Hand. Die beiden Männer mögen identisch gewesen sein. Cf. C. Holzinger, *Lycophron's Alexandra, Griechisch und Deutsch, mit erklärenden Anmerkungen*, Leipzig, 1895, p. 245.

38 *Eurythemistidis* Schol. Lycophr. loc. cit.: Εὐρυθέμιδος (siehe app. crit. ad loc.).

Dionysius apud Zenodotum Cf. Zenob. 5, 71. Es betrifft Dionysius Thrax, cf. Konstanze Linke, *Die Fragmente des Grammatikers Dionysios Thrax*, Berlin/New York, 1977, fr. 36, pp. 25-26.

42 Hom. *Od.* XXII, 8-19 (51 ἐπισχόμενος).

70 Nec alienum arbitror hoc loco meminisse, quod Iulio Caesari velut exprobranti vaticinii vanitatem responsum est: venisse Calendas Martias, non etiam praeterisse.

[A]

INTER OS ET OFFAM

402

Latinum est huiusmodi: *Inter os et offam*. Quod a cibis sumendis sumptum est, quemadmodum Graecanicum illud a potu. Nam olim Romani victitabant
75 offis, vt testis est Valerius Maximus. Itaque perinde valet *inter os et offam*, quasi dicas 'inter os et cibum'. Porro prouerbiū refertur [B] apud Gellium [A] ex oratione quadam Catonis de aedilibus vitio creatis, his quidem verbis: *Nunc ita aiunt in segetibus et in herbis bona frumenta esse. Nolite ibi nimiam spem habere. Saepe audiui inter os et offam multa interuenire posse. Verum inter offam atque*
80 *herbam, ibi vero longum interuallum est.* [B] Festus ita refert adagium: *Inter manum et mentum.*

[A]

ITA FUGIAS, NE PRAETER CASAM

403

Extat apud Terentium in Phormione cum primis venustum adagium: *Ita fugias, ne praeter casam*, quo quidem admonemur, ne sic aliquod vitium
85 fugiamus, vt in aliud maius incauti deuoluamur.

Nostrapte culpa facimus, inquit, vt malos expediāt esse,

Dum dici nimium nos bonos studemus et benignos.

Ita fugias, ne praeter casam, quod aiunt.

90 Verba sunt Demiphonis senis semet accusantis, quod dum auari famam plus satis cupide studeret effugere, stulti reprehensionem incurrisset. Donatus adagii metaphoram hunc ad modum enarrat, si modo commentum hoc Donati videtur esse: *Ita fugito, ne tuam casam praetermittas, quae sit tibi tutissimum exceptaculum. Aut, ita fugias, ne praeter casam, vbi custodiri magis et prebendi fur et mulctari verberibus potest. Aut verbum erat, inquit, furem exagitantis et interea*
95 *providentis, ne ante casam transeat, ne in praetereundo etiam inde aliquid rapiat.* Hanc veluti diuinationem incerta ac varia coniectantium quis ferret, nisi videremus et iuris interpretibus et Graecorum adagiorum enarratoribus hunc eundem esse morem? Primum interpretamentum mihi magis arridet. Quidam enim calore fugiendi etiam ea praetercurrunt, vbi commode poterant quiescere.
100 Quod vnica voce Graeci παραφέρεσθαι vocant, id est *perperam praeterire ac praeteruehi* ab eo, quod amplectendum erat, aberrantem. [B] Opinor ad hoc adagium respexisse Lucianum in Nigrino, cum scribit Καὶ τοῦτο δὲ ἐν ταῖς τραγωδίαις καὶ κωμωδίαις λεγόμενον, ἤδη καὶ παρὰ θύραν βιαζόμενοι, id est *Et hoc quod in tragoediis et comoediis dicitur: Iam et praeter casam incitati.* }

Τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγῶν τῇ Σκύλλῃ περιέπεσον.

Iambici sunt dimetri ἀκέφαλοι, quos casusne effuderit an ars finxerit, incertum. Horum hic est sensus: *Evitata Charybdi in Scyllam incidi*, hoc est dum vito grauius malum, in alterum diuersum incidi. Sumptum adagium ab Homericā fabula, quae narrat Vlyssēm, dum metu Charybdis propius ad Scyllam nauem admouet, sex e comitum suorum numero perdidisse. Quidam aiunt Scyllam Nisi Megarensium regis fuisse filiam, quae propter aureum crinem ademptum

71 praeterisse B-I: praeteriisse A.

72 *Post adagium 401 in B C est adagium* Ollaris deus, cuius vicem in A adagium 3256, in D E 403, in F-I 2573 obtinet. *Textum eius adagii videas in libro ASD II, 6 p. 378. Adagium Inter os et offam in D-I vicem adagii 402, in C B 403 obtinet. Ordinem adagiorum in concordantiis inuenies.*

77 de aedilibus B-I: de edilibus A, corr. s.

80 *Post interuallum est: Hactenus Gellius A:*

70-71 *venisse ... praeterisse* Cf. Suet. *Caes.* 81, 4: "Quaquam is venisse quidem eas diceret, sed non praeterisse."

402 *Collect.* 128. Otto 1311.

73 *Inter ... offam* Cf. l. 79.

74 *Graecanicum illud* Cf. *Adag.* 401.

75 *Valerius Maximus* Cf. II, 5, 5: "Erant (antiqui) adeo continentiae adtentii, vt frequentior apud eos pultis vsus quam panis esset." Siehe auch Plin. *Nat.* XVIII, 83: "Pulte autem, non pane vixisse longo tempore Romanos manifestum."

76 Gell. XIII, 18, 1 (78 *et om.*; 79 atque offam; verumero). Dieser Gelliuspassus wird auch von Perottus anlässlich der beiden Sprichwörter, *Adag.* 401-402 (cf. *Adag.* 401, n.ll. 31-38), angeführt (col. 650, ll. 13-18).

76-77 *ex oratione ... creatis* Es handelt sich um fr. 65, 1 Jordan, p. 67 (cf. *Adag.* 277, n.l. 935) = fr. LXVI, 217 Malcovati (H. Malcovati, *Oratorum Romanorum fragmenta liberae rei publicae*, Torino, 1953, p. 88).

80 Fest. 149 M, Lindsay, p. 132 (80-81 Manum et mentum).

adagium Adag. 3730 (Inter manum et mentum), LB II, 1129 D. Siehe *Adag.* 401, n.ll. 35-36.

403 *Collect.* 166. Otto 353.

83 Ter. *Phorm.* 768.

86-88 Ter. *Phorm.* 766-768 (86 malis: malos

om. B-I.

82 *Adagium 403 in A post adagium 341* Alienam metis messem inuenitur.

84 aliquod C-I: aliud A B.

94 mulctari s C-I: multari A B.

97 adagiorum E-I: adagionum A-D.

98 morem A-D F-I: mortem E in textu, corr. in *Erratis*.

106 χάρυβδιν B-I: Χάρυβδιν A; σκύλλη [σκύλλη F G] B-I: σκύλη A.

v.l.; 87 nimium dici).

90 Don. ad Ter. *Phorm.* 768, Wessner II, p. 473 (92 praetermittas casam tuam; 93 receptaculum; ne praeterreas (praeter v.l.) casam tuam; 94 erat ipsius custodis; 94-95 interea prohibentis).

100 παραφέρεσθαι Cf. Plut. *Mar.* 35, 3: Καὶ τοὺς μὲν διώκοντας ἔλαθε δρόμῳ παρενεχθέντας.

102 Lucian. *Nigr.* 31 (102 τοῦτο δὴ τὸ ἐν; 103 τε καὶ κωμωδίαις; εἰσβιαζόμενοι). Diesen Passus hat Er. nicht richtig verstanden: παρὰ θύραν hier: 'durch die Tür' und nicht 'an der Tür vorbei'.

404 *Collect.* 378. Otto 382. Payr, p. 396 sqq.

106 Apost. 16, 49.

109-110 *ab Homericā fabula* Cf. Hom. *Od.* XII, 201-259.

111 *Quidam* Nur bei (Ps.) Probus zu *Ecl.* 6, 74 (Thilo-Hagen III, p. 346) ist von goldenem Haar die Rede. Andere Kommentatoren (Serv. und Iunius Philagyrus zu *Ecl.* 6, 74; vergleiche auch Ov. *Met.* VIII, 94 und Paus. I, 19, 4) sprechen von einer roten Haarfarbe. Er. mag den Kommentar zu *Buc.* und *Georg.* von (Ps.) Probus, der 1507 von Joh. Baptista Egnatius zum ersten Mal herausgegeben wurde, herangezogen haben.

patri in monstrum hoc marinum conuersa sit, vt meminit Pausanias in Corinthiacis. Cui videtur assentiri Vergilius in Bucolicis, cum ait:

115 *Quid loquar aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est*
Candida succinctam latrantibus inguina monstros,
Ab, timidos nautas canibus lacerasse marinis?.

Seruius indicat Scyllam Phorci et Cretheidis nymphae filiam. Hanc cum amaret Glaucus, Circe, quae illius amore tenebatur, quod eum in Scyllam propensorem esse videret, fontem in quo nympa lauare consueuerat, magicis venenis infecit. In quem cum illa descendisset, *pube tenuis in varias mutata est formas*. Nam id Circe peculiare, in ferarum figuram homines vertere. Horrens itaque suam deformitatem sese in mare praecipitem dedit ac fabulae praebuit argumentum. De rei veritate diuersa est scriptorum opinio. Salustius putat esse saxum in mari prominens, quod procul visentibus muliebrem formam imitetur; in quod illisi fluctus quoniam et luporum eiulatum et canum latratum videntur imitari, finxerunt illam a pube huiusmodi feris succinctam esse. In Graecorum commentariis inuenio triremem fuisse quandam mirae pernicitatis, cui nomen fuerit inditum Scyllae *παρὰ τὸ σκυλεύειν*, quod hac grassantes piratae mare Tyrrhenum ac Siculum infestarent reliquasque naues quotquot praeterissent, dispoliarent; atque hinc natam fabulam. De Charybde vero narrant poetarum fabulae hanc foeminam fuisse voracissimam, quae quod Herculis boues rapuisset, a Ioue fulmine icta in mare praecipitata est et in huiusmodi versa monstrum, quod adhuc pristinam seruat naturam. Absorbet enim vniuersa, quaeque absorbuerit, ea circa Taurominitanum egerit litus, vt Salustius est autor. Vnde tanquam prouerbio scortum vorax et auiditatis nunquam satiatae Charybdim appellat Horatius:

[F] *Ab miser*
 [A] *Quanta laboras in Charybdi*
 140 *Digne puer meliore flamma.*

Seruius ait Scyllam in Italia esse, Charybdim in Sicilia. Vergilius in Aeneidos libro tertio transitum hunc inter duo pericula angustum eleganter describit

Haec loca, inquiens, vi quondam vasta conuulsa ruina
(Tantum aeni longinqua valet mutare vetustas)
 145 *Dissiluisse ferunt, cum protinus vtraque tellus*
Vna foret; venit medio vi pontus et vndis
Hesperium Siculo latus abscidit, aruaque et vrbes
Littore diductas angusto interluit aestu.
Dextrum Scylla latus, laeuum implacata Charybdis
 150 *Obsidet.*

Et idem alibi:

Inter vtranque viam leti discrimine paruo,
Ni teneant cursus.

155 Homerus Odysseae M periculum vtrunque multis verbis describit facitque Circen admonentem Vlysem, vt ad Scyllam potius inflectat cursum quam ad Charybdim, propterea quod praestet sex e sociis desiderari quam pariter omnes interire, declarans nimirum plus discriminis esse in Charybdi quam in Scylla:

Μῆ σύ γε κείθι τύχοις, ὅτε ροιβδῆσειεν·

160 Οὐ γάρ κεν ῥύσαιτό σ' ὑπ' ἐκ κακοῦ οὐδ' Ἑνοσίχθων.

Ἄλλὰ μάλα Σκύλλης σκοπέλω πεπλημένος ὄκα

Νῆα παρεξέλααν, ἐπεὶ ἤ πολὺ φέρτερόν ἐστι

Ἐξ ἐτάρους ἐν νηὶ ποθήμεναι ἢ ἅμα πάντας, id est

Absit ut illic tum fueris, cum faucibus undas

165 *Illa resorbuerit, neque enim e discrimine tanto |*

LB 184 *Ipse vel eripiat Neptunus, verum age Scyllae*

Vicinus scopulo celeri praeteruebe cursu,

Quandoquidem comites sex multo perdere praestat

Quam ut semel exitium quotquot sunt auferat omneis.

170 Adagio trifariam vti licebit, vel cum admonebimus, si quando in eas rerum angustias deuentum fuerit, vt citra dispendium discedi non queat, e duobus

118 Cretheidis A-H: Crateidis I; filiam G-I: filiam fuisse A-F.

129 inditum A C-I: inclitum B; Scyllae B-I: Scyllae A.

137 satiatae A-D F-I: satietatae E in *textu*, corr. in *Erratis*.

138 Ah miser F-I: om. A-E, addit E in *Erratis*.

139 Quanta G-I [*sic E in Erratis*]: O quanta A-F; in G-I: om. A-F.

152 leti A-C: laeti D-I.

159 τύχοις A-F: τύχης G-I; ροιβδῆσειεν A-C E-I: ροιβδῆσειν D in *textu*, corr. in *Erratis*.

166 Neptunus B-I: Neptunus A [Neptunus s]; Scyllae A C-I: Scylle B.

168 multo A C-I: e multo B.

170 Adagio A-D F-I: Adagia E in *textu*, corr. in *Erratis*.

113-114 vt ... *Corinthiacis* Vielleicht handelt es sich um Paus. II, 34, 7 (sic Payr), wo jedoch weder der Name der Tochter noch die Haarfarbe und die Verwandlung genannt sind. Cf. Paus. I, 19, 4 (rote Haarfarbe wird erwähnt).

114 Verg. *Ecl.* 6, 74, 75 und 77.

118-124 *Seruius* ... *argumentum* Nach *Serv. Comm. Aen.* III, 420 (von Er. hier intensiv benützt, cf. n.l. 124, n.ll. 131-134, n.ll. 134-136, n.l. 141).

121-122 *In quem* ... *formas* Wörtlich nach dem n.ll. 118-124 genannten Kommentar.

124 *Salustius* Es handelt sich um *Sall. Hist. frg.* IV, 27 (Maurenbrecher, p. 169) bei *Serv. Comm. Aen.* III, 420. Zur Schreibung *Salustius*: Heinemann-Kienzle, *ASD* II, 4, p. 97, n.l. 228.

126-128 *in quod illisi* ... *esse* Cf. *Serv. loc. cit.* und *Isid. Orig.* XIII, 18, 4.

127-128 *finxerunt* ... *esse* Cf. l. 116.

128 *In Graecorum commentariis* Sc. bei *Apost.* 16, 49.

128-131 *triremem* ... *fabulam* Nach *Apost.* loc. cit.

129 *cui nomen* ... *παρὰ τὸ σκυλεύειν* Diese Etymologie findet sich nicht bei *Apost.* loc. cit. und ist von uns nicht belegt.

131-134 *De Charybde* ... *naturam* Nach *Serv. Comm. Aen.* III, 420.

134-136 *Absorbet* ... *autor* *Sall. Hist. frg.* IV, 28 bei *Serv. loc. cit.* (Maurenbrecher, p. 169).

137 *Hor. Carm.* I, 27, 18-20 (139 *laborabas laboras* v.l.; Charybdi: *in Charybdi* edd. vett.).

141 *Seruius* Cf. *Serv. Comm. Aen.* loc. cit.

Vergilius Verg. *Aen.* III, 414-421 (143 quondam et).

151 *idem alibi* Verg. *Aen.* III, 685-686.

154 *Hom. Od.* XII, 73-126.

159-163 *Hom. Od.* XII, 106-110 (162 *ἔστιν*).

malis id quod leuius est eligamus, videlicet Vlyssis exemplo, et magis in eam
 vergamus partem, vbi minus sit iacturae. Quod genus, si quis pariter et de
 salute et de pecunia periclitaretur, malit propior esse pecuniae quam vitae
 175 periculo, propterea quod facultatum iactura vtcunque sarciri potest, vita semel
 amissa nunquam restituitur. Vel cum ostendemus negocium anceps et pericu-
 losum, in quo summa moderatione sit opus, vt in neutram pecces partem. Hic
 iam non habebitur ratio, vtrum maius sit periculum, verum hoc tantum
 intelligitur ingens vtroque discrimen subesse. Prioris exemplum fuerit:
 180 'memento longe satius esse in dispendii Scyllam incidere quam in valetudinis
 Charybdim'. 'Praestabilius est in rei pecuniariae iacturam velut in Scyllam
 incurrere quam in infamiae Charybdim incidere'. Posterioris hoc: 'curandum,
 vt ita populo studeas, ne principis offendas animum'. 'Caute circumspecteque
 rem gerito memor tibi inter Scyllam et Charybdim esse cursum'. Tertius fuerit
 185 modus, si inuertas hoc pacto: 'dum parum eruditus videri times, in arrogantis
 opinionem incurristi, hoc est plane quod dicitur: dum Scyllam vitas, in
 Charybdim incidisti'. Celebratur apud Latinos hic versiculus, quocunque
 natus autore, nam in praesentia non occurrit:

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.

190 [A] FVMVM FVGIENS IN IGNEM INCIDI 405

Καπνόν γε φεύγων εἰς τὸ πῦρ περιέπεσον, id est
Dum vito fumum, flammam in ipsam decidi.

Senarius est prouerbialis superiori sententiae finitimus. Lucianus in Necyo-
 mantia: Ἐλελήθειν δὲ ἑμαυτὸν ἐς αὐτό, φασί, τὸ πῦρ ἐκ τοῦ καπνοῦ βιαζόμενος,
 195 id est *Ignoraueram autem, quod iuxta prouerbium ex fumo in ipsum ignem compellerer.*
 Vtitur et Plato [E] libro De republica octauo, [A] cum ait populum, dum
 recusat ingenuis seruire, quasi vitato fumo in flammam incurrere, videlicet, vt
 seruis etiam seruire cogatur. Huc allusit Horatius, cum ait in Sermonibus:
Nam frustra vitium vitaueris illud, | si te alio prauum detorseris. Et in Arte poetica:

200 *In vitium ducit culpaē fuga, si caret arte.*

Plutarchus Περὶ δυσωπίας: Τῇ δὲ δυσωπία συμβέβηκεν ἀτεχνῶς φευγούσῃ
 καπνὸν ἀδοξίας εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτήν, id est *Ineptae autem verecundiae illud haud
 dubie accidit, vt fumum fugiens infamiae in ignem coniciat sese,* id est in aliud maius
 malum.

205 [A] LATVM VNGVEM AC SIMILES HYPERBOLAE PROVERBIALES 406

Transuersum digitum aut vnguem discedere frequenter est apud Ciceronem pro eo,
 quod est: quam minimo spacio. Fit autem festiuior metaphora, quoties his
 verbis perfectam imitationem ac plenum vndeque consensum significamus,
 vt Academicarum quaestionum libro secundo: *Ab hac regula mihi non licet*

- 210 *transuersum, ut aiunt, vnguem discedere. Ibidem: Vbi enim aut Xenocratem sequitur, cuius libri sunt de ratione loquendi multi et multum probati, aut ipsum Aristotelem, quo profecto nihil est acutius, nihil politius? A Chrysippo pedem nunquam. Loquitur de Antiocho, qui reliquis contemptis Chrysippum per omnia sequeretur. [G] Rursus Academicarum quaestionum libro ii.: Quibus concessis digitum progredi*
 215 *non possunt. [A] Idem ad Atticum: Mibi certissimum est ab honestissima sententia digitum nunquam. Rursus ad eundem libro decimotertio: Curandum est, atque hoc in omni vita sua quenque a nostra conscientia transuersum vnguem non oportet discedere. Idem in Epistolis familiaribus: Vrge igitur transuersum vnguem, quod aiunt, a stilo.*
 LB 185 *Sunt illa quidem minus figurata, | sed tamen prouerbialia, [C] quae loquitur*
 220 *[A] Plautinus Euclio in Aulularia:*

Si tu hercle ex isthoc loco

Digitum transuersum aut vnguem latum excesseris.

Et Cicero in Verrem: *Digitum non discedebant.* Idem ad Atticum libro decimo-

- 188 occurrit B-I: incurrit A.
 194 αὐτό I: τὸ αὐτό A-H.
 201 συμβέβηκεν B-I: συνέβηκεν A.
 203-204 maius malum A; maius s B-I.
 210 Xenocratem H I: Zenocratem A-G.
 212 Chrysippo A C-I: Crysippo B.
 214-215 Rursus ... possunt G-I, addit χ.
- 187-188 *quocumque ... autore* Nach Payr (p. 402, n. 165), Leutsch (zu Apost. 16, 49) und Otto (Anm. ad loc.) stammt dieser Vers aus dem Mittelalter: Walther von Chatillon, *Alexandreis* 5, 301 (sic Mynors *CWE* 31, p. 389, n.l. 85). Siehe auch *Nachträge zu Otto*, p. 54.
 405 *Collect.* 683. Otto 667. Payr, p. 402 sqq.
 191 Cf. Diogen. 8, 45, Er.' Quelle für *Collect.* 683: Τὸν καπνὸν φεύγων εἰς τὸ πῦρ ἐνέπεσον. Was die Fassung dieses Sprichworts betrifft, scheint Er. eher Apost. 9, 59 a (Walz, p. 317) zu folgen: Καπνὸν φεύγων εἰς πῦρ περιέπεσον.
 193 *superiori sententiae* Cf. *Adag.* 404.
Lucianus Lucian. *Menippus* 4 (194 δ' ἐμπαυτόν).
 196 Plat. *Rep.* VIII, 569 b c.
 198 Hor. *Serm.* II, 2, 54-55.
 199 *Et in Arte poetica* Hor. *Ars* 31.
 201 Plut. *Mor.* 532 d.
 202-203 *Ineptae ... coniciat sese* Cf. *ASD* IV, 2, p. 316, ll. 213-214: "Caeterum illud palam accidit immodico pudori, vt, dum fumum vitat ignominiae, in ignem sese coniciat" (aus *De vitiosa iracundia*, übersetzt von Er. und 1526 zusammen mit *Lingua* von Froben herausgegeben).
 216 decimotertio D-I: xiii. A B, tertio decimo C.
 217 oportet I: oportere A-H.
 218 stilo E-I: salo A-D.
 223 Et C-I: om. A B.
 223-224 decimotertio D-I: xiii. A B, tertio decimo C.
 406 *Collect.* 377. Otto 1825.
 206 *Transuersum ... discedere* Nach Plaut. *Aul.* 57, cf. l. 222.
 209 *Academicarum ... secundo* Cic. *Ac.* 1, 58 (209 *regula* om.; 210 *digitum discedere*).
 210 *Ibidem* Cic. *Ac.* 1, 143 (212 *nusquam: numquam* codd.).
 214 *Rursus* Cic. *Ac.* 1, 116 (214 non concessis).
 215 *Idem* Cic. *Att.* VII, 3, 11 (215 certum; 216 *nusquam*).
 216 *Rursus ad eundem* Cic. *Att.* XIII, 20, 4 (216-217 *curandum enim non est. Atque hoc 'in omni vita sua quemque a recta conscientia etc.*). In margine des Chigianus schreibt Er.: "Quere vtrumque." Er mag meinen, er solle die zwei in χ unterstrichen Stellen Ciceros (*Att.* XIII, 20, 4, cf. n.l. 216 und *Att.* XIII, 16, 1, cf. n.l. 223) nochmals nachschlagen (oder vielleicht die Stelle *Fam.* VII, 25, 2, cf. n.l. 218).
 218 *Idem* Cic. *Fam.* VII, 25, 2 (218 *igitur nec*).
 220 Plaut. *Aul.* 56-57 (221 *hercle tu*).
 223 Cic. *Verr.* 2 IV, 33 (223 *neque ab argento digitum discedere*).
Idem Cic. *Att.* XIII, 16, 1 (224 *e villa adhuc*).

tertio, epistola prima: *Pedem adhuc e villa egressi non sumus, ita magnos et assiduos*
 225 *imbres habebamus.* [I] Idem Academicarum quaestionum libro ii.: *Non quaero ex*
his illa initia mathematicorum, quibus non concessis digitum progredi non possunt. [B]
 Atque hunc imitatur diuus Hieronymus: *Et apostolicae voluntatis sequentes*
vestigia ne puncto quidem, ut dicitur, atque ungue transuerso ab illius sententiis
 230 *recedamus.* [A] Metaphora partim sumpta videtur ab iis, qui tabulam aut
 saxum aut simile quippiam digitis latis metiuntur, quoties exquisite rei modus
 spectatur; nam reliqua cubitis metiri solemus. Minima mensurarum latus
 digitus est. Partim a iugerum mensoribus, qui stadiis, passibus, et vt minima
 mensura, pedibus, soli spacium metiuntur. Vulgo etiam nunc dicunt culmen
 latum simili figura pro eo, quod est: ne tantulum quidem.

235 [A] PEDEM VBI PONAT NON HABET 407

Vnde et illa prouerbialis hyperbole ducta videtur apud Ciceronem frequens:
Pedem vbi ponat non habet pro eo, quod est: ne tantillum quidem agri possidet.
 [E] Libro Epistolarum ad Atticum xiii.: *Ariobarzani filius Romam venit. Vult,*
opinor, regnum aliquod emere a Caesare; nam quomodo nunc est, pedem vbi ponat in suo
 240 *non habet.* Idem Philippicarum secunda: *Quid erat in terris, vbi in tuo pedem*
poneres? Rursum libro septimo ad Atticum: *Pedem in Italia vide nullum esse, qui*
non in istius potestate sit. [I] Item libro De finibus quarto: *Quid enim sapientia?*
pedem vbi poneret non habebat sublatis officiis omnibus. [A] Conueniet autem in
 245 in agrorum possessionibus. Apud eundem est iocus in *fundum, quem possis*
mittere funda.

[A] ITERVM EVNDEM AD LAPIDEM OFFENDERE 408

Δις πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν εἰσχροῦειν λίθον, id est
Iterum ad eundem turpe lapidem impingere.

250 Senarius elegans ac prouerbialis refertur a Zenodoto in collectaneis adagio-
 rum. [E] Cicero Epistolarum familiarium libro x.: *Culpa enim illa 'bis ad*
eundem' vulgari reprehensa proverbio est. Ouidius libro Tristium secundo:

At nunc tanta meo comes est insania morbo,
Saxa memor refero rursus ad icta pedem.

255 [A] Vsurpatur ab Ausonio in epistola quadam. *Etenim, inquit, poposcisti tu, vt*
tua epistola ad eundem lapidem bis offenderes. Ego autem, quaecumque fortuna esset,
semel erubescerem. Est autem *bis ad eundem lapidem offendere* iterum eadem in re
 peccare. Nam primus error vel Graeco adagio veniam meretur, iteranti
 culpam venia dari non solet. Inter Graecanicas sententias celebratur et haec:

260 Δις ἐξαμαρτεῖν ταῦτὸν οὐκ ἀνδρὸς σοφοῦ, id est
Sapientis haud est bis in eodem labier.

[B] Extat et Graecum epigramma, incertum cuius:

265 Εἴ τις ἄπαξ γήμας πάλι δεύτερα λέκτρα διώκει,
 Ναυηγὸς πλώει δις βυθὸν ἀργαλέον, id est
Altera connubium experto cui ducitur vxor,
Hic fracta repetit aequora saena rate.

[A] Fertur et Publianus mimus, non alienus ab hac forma:

Improbe Neptunum accusat, qui iterum naufragium facit.

270 At Scipio sapienti ne semel quidem errare permittit, vt dicat: οὐκ ᾤμην, id est
non putaram.

227 imitatur F-I: imitatus B-E.

230 exquisite F-I: exquisitae A-E.

234 tantulum C-I: tantillum A B.

236 hyperbole A B D-I: hyperbolae C; frequens E-I: om. A-D.

237 eo B-I: om. A, corr. s; possidet I: om. A-H.

238 Ariobarzani F-I: Anobarzani E.

264 id est B-H: om. I.

268 Neptunum A-D F-I: Nuptunum E.

225 *Idem* Cic. *Ac.* 1, 116. Cf. l. 214: Er. dürfte übersehen haben, dass er dieses Zitat schon angeführt hat. Hier zitiert Er. übrigens richtig: *non concessis* (cf. l. 214).

227 Hier. *Epist.* 120, 10, 3.

231-232 *Minima ... digitus est* Cf. *Isid. Orig.* XV, 15, 2: "Digitus est pars minima agresium mensurarum."

233-234 *Vulgo ... latum* Cf. *Suringar* 104, p. 188 sq.: "Hij heeft mij nooit een stroo breed in den weg gelegd" (aus *Harrebomée*, II, p. 316).

407 *Otto* 1394.

236 *apud Ciceronem* Vide infra, ll. 239-240.

238 Cic. *Att.* XIII, 2 a, 2 (238 *Ariobarzani: Ariobarzani* v.l.).

240 *Idem* Cic. *Phil.* II, 48.

241 *Rursum* Cic. *Att.* VII, 22, 1 (241 *video; esse nullum: nullum esse* edd. vett.).

242 *Item* Cic. *Fin.* IV, 69 (242 *Quod*).

245 *Apud eundem* Cic. (fr. H XIV, 1 *Müller*, pars IV, vol. III, p. 404 = *Orelli* fr. XII, vol. IV, p. 1053) bei *Quint. Inst.* VIII, 6, 73: "Et quod Cicero in quodam ioculari libello: Fundum Vetto vocat quem possit mittere funda; / Ni tamen exciderit qua caua funda patet."

408 *Collect.* 398. *Otto* 915.

248 Bei den *Paroemiographen*: *Zenob.* 3, 29 (ähnlich *Apost.* 6, 29). *Zenob.* *Ald.* col. 71 = *Suid.* δὲς 1267. Cf. *Diogen.* 4, 19. Alle genannten Belegstellen geben die Lesart: *προσπρούειν*. Siehe *Leutsch* zu *Zenob.* 3, 29; *Gaisford* jedoch (p. 287 zu *Zenob.* 3,

29): "Constabit senarius si εἰσπρούειν cum Erasmo legeris."

250 a *Zenodoto* Cf. n.l. 248.

251 Cic. *Fam.* X, 20, 2.

252 *Ov. Trist.* II, 15-16 (254 *saxa malum* refero).

255 *Auson.* XXV *Epist.* V, Prete, p. 240 = XVIII *Epist.* VII, *Evelyn White* II, p. 22 (255-256 hoc *poposcisti* atque id ego malui, tu vt tua culpa).

258 *Graeco adagio* Cf. *Diogen.* 6, 93: *Ἐυγνώμη* (sic *Leutsch*, *Gaisford*) *πρωτοπειρω*, von Er. in *Adag.* 861 (*Venia* primum *experienti*), *LB* II, 356 E, behandelt.

259 *Inter Graecanicas sententias* Cf. *Menandr. Monost.* 183 *Jäkel*, von Er. der *Sammlung Γνώμαι μονόστιχοι* der *Theokrit-Aldina* von 1495 (cf. *Adag.* 356, n.l. 25-26) entnommen, s.v. εἰς ἀμαρτίαν.

262 *Graecum epigramma* *Anth. Pal.* IX, 133.

267 *Publianus mimus* *Publil. Syr.* 264 / I 63, *Meyer* (*Friedrich*), bei *Gell.* XVII, 14, 4. Den Namen *Publianus* verwendete Er. für *Publilius Syrus* (cf. *Adag.* 2089, *ASD* II, 5, p. 92, l. 789; *Adag.* 2432, *ASD* II, 5, p. 313, l. 613). Er. hat die *Sentenzen* des *Publilius* mit den *Disticha Catonis* herausgegeben, cf. *Adag.* 190, n.l. 957.

269-270 *At Scipio ... putaram* Cf. *Val. Max.* VII, 2, 2: "Scipio vero *Africanus* turpe esse aiebat in re militari dicere 'non putaram'." Dazu *Gaisford* loc. cit. (cf. n.l. 248) und *Ep.* 2022, n.l. 364.

[A]

EADEM OBERRARE CHORDA

409

Horatius in Arte poetica sententiam haud dissimilem dissimili metaphora extulit,

275 *Et citharoedus, inquiens,
Ridetur, chorda qui semper oberrat eadem.*

LB 186 A cantoribus ducta translatio est, quibus vehementer foedum sit in iisdem
280 fidibus saepius peccare. In eos igitur concinne dicetur, qui vel in simili re
crebrius peccant vel culpam eandem iterum atque iterum committunt. Primus
enim lapsus vel casui datur vel im|prudenciae, iteratus stultitiae tribuitur aut
inscitiae.

[A]

NON TAM OVVM OVO SIMILE

410

Extant apud autores aliquot similitudinis adagia, quorum de numero est: *Non
tam ouum ovo simile*, de rebus indiscretae similitudinis. Cicero Academicarum
quaestionum libro secundo: *Videsne vt in prouerbio sit ouorum inter se similitudo?*
285 *Tamen hoc accepimus Deli fuisse complureis saluis rebus illis, qui gallinas alere quaestus
causa solerent. Ii cum ouum inspexerant, quae id gallina peperisset, dicere solebant.
Neque id est contra nos. Nam nobis satis oua internoscere.* Idem prouerbium
refertur et a Fabio Quintiliano. [B] Vsurpatur et a Seneca in libello, quem in
Claudium imperatorem lusit.

290

[A]

NON TAM LAC LACTI SIMILE

411

Idem pollet et a Plauto vsurpatur in Amphitryone:

Neque lacte lacti magis est simile quam ille ego similis est mei.

Dicitur a Sosia de Mercurio, qui huius assumpserat figuram. [E] Idem in
Milite: *Tam simile quam lacte lacti est.*

295

[A]

NON TAM AQVA SIMILIS AQVAE

412

Eandem vim obtinet, quod vsurpat Plautus in Menaechmis:

*Nec aqua aquae, nec lacte lacti, crede mihi, vsquam similis
Quam hic tui est, tuque huius.*

Ad hanc formam et illud ex eadem scena: *Tam consimilis est quam potest
300 speculum tuum.* [E] Rursum in Milite:

*Nam e summo puteo similior nunquam potest
Aqua aquae sumi.*

[A]

QVAM APES APVM SIMILES

413

305 His M. Tullius illud etiam adiungit in Academicis quaestionibus: *Vt similia sunt et oua ouorum et apes apum*. Vbi iocatur in Democriti mundos vsquequaque similes inter sese. [G] Simili forma dicunt: *Quam ouis est oui similis*.

[A]

ACANTHIA CICADA

414

310 Ἀκάνθιος τέττιξ, id est *Acanthia cicada*, in indoctos atque infantes aut musices ignaros torqueri prouerbio solitum. Autor est Stephanus Byzantius iuxta oppidum Aetoliae Acanthum cicadas alibi vocales mutas esse atque hinc ortum adagium, [F] cuius autorem citat Simonidem. [A] Plinius Naturalis historiae libro vndecimo, capite vigesimo septimo scribit in agro Rhegino

276 in C-I: om. A B.

285 accepimus D-I: accipimus A-C.

291 Amphitryone A F-I: Amphitryone B-E.

292 lacte B-I: lac A.

296 Eandem B-I: Eam A.

409 Cf. *Collect.* 398.272 Hor. *Ars* 355-356.410 *Collect.* 396. Otto 1318, cf. *Adag.* 1707, *ASD* II, 4, p. 156, l. 150.282-283 *Non tam ... simile* Cf. Quint. *Inst.* V, 11, 30: "Vt illud 'Non ouum tam simile ouo'."283 Cic. *Ac.* 1, 57-58 (285 alere permultas; 287 satis est oua illa non).

288 a Fabio Quintiliano Cf. n.ll. 282-283.

a Seneca Sen. *Apocol.* 11: "Hominem tam similem sibi quam ouo ouum." Zu Senecas *Apocol.*: *Adag.* 201, n.ll. 4-5.411 *Collect.* 396 (cf. *Adag.* 410). Otto 899, cf. *Adag.* 1707, *ASD* II, 4, p. 156, l. 150.291 Plaut. *Amph.* 601 (292 lactis: lacti v.l.; similest mei).293 *Idem* Plaut. *Mil.* 240 (294 similem).412 *Collect.* 396. Otto 132.296 Plaut. *Men.* 1089 (297 Neque aqua; lacte est; lactis: lacti v.l.).299 *illud ex eadem scena* Plaut. *Men.* 1062-1063 (299-300 speculum tuum ... / ... tam consimilest quam potest).300 *Rursum* Plaut. *Mil.* 551 (301 ex vno puteo; potis: potest v.l.).

413

304 Cic. *Ac.* 1, 54.304-305 *Vt ... apum* Nach Cic. loc. cit.: "Vt sibi sint et oua ouorum et apes apium307 *Post adagium 413* Quam apes apum similes in *A adagium 342* legitur Penelopes telam retexere, deinde *adagium 414* Acanthia cicada.

310 Aetoliae F-I: om. A-E, addit π.

311 cuius ... Simonidem F-I, addit π.

312 Rhegino F-I: Rhegio A-E.

simillimae."

305-306 *Vbi ... sese* Nach Cic. *Ac.* 1, 55: "Et ais Democritum dicere innumerabiles esse mundos et quidem sic quosdam inter sese non solum similes, sed vndique perfecte et absolute ita pares, vt inter eos nihil prorsus intersit." Cf. Diels, Demokritos fr. A 81 (II, p. 104).306 *Quam ... similis* Von uns nicht nachgewiesen. Meint Er. *Adag.* 410: Quam ouum est ouo simile?414 *Collect.* 307 (cf. n.ll. 309-311).

308 Ἀκάνθιος τέττιξ Bei den Paroemiographen: Zenob. 1, 51 = Ald. col. 17, 1. Lemma (Ald. ἀκάνθιος und ἀκάνθιοι statt ἀκάνθιος und ἀκάνθιοι). Diogen. 1, 49. Suid. ἄκανθα 796. Apost. 1, 100 a (Waltz, p. 36 sq.). Apost. 16, 33 (Τέττιξ ἀκάνθιος).

309-311 *Autor ... adagium* Er. entnahm für *Collect.* 307 den Hinweis auf Steph. Byz. den *Castigationes Plinianae* (zu Plin. *Nat.* IV, 6, Pozzi, p. 183) von Hermolaus Barbarus (cf. *Zu den Anfängen*, p. 170). Im Jahre 1508 stand Er. Steph. Byz. (Erstausgabe von 1502) zur Verfügung, cf. Steph. Byz. s.v. Ἀκάνθος (Meineke, p. 56 sq.).311 *Simonidem* Cf. Steph. Byz. loc. cit. Es betrifft Simonides fr. 105 Page (D.C. Page, *Poetae melici Graeci*, Oxford, 1962, p. 310). *Plinius* Plin. *Nat.* XI, 95 (von Hermolaus Barbarus erwähnt).

cicadas omnes silere, vltra flumen in Locris canere. Idem testatur Pausanias libro Rerum Eliacarum secundo. Strabo libro Geographiae sexto refert
 315 Rheginum agrum a Locrensi dirimi fluuio, cui nomen Alex, cicadas autem, quae in Locrensi versentur ripa, sonantius stridere, cum in Rhegina sint mutae. Huius rei hanc esse causam coniectat, quod Rheginorum regio, cum sit vmbrosa atque opaca, cicadarum pelliculas humore torpefaciat. Easdem in agro Locrensi, quod sit aprica solis arefactas aestu, stridorem aptius emittere.
 320 Auget autem miraculum Rheginensium cicadarum etiam fabulose celebrata vocalitas vicinarum. Nam idem Strabo Timaeum citat autorem quondam in Pythiorum certamine Eunomum Locrensem et Rheginensem Aristonem in canendi certamen venisse; Aristonem Apollinem inuocasse Delphicum, vt sibi canenti foret auxilio, quod a Delphis Rheginenses olim essent profecti.
 325 Eunomus respondit Rheginensibus ne certandum quidem omnino de musica, apud quos cicada vocalissimum animal voce careret. Vtrisque certantibus cum in Eunomi cithara vna inter canendum chorda frangeretur, cicada superuolans astitit ac vocem alioqui defuturam suo cantu suppleuit. Atque ita victor declaratus statuam citharoedi posuit cum cicada citharae insidente. Huiusmodi
 330 ferme tradit Strabo.

[A]

EADEM PENSARI TRUTINA

415

Eadem pensari trutina, id est eadem lege. Horatius in Sermonibus: *Hac lege in trutina ponetur eadem*. Idem in Epistolis: *Romani pensantur eadem | scriptores trutina*. Conuenit cum illa iureconsultorum regula: Patere legem, quam ipse
 LB 187 tuleris. Sine, vt eo pacto tecum agatur, quo tu cum aliis egeris. Persius:
 335 *Examenque improbum in illa | castiges trutina*. Huic simillimum: Ad eandem exigere regulam, ἴσω σταθμῶ, [B] id est *aequali trutina* siue lance. [A] Plutarchus: Ἄλλ' ἴσω σταθμῶ πᾶσιν ἢ κακία περιθεμένη

μολυβδῖς ὥστε δίκτυον κατέσπασεν,

340 [B] id est *Sed aequa lance omnibus addita malitia*

ceu plumbum rete detraxit.

[A]

ZONAM PERDIDIT

416

Zonam perdidit. Castrense prouerbium in ἀχρημάτους, id est eos, qui nihil habent
 345 *nummorum*: a Graeca quadam fabula tractum Acron admonet; Porphyrion a militum consuetudine, qui quicquid habent, in zona secum portant. [B] Cuiusmodi sane hominem perquam venuste describit Lucilius citante Nonio:

*Cui neque iumentum est nec seruus nec comes vllus,
 Bulgam et quicquid habet nummorum secum habet omne,
 Cum bulga coenat, dormit, lauat, omnis in vna
 350 Spes hominis bulga, hac deuincta est caetera vita.*

Nam bulgam appellat Lucilius folliculum siue crumenam et sacculum de brachio propendentem. Sic enim et Horatius:

Suspensi laeua tabulas loculosque lacerto.

355 Tametsi Festus bulgam Gallicum vocabulum autumat. Consimili modo Gracchus loquitur apud Gellium: *Cum Roma profectus sum, zonas quas plenas argenti extuli, eas ex prouincia inaneis retuli.* [A] Horatius in Epistolis: *Ibit eo quo vis, qui zonam perdidit.* Plautus in Poenulo:

Tu qui zonam non habes,

Quid in hanc venistis urbem? aut quid quaeritis?

360 In quibus Plauti verbis duplex est allusio et ad vestem Poenorum more discinctam et ad pecuniam quae in zona gestatur, citra quam in vrbe

313 vltra A-G: vtra H I.

314 Eliacorum F-I: Locrensium A-D, Eliacorum E.

315 fluuio B-I: fluuios A, corr. s.

316 quae F-I: qui A-E.

321 Timaeum A C-I: Timeum B.

313 Paus. VI, 6, 4.

314 Strab. VI, 1, 9, Meineke, p. 357.

315-319 *Rheginum ... emittere* Er. hat offenbar die schon mehrmals genannte Übersetzung Guarinos benützt (cf. *Adag.* 69, n.l. 849; *Adag.* 144, n.ll. 111-121; *Adag.* 301, n.ll. 9-18). Man vergleiche ll. 315-316 *cicadas ... stridere*: "Quae enim in Locrorum ripa versantur, sonantius strident."; ll. 317-318 *regio ... umbrosa*: "Cum iis omnino umbrosa regio sit." l. 319 *stridorem aptius emittere*: "Vnde apte stridorem emittitur" (fo. LII recto).

321 *Nam idem Strabo* Strabo loc. cit.

Timaeum Cf. *FGrHist* 566 F 43 b (= Strab. loc. cit.).

321-329 *Timaeum ... insidente* Nach Guarino (cf. n.ll. 315-319): "In Pythiorum quondam certamine Eunomum et Rheginum Aristonem ... venisse; Aristonem ... Apollinem inuocasse Delphicum vt sibi adiutor afforet; cicada superuolans; insidentem ... cicadam" (fo. LII recto).

415 *Collect.* 316.

332 *Eadem ... trutina* Nach Hor. *Epist.*, cf. n.l. 333.

Horatius Hor. *Serm.* I, 3, 72.

333 *Idem* Hor. *Epist.* II, 1, 29-30.

334 *illa iureconsultorum regula* Cf. *Dig.* II, 2: "Quod quisque iuris in alterum statuerit, vt ipse eodem iure vtatur" (Mommsen, p. 47).

331 *Post adagium 414* Acanthia cicada in A *adagium 343* Annosam arborem transplantare est, *post quod adagium 415* Eadem pensari trutina in A legitur.

339 $\mu\omicron\lambda\upsilon\beta\delta\iota\varsigma$ D-I: $\mu\omicron\lambda\iota\beta\delta\iota\varsigma$ A-C.

359 *quid pr.* A-C: *qui* D-I.

335 Pers. I, 6-7.

337 $\iota\sigma\omega$ $\sigma\tau\alpha\theta\mu\omega$ Cf. n.ll. 337-338.

337-338 *Plutarchus* Plut. *Mor.* 75 b.

339 Soph. fr. 756 N. = fr. 840 Radt.

416 *Collect.* 320. Otto 1950.

343 *Zonam perdidit* Cf. Hor. *Epist.* II, 2, 40 (cf. ll. 356-357).

344-345 *a Graeca ... portant* Er. berichtet (nahezu wörtlich) dasselbe in *Collect.* 320: er mag schon 1500 die Horatiusausgabe mit den Scholien von Ps. Acron, Porphyrio und Landinus, von letzterem im Jahre 1490 herausgegeben, benützt haben. Cf. Schol. zu *Epist.* II, 2, 40 (fo. 248 verso-249 recto). Siehe Keller II, p. 298 (Acron) und Holder, p. 393 (Porphyrio).

346 Lucil. 243-246 Marx (= 246-249 Krenkel) bei Non., p. 78, 2 sqq. M, Lindsay, p. 109 (348 *secum* habet ipse; 349 *lauat*: *lauat* v.l.; *omnia* in vna; 350 *sunt homini bulga*; *bulga haec deuincta lacerto est*).

351-352 *Nam ... propendentem* Nach Non., loc. cit.

352 Hor. *Serm.* I, 6, 74 = *Epist.* I, 1, 56: "Laeuo suspensi loculos tabulamque lacerto." Vielleicht zitiert Er. diesen Vers aus dem Gedächtnis.

354 Fest., p. 35 M, Lindsay, p. 31: "Bulgas Galli sacculos scorteos appellant."

355 Gell. XV, 12, 4 (355 Romam).

356 Hor. *Epist.* II, 2, 40.

357 Plaut. *Poen.* 1008-1009.

sumptuosa non sat commode viuatur. [C] Pescennius Niger apud Spartianum vetuit, ne milites zonam secum deferrent in bellum, sed si quid haberent pecuniae, *publice commendarent recepturi post praelium*, simul et ipsis luxuriei materiam eripiens et hosti praedam, si quid aduersi euenisset. [G] Est apud Lampridium in Alexandro: *Miles non timet, nisi vestitus, calceatus, armatus et habens aliquid in zona.*

[A]

COCTA NVMERABIMVS EXTA

417

Cocta numerabimus exta. Diomedes grammaticus, vbi prouerbium definit, hoc exempli vice subiecit. Cuius hunc adscribit esse sensum ex euentu sciemus. Huic confinis color ille comicus: *Res indicabit.* Nam, vt ait Ouidius, *Exitus acta probat* et apud Graecos αὐτὸ δείξει, [B] id est *ipsa res indicabit.*

[A]

MVLTA NOVIT VVLPES, VERVM ECHINVS VNVM MAGNVM

418

Πόλλ' οἷδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἐν μέγα, id est
375 *Ars multa vulpi, ast vna echino maxima.*

Zenodotus hunc senarium ex Archilocho citat. Dicitur in astutos et variis consutos dolis. Vel potius vbi significabimus quosdam vnica astutia plus efficere quam alios diuersis technis. Nam vulpes multiugis dolis se tuetur aduersus venatores et tamen haud raro capitur. Echinus, quem opinor herinaceum esse, [B] (nam hoc loco de terrestri, non de pisce fit mentio) [A] vnica duntaxat arte tutus est aduersus canum morsus. Siquidem spinis suis semet inuoluit in pilae speciem, vt nulla ex parte morsu prendi queat. Citantur apud eundem Zenodotum huiusmodi quidam versus ex Ione Chio, tragico poeta, quos eosdem ex eodem citat in Sermonibus conuiuialibus Athenaeus e tragoedia, cui titulus Phoenicia:

Ἄλλ' ἐν γε χέρσῳ τὰς λέοντος ἦνεσα,
Καὶ τὰς ἐχίνου μᾶλλον οἷζυράς τέχνας·
Ὅς εὖτ' ἂν ἄλλων θηρίων ὁσμὴν μάθῃ,
Στρώβυλος ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δέμας
390 Κεῖται δακεῖν τε καὶ θιγεῖν ἀμήχανος, | id est
LB 188 *Leonis artes in solo sane probo,
At magis echini comprobo miseros dolos,
Qui simul odorem beluarum senserit,
Se contrahit spinis aperto corpore*
395 *Tutus iacens morsuque tactuque omnium.*

Refertur prouerbium ac simul ad carmen alludit Plutarchus in commentario, cui titulus Πότερα τῶν ζῶων φρονιμώτερα, χερσαῖα ἢ θαλάσσια, [B] id est *Vtra animantia prudentiora terrestria an marina.* [A] Eius verba subscribam: Τῶν δὲ χερσαίων ἐχίνων ἢ μὲν ὑπὲρ αὐτῶν ἄμυνα καὶ φυλακὴ παρομίαν πεποίηκε,

400 Πόλλ' οἷδ' ἀλώπηξ, ἀλλ' ἐχῖνος ἐν μέγα
προσιούσης γὰρ αὐτῆς, ὡς φασιν, οἶον

Στρόβυλος ἀμφ' ἄκανθαν εἰλίξας δέμας,
Κεῖται θιγεῖν τε καὶ δακεῖν ἀμήχανος, id est

405 *Iam vero terrestrium echinorum in tuenda seruandaque incolumitate sua solertia
prouerbio locum fecit,*

Ars varia vulpi, ast vna echino maxima;

siquidem cum illa aggreditur, quemadmodum aiunt,

365-367 Est ... zona G-I, addit χ.

380 herinaceum G-I: ericium A, erinacium B C, herinacium D-F.

382 Citantur E-I: Citatur A-D.

388 ἄν A-F H I: om. G.

390 τε F-I: δὲ A-E.

397 τῶν ζώων D E: τῶν ζώων, A-C F I, τῶν ζώων G H; φρονιμώτερα A-D F-I: φρο-

νιμώτερας E.

401 αὐτῆς F-I: αὐτῆς A-E; οἶον A-H: οἶον I.

403 τε I: γε A-H.

407-408 cum ... suis χ G-I: cum impetitur a feris quemadmodum aiunt velut omne spinis corpus [corpore A] obuoluens suis A-F.

362 *Pescennius Niger* Cf. *Hist. Aug.* XI, 10, 7 (364 proelia).

366 *Lampridium* Cf. *Hist. Aug.* XVIII, 52, 3 (366-367 timetur si vestitus, armatus calciatus et satur et habens; 367 zonula).

417 *Collect.* 333. Otto 618.

369 *Diom.* 2, Keil, *Gr. Lat.* I, p. 462, cf. *Proleg.* n.l. 6.

371 *Res indicabit* Ter. *Eun.* 469.

Ouidius *Ov. Her.* 2, 85.

372 αὐτὸ δείξει Cf. *Adag.* 2349 (*Res indicabit*), *ASD* II, 5, p. 264. Siehe den Kommentar ad loc.

418

374 *Zenob.* 5, 68 = (nahezu) *Ald. col.* 144. Es gibt einige abweichende Lesarten in der *Aldina*: ἐν τῇ χέρσῳ; λάθη; στρόβυλος; ἀφ' ἄκανθαν; εἰλίξας; γῆθειν τε (siehe Leutsch ad loc.). Cf. *Apost.* 14, 60. *Suid.* πόλλ' οἷδ' ἀλώπηξ 1931.

376 *Zenodotus* Cf. n.l. 374.

ex *Archilocho* Es betrifft fr. 103 D. = 118 *Bergk* = 201 *West*.

380 *herinaceum* Die Schreibweise schwankt: cf. app. crit. Man vergleiche *ASD* II, 4, p. 251, app. crit. zu l. 761: erinacius B-I: ericium A.

de *pisce* Cf. l. 421 sqq. Mit dem Wort *echinus* bezeichnet Er. den Igel und den Seeigel (*echinus piscis*). Er. nennt offenbar (wie *Plin. Nat.* IX, 83) alle Wassertiere *pisces*. Zur

Verwendung der zoologischen Terminologie: Heinemann-Kienzle, zu *Adagium* 1859 (*Totus echinus asper*), *ASD* II, 4, p. 251, n.l. 761 (mit Hinweis auf unser *Adagium*). Cf. *Adag.* 93, n.l. 294.

381-382 *unica ... queat* Cf. ll. 416-419 und *Adag.* 1859.

383-384 ex *Ione* ... *poeta* Es handelt sich um *Ion* fr. 38 N. (p. 739) = fr. 38 *TrGF* (I, p. 106).

384 *Athen.* III, 91 d e.

386-390 'Αλλ' ... ἀμήχανος Die Lesart dieser Verse schwankt. Wir haben nicht entscheiden können, wen Er. als Vorlage benützt hat: *Zenob.* oder *Athen.*

386 ἐν γε χέρσῳ Er. setzt γε für τε, cf. *Zenob.* 5, 68 und *Athen. loc. cit.*

388 *θηρίων ὁσμὴν* Nach *Zenob.*; *κρεισσόνων ὄρμην* bei *Athen.*; *μάθη* sic *Athen.*; *λάβη* *Zenob.*/ *λάθη* *Zenob. Ald.*

389 *Στρόβυλος* Sic *Zenob. Ald.*; *Athen. στρόβυλος*.

390 *δακεῖν τε καὶ θιγεῖν* Sic *Athen.*; bei *Zenob.* *θιγεῖν* (*γῆθειν* *Ald.*) *τε καὶ δακεῖν*. Nebenbei sei bemerkt: *Athen.* stand Er. nur handschriftlich zur Verfügung.

 formicam vertatur. Lucianus in prima epistola Saturnalium: Ὡς δὲ νῦν ἔχομεν,
 μύρμηξ ἢ κάμηλος, ὡς ἡ παροιμία φησί, id est *Nam ut nunc uiuitur a nobis, formica*
camelus, quemadmodum prouerbio dicitur. Loquitur de opibus inaequaliter inter
 95 mortales distributis, vt huic plurimum supersit, huic multum desit. Neque
 intempestiue dicitur in eos, qui sibi non constant in vtranque partem
 immodici. Quod genus hominem describit Euripides in Troadibus:

Τί δ' ὦδε πηδᾶς ἄλλοτ' εἰς ἄλλους τρόπους;
 Μισεῖς δὲ λίαν καὶ φιλεῖς ὃν ἂν τύχη, id est
 100 *Quid ita modo hos, modo in hosce mores transilis?*
Odisti acerbe amasque nimium quemlibet.

[A]

OS SVBLINERE

448

Os sublinere pro eo, quod est: dare verba et arte quadam illudere, reperitur
 aliquoties apud autores. Nonius Marcellus tractum putat a ridiculo quodam
 105 lusus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Plautus in *Aulularia*:

Fidei censebam maximam fidem esse.
Ea subleuit os mihi penissime

Idem alibi: *Os mihi probe sublitum est*. Idem in Epidico:

110 *Ego si adlegassem aliquem ad hoc negocium*
Minus hominem quam doctum minusque ad hanc rem callidum,
Os sublitum esset.

[B] M. Varro in *Mysteriis* apud Nonium: *Aes defraudasse cauponem bonam luto*
obliuisse, cum portitores aera induxere. [A] Sophocles in *Antigone*:

115 Ὅρῳσι χοῖδε, σοὶ δ' ὑπίλλουσι στόμα, id est
Vident et hi, sed os tibi isti sublinunt.

Vergilius item in carmine Bucolico pueros inducit per lusum Sileni faciem mori succo oblinentes:

Iamque videnti

Sanguineis frontem moris et tempora pingit,

Ille dolum ridens 'quo vincula nectitis?' inquit.

120

[A]

DARE VERBA

449

Dare verba passim obuium est apud omnes autores pro eo, quod est: fallere.

- 80 φθέγματα A C-I: φθέγματα B; έτεροφωνίαν B-I: έτεροφωνίαν A.
 82 συνθέντος G-I: ξυνθέντος A-F.
 95 huic pr. B-I: nunc huic A; huic alt. B-I: nunc eidem A.
 97 describit Euripides G-I: Euripides describit A-F.
 98 Τι scripsimus: Τις A-I.
 99 δέ λίαν A B D-I: δ' λίαν C; τύχη B-I:

- τύχη A, corr. s.
 104 ridiculo B-I: om. A.
 107 penissime A-F: pessime G-I.
 110 ad hanc rem A-D: ad rem E-I.
 112 aes C-I: es B.
 114 σοι D-I: σύ A-C.
 115 isti sublinunt A-D: sublinunt [sublinunt H] E-I.

- 79 *Locus ... septimo* Plut. weist nicht, wie Er. meint, auf Plat. *Leg.* VII hin, sondern auf Plat. *Clit.* 407 c d, eine Stelle, die mehr Parallelen mit der betreffenden Plutarchstelle aufweist als das angeführte (cf. ll. 80-82) Platofragment *Leg.* VII, 812 d (siehe auch Plut. *Mor.* 439 c).
 80 Plat. *Leg.* VII, 812 d (80 δ' έτεροφωνίαν; 82 τοῦ om.).
 82-84 *Reddentes ... caetera* Man vergleiche die Übersetzung Ficinos: "Vocibus voces consonas reddere. Diuersitatem vero varietatemque lyre, cum alios fides modulos reddant alios poeta cantus ipsius auctor" (fo. 298, cf. *Adag.* 439, n.ll. 931-933).
 85 Aug. *Epist.* 26, 3.

447

- 90 Μύρμηξ ή κάμηλος Nach Lucian. *Epist. Sat.* 19 (cf. l. 93). Nach Lukian lautet das Sprichwort: Μύρμηξ ή κάμηλος (entweder eine Meise oder ein Kamel), Er. hat es offenbar anders verstanden, cf. ll. 91-92: *Quasi repente camelus in formicam vertatur* (= Μύρμηξ ή κάμηλος γίγνεται?).
 92 Lucian. *Epist. Sat.* 19 (93 ή κάμηλος, cf. n.l. 90).
 93-94 *Nam ... dicitur* Cf. *ASD* I, 1, p. 388, ll. 35-36: "Nam vti nunc res habent, formica camelus, quemadmodum aiunt pro-uerbio."
 94-95 *Loquitur ... distributis* Cf. Lucian. loc. cit.: Τοσοῦτον κἀν τῷ βίῳ ἡμῶν τὸ ἄνισον.
 97 *genus hominem* Sic A-I, in *BAS*: genus hominum. Wir behalten aber die Lesart der Ausgaben A-I bei, da die Änderung sich nicht zwingend ergibt (vergleiche

- Adag.* 423, l. 538: id genus homines).
Euripides Eur. *Tro.* 67-68 (99 τε λίαν; τύχης: τύχη v.l.).
 448 *Collect.* 409. Otto 1312. In *Collect.* 409 erörtert Er. drei Sprichwörter: os sublinere (*Adag.* 448), dare verba (*Adag.* 449), addere manum (*Adag.* 450).
 103 *Os sublinere* Nach Plaut., cf. l. 107, l. 108 und l. 111.
dare verba Cf. *Adag.* 449.
 104 Non. p. 45, 18-22 M, Lindsay, p. 65.
 105 Plaut. *Aut.* 667-668 (106 Fide censebam maxumam multo fidem / esse). Diese Plautusverse werden von Nonius loc. cit. angeführt (dort fidei).
 108 *Idem alibi* Cf. Plaut. *Epid.* 491: "Senex, tibi os est sublitum plane et probe." Er. mag diesen Halbvers aus den *Collect.* (409), wo er ohne Angabe der Stelle angeführt wird, übernommen haben.
Idem in Epidico Plaut. *Epid.* 427-429 (110 hominem Camerarius: hominem quam cod.).
 112 Varro bei Non. p. 25, 1-2 M, Lindsay, p. 36 (112-113 coponem bouam luto obleuisse, cum portitore serram duxe: *cauponem bonam luto obliuisse, cum portitores aera induxere* Mailander Edition von 1500, Nonius, Varro und Festus). Es handelt sich um Varro *Men.* fr. 329 Bücheler.
 113 Soph. *Ant.* 509 (114 χοῦτοι: χοῖδε v.l.; ὑπίλλουσι: ὑπίλλουσι v.l.). Der Sophoklesvers hat eine andere Bedeutung, näml. 'die Leute halten den Mund'.
 116 Verg. *Ecl.* 6, 21-23.
 449 *Collect.* 409.

Persius quarta Satyra: *Vt maus, da verba et decipe nervos.* Terentius: *Cui verba dare difficile est.* Ovidius: *Verba dat omnis amans.* | [I] Idem eleganter transtulit ad fallendas animi curas:

*Detineo studiis animum falloque labores,
Experior curis et dare verba meis.*

[A] Sed tum frequentiora tum expositiora sunt exempla quam vt operaeprecium sit ea persequi. Tantum illud admonuerim nonnihil veneris accessurum prouerbio, si longius a simplici detorqueatur oratione, videlicet ad fraudem imposturamue, quae vel citra verborum fucos peragitur. Quod genus fuerit, si quis dicat mundum hunc dare verba suis cultoribus et alchimisticam, quam vocant artem, dare verba sui studiosis et eum sibiipsi dare verba, qui sibi pollicetur haudquaquam speranda.

135 [A] ADDERE MANVM 450

Illud inusitatius quod est apud Plautum in Persa: *Addere manum* pro eo, quod est: ludibrio habere. Translatum opinor ab iis, qui manu ad aurem porrecta motaque quempiam irrident. Plautina verba sunt haec:

140 *Quid ais, crux, stimulorum tritor? Quomodo me hodie versauisti,
Vt me in tricas coniecisti? Quomodo de Persa manus mihi addita est?*

Idem in Poenulo:

Eo pacto auarae Veneri pulchre adii manum.

Rursum in eadem scena:

145 *Ego faxo posthac dii deaeque caeteri
Contentiores magis erunt atque auidi minus,
Cum scibunt Veneri vt addiderit leno manum.*

Idem in Aulularia:

Ita illis impuris omnibus adii manum.

Iterum in Cassina: *Satin' lepide addita vobis manus merito?* Quanquam varie scriptum inuenio, nunc *adii*, nunc *addita*. Mihi videtur rectius legi *addidi*, vt accipiamus sumptam metaphoram ab irridentium, vt dixi, gestu, cuius meminit Persius:

Nec manus auriculas imitata est mobilis albas.

[A] CIRCUMTONDERE COMAM 451

155 Περικεῖρειν τοὺς πλοκάμους, id est *Circumtondere comam*, Graecis in prouerbio est pro eo, quod est: ludibrio habere. Nam id lusus gratia fieri solet stupidis,

vt eis non sentientibus caesaries circumtondeatur. Lucianus in Misanthropo: Ἐκάθησο τοὺς πλοκάμους περιχειρόμενος ὑπ' αὐτῶν, id est *Sedebas, cum tibi caesaries ab illis circumtonderetur*. Vsurpat idem in Pseudomante.

160 [A]

FVCVM FACERE

452

Fucum facere pro eo, quod est: imposturam facere et artificiosa dissimulatione deludere, frequens est apud bonos autores. Terentius in Eunucho: *Per alienas tegulas | venisse clanculum fucum factum mulieri*. Quo loco *factum* supinum est, non participium. Quintus frater ad Ciceronem: *Si eum, qui tibi promiserit, fucum, vt dicitur, facere velle senseris, vt te id audisse et scire dissimules*. Nam fucus herbae genus, quam Graeci φῦκον vocant, tingendis lanis vtile. Vnde simpliciter fucum pro colore reperire licet et fucare pro colorare. Horatius in Odis: *Stercore fucatus crocodili*. Maxime si colorem non natium aut genuinum, sed artificiosum ac velut adulterinum significemus, vt idem Horatius:

133 sui A B F-I; suis C-E.

139 versauisti A-G; versasti H I.

141 Idem A: Item B-I.

142 Eo A-G; Quo H I.

144 caeteri F-I; caeterique A-E.

146 scibunt A-D F-I; scribunt E in textu, corr. in Erratis.

149 addita A: adita B-I; vobis A-G: nobis H I.

151 vt dixi B-I: om. A.

123 Pers. 4, 45.

Terentius Ter. Andr. 211.124 Ov. *Rem.* 95 (124 omnis amor).*Idem Ov. Trist.* V, 7, 39-40 (126 falloque dolores).131 *verborum fucos* Cf. *Adag.* 452.450 *Collect.* 409. Otto 1057.136 *apud Plautum in Persa* Cf. l. 140.*Addere manum* Nach den heutigen Herausgebern nicht 'addere manum', sondern 'adire manum', cf. Lindsay in seiner Plautusedition. So auch Glare, s.v. manus 25: "manus adire (w. dat). To practise upon, trick." Glare erwähnt dazu die auch von Er. angeführten Plautus-Stellen: *Aul.* 378 (l. 148); *Pers* 796 (l. 140) und *Poen.* 457 (l. 142).138 *Plautina verba* Plaut. *Pers.* 795-796 (140 aditast: additast codd.).141 *Idem in Poenulo* Plaut. *Poen.* 457.143 *Rursum* Plaut. *Poen.* 460-462 (145 mage; 146 vt adierit).147 *Idem* Plaut. *Aul.* 378.149 *Iterum* Plaut. *Cas.* 935.149-150 *Quanquam ... addidi* Er. will (im Gegensatz zu Lindsay) nach 'addere' ausgleichen.152 *Pers.* 1, 59 (153 imitari).

451

155 Περιχειρειν τοὺς πλοκάμους Nach Lucian. *Tim.* 4, cf. l. 158.157 Lucian. *Tim.* 4.158-159 *Sedebas ... circumtonderetur* Cf. *ASD* I, 1, p. 490, ll. 13-14 (dieselbe Übersetzung).159 *idem* Vermutlich Lucian. *Alex.* 6. Die zwei Scharlatane, Alexander und Coccornas, legen die Menschen herein: Τοὺς παχέεις τῶν ἀνθρώπων ... ἀποκείροντες.452 *Collect.* 37. Otto 723.161 *Fucum ... imposturam facere* Er. spielt in *Adag.* 449, ll. 130-131 schon auf unser Adagium an.162 *Ter. Eun.* 588-589 (162 in alienas: *per alienas* v.l.; 163 clanculum per impluuium).164 Quint. Cic. *Commentariolum petitionis* 35 (164-165 audieris fucum, vt dicitur, facere aut senseris; 165 aut scire). Hier richtig Quint. ad Cic., aber *Adag.* 316, l. 389 falsch Cic. ad Quint.165-166 *Nam fucus ... vtile* Cf. Isid. *Orig.* XVII, 9, 98: "Fucus genus herbae est, de qua tinguitur vestis".

166 φῦκον Nicht φῦκον, sondern φῦκος.

167 Hor. *Epod.* 12, 11.169 *idem Horatius* Hor. *Carm.* III, 5, 27-28 (170 neque: *nec* v.l.).

170 *Nec amissos colores
Lana refert medicata fuco.*

Proinde medicamentum illud, quo cuti superinducto mulierculae vitia formae dissimulant quasque personam assumunt, fucum vocant. Plautus: *Vitia corporis fuco occulunt*. Vt autem fucus est color arte additus, ita persona facies
175 est non vera, sed apposititia. Vnde eleganter dictum a Seneca: *Vt personam malit quam faciem*, id est videri malit quam esse. Lucretius item libro tertio:

*Nam verae voces tum demum pectore ab imo
Eliciuntur et eripitur persona, manet res.*

[H] Cornelius Tacitus in Dialogo de oratoribus: *Ita nec praeceptor deerat optimus
180 quidem et electissimus, qui faciem eloquentiae, non imaginem praestaret.* [A] Itaque personatos dicimus, qui aliud prae se ferunt quam sint. Quin et officias
LB 202 vocant inania quaedam rerum simulachra, quae | veluti praestigiis quibusdam oculis intuentium imponunt. [B] Graeci simplici verbo φενακίζειν vocant et φενακισμόν huiusmodi imposturam, φένακα fuci artificem. Qui scripsit Etymo-
185 logicum Graecum autor insyncerus et impurus vocem deductam existimat παρά τὴν πηνίκτην, quae Graecis coma dicitur apposititia; [H] Latini galericulum appellant. Quin et colorem pro fuco vsurpauit Iulianus citante Vlpiano libro Pandectarum xiiii., titulo Ad senatus consultum Macedonianum, cap. ix. *Sed Iulianus, inquit, adicit, Si color quaesitus sit, vt filius familias qui mutuum
190 pecuniam accepturus erat, fide iuberet.* Quin et rhetores probabilem rationem, quam ad defensionem commenti sunt, colorem appellant. Iuuenalis:

Dic aliquem nobis, dic, Quintiliane, colorem.

Et haerente summo rhetore vxor deprehensa impudentissimo colore se tuetur:

195 *Conuenerat olim
Vt faceres tu quod velles, nec non ego possem
Indulgere mihi.*

[A] ALBUM CALCVLVM ADDERE ET SIMILES FIGVRAE 453

Λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι, id est *Album calculum addere* pro approbare, subinde legimus apud doctos. Inde sumptum, quod antiquitus missis in urnam calculis
200 ita ferebantur a iudicibus sententiae, vt albis absoluerent, nigris damnarent. Qui si forte fortuna fuissent aequales, tamen liberabatur reus eiusque rei causam Aristoteles copiosissime reddit in problematibus. De calculorum more meminit Ouidius Metamorphoseôn libro xv.:

205 *Mos erat antiquis, niueis atrisque lapillis,
His damnare reos, illis absolueri culpa;
Tunc quoque sic lata est sententia tristis, et omnis
Calculus immitem dimittitur ater in urnam;*

*Quae simul effudit numerandos versa lapillos,
Omnibus e nigro color est mutatus in album.*

- 210 Plinius iunior in epistola quadam: *Nam quo magis intendam limam tuam, confitebor et ipsum me et contubernales ab aeditione non abhorreere, si modo tu fortasse errori nostro album calculum adieceris*, id est si nostrum hunc errorem tuo iudicio comprobaris. Lucianus in Apologia: Οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος τὴν λευκὴν παρὰ σοῦ καὶ πλήρη μοι ἐνεχθῆναι, id est *Haud paruo aestimans, si mihi contingat album*
- 215 *abs te plenumque suffragium auferre*. Plato libro De legibus ii.: Οὐκ ἂν τιθείμην ταύτην τὴν ψῆφον, id est *Haud posuerim hunc calculum*. Huc adscribendum quod Alcibiades nolens sese iudicum permittere sententiis ait, ne matri quidem confidere velle, sed etiam hanc in eiusmodi periculo suspectam habiturum, ne nigrum calculum pro albo subiiceret. Aristides in Pericle simplici verbo dixit
- 220 ἐπιψηφίζειν, pro *comprobare*, eamque vocem tanquam Platoniam vsurpat.

[A]

CRETA NOTARE. CARBONE NOTARE

454

Ad hanc formam pertinent et illa: *Creta notare* pro eo, quod est: approbare, et *Carbone notare*, quod est damnare. Propterea quod Pythagoras aiebat id, quod

175 apposititia A-C F-I: appositia D E.

186 πηγήκην *scripsimus*: πηνήκην B-I; apposititia B-D F-I: appositia E.

197 figurae B-I: figure A.

173 Plaut. *Most.* 275.175 Sen. *Benef.* II, 13, 2 (175-176 vt malit personam habere quam faciem).

176 Lucr. III, 57-58.

179 Tac. *Dial. or.* 34.183-184 *Graeci ... artificem* Cf. z.B. Aristoph. *Ran.* 921; *Pax* 1087 φανακίζω; *Eq.* 633 φανακισμός; *Ran.* 909; *Ach.* 89 φέναξ.184-185 *Etym. mag.* 790, 15-23.187 Vlp. *Dig.* XIV, 6, 7, Mommsen, p. 226 (189 adicit).190-191 *Quin ... appellant* Cf. Quint. *Inst.* IV, 2, 88; VI, 5, 5. Mit 'color' wird (u.a.) "die partiische Nuancierung des wahren Sachverhalts" (Lausberg, p. 511, § 1061) bezeichnet.

191 Iuv. 6, 280 (192 aliquem sodes hic, Quintiliane).

193 *summo rhetore* Sc. der angeredete Quintilian, der antwortet "haeremus" (vs. 281). Cf. Courtney, *A Commentary on the Satires of Juvenal* (cf. *Proleg.* n.l. 654), p. 294.

194-196 Iuv. 6, 281-283 (194 olim conuenat inquit). Fortsetzung des Iuvenal-Zitats, cf. n.l. 191.

453 *Collect.* 622. Otto 300.

198 Λευκὴν ψῆφον προσθεῖναι Bei den Paroc-

205 His B-I: Iis A.

209 mutatus A C-I: numeratus B.

216 τὴν A-G: om. H I.

miographen in dieser Fassung nicht belegt; nur Λευκὴ ψῆφος, cf. Diogen. 6, 9 (Er.' Quelle für *Collect.* 622) = Apost. 10, 62. Suid. λευκή 327 (παρομύια sagt Suid.).

202 Aristot. *Problem.* 29, 13 (951 a 20-952 a 16). Cf. *Adag.* 422, l. 499. Er. hat vermutlich diese Problemstellung (mit den Erläuterungen) in der Übersetzung des Theod. Gaza (dazu: *Adag.* 462, n.II. 453-456) gelesen: "Cur si suffragia pari numero accusatori et reo fuerint, reum vincere sanxitum est" (fo. LXIII recto). Er. zweifelt an unserer Stelle Aristoteles' Autorschaft nicht an, siehe jedoch *Adag.* 422, ll. 510-512.

203 Ov. *Met.* XV, 41-46 (204 antiquus).210 Plin. *Epist.* I, 2, 5.213 Lucian. *Apol.* 15.215 Plat. *Leg.* II, 674 a.217 *Alcibiades* Cf. Plut. *Alcib.* 22, 2.

219 Ael. Arist. III (De quattuor), 27, Lenz-Behr I, p. 301.

454 *Collect.* 272. Otto 299.222-223 *Creta notare* und *Carbone notare* Nach Hor. *Serm.* II, 3, 246.223-224 *Propterea ... mali* Cf. Diog. Laert. VIII, 35 (dazu: Delatte, *La vie de Pythagore*, ad loc., p. 132).

225 esset colore candido, ad boni naturam pertinere, quod atro, mali. Vnde et felicia alba dicimus, infames nigros. M. Tullius in actione pro Cecinna de teste Sexto Clodio Phormione *Nec minus niger, inquit, nec minus confidens quam ille Terentianus Phormio*. Et Horatius: *Hic niger est, hunc tu, Romane, caueto*. Idem in Sermonibus: *Sani an creta, an carbone notandi*. Quem imitatus Persius ait in quinta Satyra:

230 *Quaeque sequenda forent et quae vitanda vicissim,
Illa prius creta, mox haec carbone notasti.*

Rursum Horatius in Odis:

Cressa neu careat [E] pulchra dies [A] nota.

235 Candidum calculum Cressam notam appellat, qua veteres dies fortunatos signare consueuerunt. [E] Tametsi sunt qui hoc loco pro *Cressa* legunt
LB 203 *Thressa*, quod hic mos | fuisse perhibetur Thracibus. [A] Ad hanc formam pertinet etiam illud: *Vnione signare*, quod saepius apud autores est pro eo, quod est: inter felicia prosperaque numerare. Ductum a veterum superstitione, qui vnumquemque anni diem missis totidem in urnam (aut vt apud
240 Scythas in pharetram) calculis signabant; quem arbitrabantur prosperum abiisse candido calculo aut creta, quem egregie felicem, vnione, contra quem inauspicatum, nigro lapillo notabant. Persius:

Hunc, Macrine, diem numera meliore lapillo.

245 Huius superstitionis meminit Plinius libro septimo, capite quadragesimo *Vana*, inquit, *mortalitas et ad circumscribendam seipsam ingeniosa computat more Thraciae gentis, quae calculos colore distinctos pro experimento cuiusque diei in urna condit ac supremo die separatos dinumerat atque ita de vnoquoque pronunciat. Quid quod iste calculi candore illo laudatus dies originem mali habuit?* [B] Hactenus Plinius. [D] Plutarchus in vita Periclis historiam refert ab his non abhorrentem, quam
250 fortassis non ab re fuerit hic ipsius verbis adscribere: Ὀκτὼ μέρη διελὼν τὸ πᾶν πλῆθος ἐπεκλήρου, καὶ τῷ λαβόντι τὸν λευκὸν κύαμον εὐωχεῖσθαι καὶ σχολάζειν παρεῖχε τῶν ἄλλων μαχομένων. Διὸ καὶ φασὶ τοὺς ἐν εὐπαθείαις τισὶ γενομένους λευκὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀπὸ τοῦ λευκοῦ κύαμου προσαγορεύειν, id est *Vniuersam multitudinem partitus in octo partes sortibus vtebatur et, cui contigisset alba faba, huic caeteris pugnantibus permittebat in conuiuuiis atque ocio agere; quapropter etiam aiunt eos, quibus res aliquae suauiter succedunt, eum diem album vocare, nimirum ab alba faba*. [H] Ad hanc viciniam pertinet, quod quae praecipua sunt, ea
255 melioris notae esse dicimus, veluti quum M. Tullius alicui salutem dici iubet *de nota meliore*. *Tristem notam* dixit Liuius decadis i, libro iiii.: *Posthumius nulla tristi nota est insignitus*, id est nulla crudelitatis infamia aspersus.
260

[A]

CALCVLVM REDVCERE

455

Calculum reducere est mutare factum, cuius te poeniteat, aut vertere consilium

rei non satis commode institutae. Nonius citat Ciceronem in Hortensio: *Itaque tibi concedo, quod in duodecim scrupis olim, vt calculum reducas, si te alicuius dati poeniteat.* Translatum apparet aut a ratiocinantibus aut (quod est vero propius) a ludo laterunculario. In summa, prouerbii speciem habent, quaecunque a calculis finguntur metaphorae vt *ad calculos vocare* pro eo, quod est: rationem inire et aestimare. M. Tullius dialogo De amicitia: *Hoc quidem est nimis exigue et exiliter ad calculos vocare amicitiam, vt par sit ratio datorum et acceptorum.* Valerius Maximus libro quarto, capite de liberalitate: *Si ad calculos reuocetur, paruuum,*

235 legunt F-I: legerunt E in textu, corr. π et E in Erratis, cf. commentarium nostrum ad locum.
242 Persius A-H: Iuuenalis I.

225 Cic. Caec. 27 (227 Terentianus est).
226 Phormione Cf. Cic. loc cit.: "Sex. Clodius, cui cognomen est Phormio, nec minus" etc.
227 Hor. Serm. I, 4, 85.
Idem Hor. Serm. II, 3, 246 (228 sani vt creta; notati: notandi v.l.).
228 Pers. 5, 107-108 (230 quacque euitanda).
232 Rursum Horatius Hor. Carm. I, 36, 10 (233 ne).
235-236 Tametsi ... Thressa Er. entnahm diesen Zusatz aus Hermolaus Barbarus (Castigationes Pliniana, Pozzi, p. 551), wo Hermolaus zu Plin. Nat. VII, 131 (cf. l. 245 sqq.) Hor. Carm. I, 36, 10 (cf. l. 233) anführt, mit dem Zusatz: "Idcirco sunt qui Thressa, non Cressa in eo legant."
235 legunt In π wurde 'legerunt' verbessert: d.h. das zweite e wurde von irgendeinem gestrichen (von Er. selbst?).
236 quod hic mos ... Thracibus Cf. l. 245 sq.
236-242 Ad hanc formam ... notabant Er. benützte in der zweiten Hälfte unseres Adagiums das Material von Collect. 664: "Veteres si quem diem faustum felicemque euenisse significabant, cum albo lapillo notandum dicebant, aut candido vnione aut niueo calculo albaue gemma; contra infaustum carbone et atro lapillo numerandum. Exempla et notiora et frequentiora sunt apud autores, quam vt hic ascribenda sint." In dem angeführten Adagium der Collect. ging Er. von Martial. X, 38, 4-5 aus und zog dessen Kommentator Domitius Chalderinus (cf. Adag. 463, n.l. 491) zu Rate. In Adag. 454 hat Fr. offenbar sowohl das ziemlich seltene, ihm aus Martial und Plin. bekannte, Wort vnio, als auch die Mitteilung 'notiora ... autores' (cf. l. 237 saepe apud autores) ohne weiteres aus den Collect. übernommen.

247 vnoquoque A-G: vno quoque s H I.
253 γενομένους F-I: γενομένοις D E.
263 commode A-D F-I: commodae E.
270 liberalitate s C-I: amicitia A B.

237 Vnione signare Cf. Collect. 664 (vnio = Perle). Dieser Ausdruck ist von uns nicht belegt. Man vergleiche jedoch: "Lactea gemma noter" (Martial. VIII, 45, 2). "Notata est caris ... lapillis" (idem X, 38, 4-5). "Gemma ... alba signat" (idem XI, 36, 1-2) etc. Cf. Otto loc. cit.
238-242 Ductum ... notabant Nach Plin. (cf. n.l. 244) und Zenob. 6, 13 = Ald. col. 155, von Er. behandelt Adag. 1718 (Bonus e pharetra dies), ASD II, 4, p. 162.
242 Pers. 2, 1.
244 Plin. Nat. VII, 131 (246 in vrnam; 247 de quoque: de vnoquoque edd. vett.; 248 laudato die: laudatus dies edd. vett.).
249 Plut. Per. 27, 2 (251 ἀπεκλήρου; λαχόντι Bryan: λαβόντι codd.; 252 τρυχομένων Sauppe: μαχομένων codd.).
258 Cic. Fam. VII, 29, 1. Nicht Cic., sondern Curius ist der Verfasser dieses Briefes. Curius bittet: "Sulpici successori nos de meliore nota commenda." Zu 'nota': Glare, s.v. nota 5 c.
259 Liv. IV, 29, 6.
455 Collect. 38.
262 Calculum reducere Nach Cic., cf. l. 264.
263 Non. p. 170, 22-24 M, Lindsay, p. 250 sq. (264 scriptis solemus: scriptis olim Mailander Edition 1500; 265 pacnitet).
Ciceronem in Hortensio Cic. Hortensius fr. 60 Müller = fr. 68 L. Straume-Zimmermann, Cicero, Hortensius, Frankfurt/Bern, 1976.
265 a ratiocinantibus Cf. z.B. Quint. Inst. XI, 3, 59.
266 a ludo laterunculario Cf. z.B. Quint. Inst. XI, 2, 38.
268 Cic. Lael. 58 (269 acceptorum et datorum).
269-270 Valerius Maximus Val. Max. IV, 8, 1 (271 addictis; si animo).

275 *utpote septem iugeribus et hoc in Pupinia abditis redactum, sin animo praerogantis, omni pecunia maius. Et ad calculos reuerti est redire ad rationem ac respectum consiliumque. Cicero ad Atticum: Quare nunc saltem ad illos calculos reuertamur, quos tum abiicimus, ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paulo salubrioribus.* Et in Epistolis Plinianis *mouere calculos* pro eo, quod est: proponere rationes. Et *Ponere*, inquit, *in vtraque parte calculos*, id est vtrinque rationes expendere. Et *hic calculus accedat*, id est hoc momenti adiungatur. Neque quicquam prohibet eadem ratione dici, 'decedere calculum' et 'detrahere calculum'.

280

[A]

⊖ PRAEFIGERE

456

Theta praefigere pro damnare. Persius:

Et potis es vitio nigrum praefigere ⊖.

Ausonius in paedagogum ligurritorem carmine choliambico:

285

*Miselle doctor, oὐ̄ tibi sit obscoeno,
Tuumque nomen, theta sectilis signet.*

LB 204

291

Sunt qui hoc ad figuram Graecanae literae referant, quod ea cordis humani transfixi speciem quodammodo repraesentet. Nam nescio an debeamus Isidoro credere, qui primo Etymologiarum libro scribit ita militari more solere fieri, ut caesi ⊖, salui T signarentur. Certe de hoc signo T fit mentio etiam in Apocalypsi, | quae beati Ioannis Euangelistae nomine legitur. Sed vero similius, quod scribit Asconius Pedianus, olim in iudiciis sortes, quae mittebantur in urnam, triplicem notam habere solere ac ⊖ quidem damnationis fuisse symbolum, T absolutionis, A ampliacionis, id est quoties significabant sibi parum adhuc liquere ac denuo causam agi oportere.

295

[A]

STELLIS SIGNARE. OBELO NOTARE

457

300

"Ἀστροὶς σημειοῦσθαι ἢ ἄστροις τεκμαίρεσθαι, id est *Stellis notare*. Eustathius in quintum Odysseae librum admonet dictum de his, qui longam ac desertam viam peragunt, adeo ut necessum habeant regionum situm stellarum obseruatione signare. Ductam autem esse metaphoram a nauigantibus, qui quum eousque prouecti sunt a terra, ut iam *coelum vndique et vndique pontus* stellarum indicio cursum moderari solent, maxime Cynosurae et Helices [B] teste Arato ἐν Φαινομένοις:

305

Οἱ τὴν μὲν Κυνόσουραν ἐπίκλησιν καλέουσι,
Τὴν δ' ἑτέραν Ἑλίκην Ἑλίκη γε μὲν ἄνδρες Ἀχαιοὶ
Εἶν ἄλλι τεκμαίρονται ἵνα χρὴ νῆας ἀγινεῖν,
Τῆ δ' ἄρα Φοίνικες πύσυνοι περὶ ὠσι θάλασσαν.

310

Ἄλλ' ἢ μὲν καθαρὴ καὶ ἐπιφράσσασθαι ἐτοίμη
 Πολλὴ φαινομένη Ἑλικὴ πρώτης ἀπὸ νυκτός,
 Ἡ δ' ἑτέρη ὀλίγη μὲν, ἀτὰρ ναύτησιν ἀρείων,
 Μειότερη γὰρ πᾶσα περιστρέφεται στροφάλιγγι,
 Τῇ καὶ Σιδόνιοι ἰθύντατα ναυτίλλονται.

272 est C-I: id est [i. A, corr. s] A B.

276 inquit B-I: om. A.

281 Theta G-I: Thita A-F, corr. χ.

282 praefigurere Θ D-I: praefigurere Thita A-C.

283 Ligurritorem A: liguritorem s B-I; carmine C-I: in carmine A B.

285 theta G-I: thita A-F, corr. χ.

290 Euangelistae C-I: om. A B.

273 Cic. Att. VIII, 12, 5.

275 mouere calculos Cf. Plin. Epist. II, 19, 9.

276 Ponere ... calculos Cf. Plin. loc. cit.: "Omnesque quos ego moui in vtraque parte calculos pone." Man vergleiche Plin. Epist. V, 2, 1 und I, 14, 9.

277 hic ... accedat Hat Er. die Wendung selbst verfasst? (von uns jedenfalls nicht nachgewiesen). Siehe Collect. 38: "A ratiocinantibus deductum vt: Etsi iam olim amas plurimum, tamen et hunc calculum ex mea commendatione velim accedere."

456 Collect. 261.

281 Pers. 4, 13 (282 nigrum vitio) von Isid. Orig. I, 24, 1 angeführt (cf. n.ll. 287-288).

283 Auson. XXVI Epigr. 87, 12-13 (Prete, p. 321) = XIX Epigr. 87, 12-13 (Evelyn White II, p. 206).

286-287 Sunt qui ... repraesentet Cf. Isid. Orig. I, 2, 8 = I, 24, 1: "Vnde et habet (sc. Theta) per medium telum, id est mortis signum."

287-288 Isidoro Isid. Orig. I, 24, 1.

290 Ap. Iob. 7, 3; 13, 16 und 17; 14, 1, 9 und 11 etc. Nach Ez. 9, 4.

291 Asconius Pedianus Cf. Ps. Ascon. zu Verr. 2 I, 26 (Th. Stangl, Ciceronis Oratorum Scholiastae, vol. II, Wien / Leipzig, 1912, p. 231): "Nam cum condemnandi nota esset C littera, absoluedi A, ampliandi signum N L iudices dabant, quo significabant non liquere, vnde ampliatio nascebatur." Die Verwendung der Buchstaben stimmt nicht überein: C bei Ps. Ascon. = Θ bei Er.; A bei Ps. Ascon. = T bei Er. und N L bei Ps. Ascon. = Λ bei Er. Siehe auch Adag. 3985 (Tristis littera, LB II, 1179 C: "Tristem litteram appellat Θ, salutarem T, quod hac absolueretur reus, illa damnaretur. De quo non nihil attigimus in prouerbio

291 Pedianus A-D: Paedianus E-I.

294 causam B-I: causa A, corr. s.

295 signare B-I: signare aut notare A.

297 his B-I: iis A.

299 quum G-I: cum A-F.

301-323 teste ... quarto B-I: Ouidio teste A.

310 στροφάλιγγι I: στροφάλυγγι B-H.

'Theta praefigurere'. Asconius Pedianus, si modo codices mendo vacant, indicat Θ fuisse notam damnationis, T absolutionis, NL ampliacionis h.e. non liquere." Anders als an unserer Stelle zweifelt Er. hier die Richtigkeit der Lesart seines Pedianus-Text an.

457 Cf. Adag. 2442 (Stellis signare), ASD II, 5, p. 320. In einem Zusatz G (p. 321, ll. 818-820) sagt Er.: "Scio mihi factam alibi huius prouerbi mentionem, verum, quoniam nactus eram quaedam non indigna cognitu, visum est hic repetere." Die Wendung "quaedam ... cognitu" muss sich auf das Zitat aus Cic. Ac. (I II, 66, cf. p. 320 sq., ll. 810-818) beziehen. Man kann sich übrigens nicht des Eindrucks erwehren, dass Er. erst später (Zusatz G) erkannt hatte, dass er das Adagium Stellis signare schon angeführt hatte. In margine χ ad loc.: "Idem habetur 683" = fo. 683 der Ausgabe F, wo Adag. 2442 abgedruckt ist.

296 Ἄστροις σημειοῦσθαι Nach Eust. p. 1535, 58 zu Hom. Od. V, 276 (cf. Adag. 2442, l. 788). Siehe auch Diogen. 2, 66 und Apost. 4, 12: Ἄστροις σημαίνεσθαι.

ἄστροις τεκμαίρεσθαι Cf. Suid. ἄστρονομία 4257.

Eustathius Eust. p. 1535, 58 zu Od. V, 276.

296-301 Eustathius ... solent Cf. Adag. 2442, ll. 789-792: "Eustathius exponens quintum Odysseae librum admonet conuenire in eos, qui longam ac desertam ingrediuntur viam. Sumpta metaphora a nautis, qui in nocturna nauigatione viam stellarum obseruatione coniectant."

300 coelum ... pontus Cf. Verg. Aen. III, 193.

301 Arat. 36-44 (303 Καὶ τὴν μὲν; καλέουσιν: 307 ἐπιφράσσασθαι: 310 Μειότερη).

Quorum carminum interpretationem adscribam ex Germanici Caesaris interpretatione:

315 *Hic Iouis altrices Helice Cynosuraque fulgent.*
Dat Graiis Helice cursus maioribus astris,
Phoenicas Cynosura regit; sed candida tota
Et liquido splendore Helice nitet; haud prius vlla,
Cum sol Oceano fulgentia condidit ora,
 320 *Stella micat coelo septem qua Cresia flammis,*
Certior est Cynosura tamen sulcantibus aequor,
Quippe brevis totam fido se cardine vertit
Sidoniamque ratem nunquam spectata fefellit.

Et Aratum imitatus Ovidius libro De tristibus quarto:

325 *[A] Magna minorque ferae, quarum regis altera Graias,*
Altera Sidonias, vtraque sicca rateis.

Idem indicat Vergilius in quinto de Palinuro loquens:

Talia dicta dabat clauumque affixus et haerens,
Nusquam amittebat oculosque sub astra tenebat.

Idem alibi:

330 *Cuncta notat tacito labentia sydera coelo.*

Consimiliter Homerus cum alias tum Odysseae libro quinto:

Αὐτὰρ ὁ πηδαλίῳ ἰθύνετο τεχνήντως
 "Ἡμενος, οὐδέ οἱ ὕπνος ἐπὶ βλεφάροισιν ἐπιπτε
 Πληιάδας ἐσορῶντι καὶ ὀψὲ δύνοντα Βοώτην
 335 "Ἄρκτον θ', ἦν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν,
 "Ἡ τ' αὐτοῦ στρέφεται καὶ τ' Ὠρίωνα δοκεύει,
 Οὔτ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν Ὠκεανοῖο, id est
Ille quidem nauim arte regens clauo assidet haerens,
Nec sinit illapso torpescere lumina somno,
 340 *Pleiadas seroque recondentem ora Booten*
Suspectans vrsamque alio cognomine plaustrum,
Quae fixa vsque loco se circumflectit eodem,
Et nunquam Oceani liquidis aspergitur vndis.

345 Vnde ἄστροις σημειοῦσθαι τὴν ὁδὸν videntur ii, qui notulis quibusdam et coniecturis arte deprehensis rem alioqui peruestigatu difficilem inquirunt aut assequuntur, aut qui signis quibusdam multo ante colligunt quid sit euenturum. Postea deflexum est, vt stellas praenotare dicantur, qui quippiam velut animaduertendum insigniunt. Cui diuersum ὀβελίζειν, id est *veru praenotato quasi ingulare ac damnare*. Translatum ab Aristarcho, qui Homeri carmina in

350 corpus redegit atque in libros digessit versus nothos, hoc est adulterinos et
subditios, qui non viderentur sapere venam illam Homericam, ὀβελίσκοις, id
est *minutis veribus*, praenotatis damnans, contra, qui viderentur insignes ac
genuini, ἀστερίσκοις, id est *stellulis*, illustrans. Quem morem sequutus est et
LB 205 cognomen in prouerbum abiit, quod is eum damnandi notulis probandique
356 morem excogitarit. M. Tullius Attico: *Totum hunc locum, quem in aristocrata ego
varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere de flamma, de ferro
(nosti illas ληρύθους) valde grauiter pertexuit.* Atticum vocat suarum orationum
Aristarchum, id est censorem et emendatorem, quod illi mos fuerit, si quae
360 parum probasset in scriptis Ciceronis, ea ceris rubris notare. Quod quidem
alibi declarat idem M. Tullius libro ad Atticum decimo sexto: *Quae mihi
florentia visa sunt tuo iudicio. Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam.* Idem
ad Dolabellam: *Profert alter, opinor, duobus versiculis expensum. Alter Aristarchus
hos ὀβελίζει. Ego tanquam criticus antiquus iudicaturus sum.* Item M. Varro De

312 carminum B C F-I: carmium D E in
textu, corr. in Erratis.

317 vlla C-I: illa B.

323 Ouidius B C F-I: Ouidius D, Ouidius
E in textu, corr. in Erratis.

324 Graias A-C E-I: Gaias D.

325 Sidonias A C-I: Sodonias B.

326 in quinto E-I: in tertio A-D.

328 Nusquam A-D: Nunquam E-I.

332 πηδαλίω B-I: πυδαλίω A.

333 Ημενος A B D-I: Ημενος C.

336 "Hτ C: Hτ A B D-I.

340 Pleiadas B-I: Peliadas A.

347 stellas A C-I: stellis B.

349 damnare B-I: notare A; qui F-I: quae
A-E.

355 is B-D F-I: iis A, corr. s, E.

359 si quae s C-I: siqua A B.

363 Dolabellam scripsimus cum LB: Dolobel-
lam A-I.

312 Germanicus *Aratea* 39-47 (314 Hinc
Louis; 319 quam).

323 *Ov. Tr. IV*, 3, 1-2.

326 *Verg. Aen. V*, 852-853.

329 *Idem alibi Verg. Aen. III*, 515 (330 sidera
cuncta notat tacito labentia caelo).

331 *Hom. Od. V*, 270-275 (334 Πληγάδας τ'
ἔσορῶντι).

338-341 *Ille quidem ... planstrum* Er. hat diese
Übersetzung in *Adag.* 2442, in dem er
Hom. Od. V, 270-273 anführt, nicht über-
nommen.

344 ἀστροίς ... ὀδόν Cf. *Adag.* 2442, l. 788
(*ASD II*, 5, p. 320): "Ἀστροίς σημειοῦσθαι
τὴν ὀδόν, id est *Stellis signare viam*" nach
Eust. loc. cit. (cf. n.l. 296).

348-353 *Cui diuersum ... illustrans* Siehe *Adag.*
714 (*Dignus obelisco*), LB II, 306 B:
"Ἀξιός ὀβελίσκου, id est *Dignus obelisco*,
dignus quouis honore ... Tametsi prouer-
bium ancipitem habet sententiam, propter-
ea quod Aristarchus obeliscis iugulare sit
solitus, quae parum probat."

348 ὀβελίζειν Cf. *Collect.* 765.

349 *Aristarcho* Cf. n.l. 355.

351-353 ὀβελίσκοις ... ἀστερίσκοις Zum Ver-
wendung der textkritischen Zeichen im
Altertum: *Diog. Laert. III*, 66.

353-354 *Quem morem ... diuinis* Er. bewun-
derte die beiden Kirchenväter, Origenes
und Hieronymus, die, wie Er. selbst, die
Heilige Schrift studierten und bereinigten,
sehr. Er fühlte sich ihnen verwandt. Dazu:
Augustijn, *Erasmus*, p. 91 sqq.

355 *prouerbum* Cf. *Proleg.* l. 591, *Collect.* 765.
In unserem Adagium begründet Er. die
Verwendung von Aristarchs Namen als
Inbegriff des kritischen Grammatikers. Für
die Belegstellen siehe *Nachträge zu Otto*, p.
23 und p. 96.

356 *Cic. Att.* I, 14, 3 (356 in aristocrata om.).

361 *Cic. Att.* XVI, 11, 1 (362 florentiora:
florentia v.l.; sunt visa).

362 *Idem Cic. Fam.* IX, 10, 1 (363 expensum
Niciae). Dieser Passus aus Cic. wurde von
Suet. (De gr. 14) angeführt; in einigen
Manuskripten fehlt, wie bei Er., 'Niciae'
nach 'expensum'.

364 *Varro Ling. Lat.* VIII, 63: "Reliquitur
de casibus, in quo Aristarchoi suos conten-

365 lingua Latina Aristarchos appellat criticos grammaticos, qui de libris iudicant. Et Horatius: *Fiet Aristarchus*, id est castigator et expensor alieni scripti. Et diuus Hieronymus subinde quempiam sui temporis Aristarchum vocat, quod arbitrio suo alia damnaret, alia probaret.

[A]

NOTARI VNGVI ET SIMILIA

458

370 Ad eandem formam pertinent haec quoque: *Notare vngui*, quod soleat vngui signum apponi, vbi quid parum placet. Horatius dixit *transuerso calamo signum* apponere pro eo, quod est: damnare. In eundem sensum *ensoria virgula* legitur identidem apud diuum Hieronymum pro castigandi notandique autoritate. [E] Item apud Quintilianum libro Institutionum i.: *Qua quidem ita sunt seueri vsi veteres grammatici, vt non versus modo censoria quadam virgula notare.* [A] A censoribus Romanis traductum, quorum partes erant notare, si quid in moribus ciuitatis dignum emendatione iudicassent, ac mulctam dicere. Eodem pertinent 'spongia', 'lima', 'caelum', quae in emendationis prouerbum abierunt. Spongia deletur, quod non placet. Lima detrahitur atque expolitur, quod
380 redudat quodque incultum est. Caelo deformatur item ac fingitur id, quod est rudius. Proinde *in spongiam incubuisse* dixit Augustus *Aiacem suum*, quem deleuerat. Et elimata dicuntur expolita. Et sculpturam orationis cultum dicunt.

[A]

STILVM VERTERE

459

385 *Stilum vertere* est mutare quod scripseris. Horatius in Sermonibus: *Saepe stilum vertas*. Antiquitus in tabellis ceratis scriptitabant stilo graphiario, cuius altera parte nimirum acuta per aequor cereum ducta literas exarabant, altera latiore rursus obliterabant, quod exarassent. Hieronymus Aduersus Rufinum: *Quamdiu non renuebam laudationem tuam, sequebaris vt magistrum, fratrem et collegam*
390 *vocabas et catholicum in omnibus fatebaris. Postquam vero non agnoui laudes tuas et me indignum tanti viri praeconio iudicavi, vertis stilum et omnia laudata prius vituperas de eodem ore et dulce proferens et amarum.* [E] Hieronymus imitatus est Ciceronem, qui Verrinarum actionum iiii. scribit in hunc modum: *Timuit aliquando et commotus est, vertit stilum in tabulis suis, quo facto causam omnem euertit suam.* [A]
395 Inuenitur et 'stilum infigere' et 'stilo appetere' pro eo, quod est: scriptis insectari atque inuehi.

[A]

OMNE TVLIT PVNCTVM. OMNIVM CALCVLIS

460

400 *Omne tulit punctum et Cunctorum calculis* legimus pro eo, quod est: omnium sententia et comprobatione. Quorum prius translatum est a consuetudine comitorum, vbi tabella circumferri consuevit, in qua puncto apposito significabant, cui candidatorum suffragarentur. Posterius a iudiciorum sortibus, de quibus paulo superius meminimus. Horatius:

Omne tulit punctum, qui miscuit vile dulci.

405 Nam qui iucunda modo scribunt, iis duntaxat placent, qui voluptatem appetunt. Contra qui vtilia, ab iis tantum probantur, quibus vtilitas quaeritur. At qui voluptatem cum vtilitate coniunxit, is omnium suffragio laudabitur. Idem in Epistolis: |

LB 206 *Discedo Alcaeus puncto illius, ille meo quis?
Quis nisi Callimachus?*

410 Item in epigrammate choliambico, quod refertur a Porphyrione:

366 Et *pr.* B-I: *om.* A.

377 multam s C-I: multam A B.

378 caelum C F-I: coelum A B D E.

379 deletur B-I: debantur A; placet B-I: placet A.

380 Caelo C F-I: Coelo A B D E.

383 dicunt B-I: dicunt et pumice leuis. Nam

pumice leuigabantur, quo nitidiores essent libri A.

393 in hunc modum G-I: hunc in modum E-F.

394 causam F-I: causamque E in *textu*, *corr.* in *Erratis*.

410 Choliambico B-I: *om.* A.

dunt neruos." Cf. *Ling. Lat.* X, 16: "Itaque neque Aristarchei ..." N.B. Er. 'Aristarchos', Varro 'Aristarchei'.

366 Hor. *Ars* 450.

367 Hier. *Epist.* 57, 12: "Nostrorum temporum Aristarchus"; *Adv. Ruf.* I, 17: "Aristarchus nostri temporis."

458

371 Hor. *Ars* 447.

372 *ensoria virgula* Cf. *Adag.* 3726 (*Censoria virgula*), LB II, 1128 D.

373 Hier. *Epist.* 50, 4, 1; 61, 2, 5.

374 Quint. *Inst.* I, 4, 3 (374 quo quidem ita seueri sunt).

377-378 *Eodem ... abierunt Caelum* nur bei Auson. XXV *Epist.* XXI, 18 (Prete, p. 268) = XVIII *Epist.* XXV (Evelyn White II, p. 88). *Spongia* ist häufiger: Auson. XXV *Epist.* XIII, 54 (Prete, p. 259) = XVIII *Epist.* XV, 54 (Evelyn White II, p. 56). Martial. (IV, 10, 6 sqq.). Macrob. (*Sat.* II, 4, 2, cf. Suet. *Aug.* 85, von Er. I. 381 angeführt). Suet. (*Cal.* 20). *Lima* bei Hor. (*Ars* 291), Ov. (*Trist.* I, 7, 30), Martial. (V, 80, 13) und Quint. (*Inst.* X, 4, 4).

381 *Augustus* Cf. Suet. *Aug.* 85 (381 Responddit Aiaceum suum in spongiam incubuisse). Dieselbe Geschichte bei Macrob. *Sat.* II, 4, 2.

382 *elimata* Cf. *Collect.* 774: "Ab officinis artificum translatum est. Elimare librum et adhibere limam."

459 *Collect.* 770. Otto 1692.

385 *Stilum vertere* Nach Hor., cf. *Serm.* I, 10,

72 (ll. 385-386).

388 Hier. *Adv. Ruf.* I, 31 (389 sequebaris me; 390 *vero om.*; 391 ilico vertis; prius laudata: *laudata prius* v.l.).

392 Cic. *Verr.* 2 II, 101 (393 pertimuit). Zu dieser Stelle Otto, p. 331, Anm. zu 1692.

393 *Verrinarum ... iiii.* Zu der Numerierung der *Verrinae*: *Adag.* 259, n.l. 602 und *Adag.* 316, n.l. 391.

395-396 *Inuenitur ... inuehi* Cf. *Collect.* 770: "Stilum infigere est scriptis inuehi, stilo appetere scribendo insectari."

460 *Collect.* 492.

398 *Omne tulit punctum* Hor. *Ars* 343.

Cunctorum calculis Nach Apul. *Met.* VI, 31, cf. l. 419.

400-401 *ubi tabella ... suffragarentur* Er. versteht falsch: nicht der Stimmende, sondern der Stimmenzähler trägt die Punkte auf der Tafel ein. Cf. *A Dictionary of Greek and Roman Antiquities* II (cf. *Adag.* 163, n.l. 529), p. 751 s.v. *tabella*: "In the case of an election these officials pricked each vote on the tablet which bore the name of the candidate in whose favour it was given, who was said *punctum ferre*, a phrase which remained in use metaphorically."

402 *paulo superius* Cf. *Adag.* 453.

Horatius Hor. *Ars* 343.

407 *Idem* Hor. *Epist.* II, 2, 99-100.

410 *a Porphyrione* Porphyrio in Hor. *Serm.* II, 2, 50-51, Holder I, p. 293 (412 Licet duobus Bücheler: *Hic e* (sic) *codd.*).

*Ciconiarum Rufus iste conditor,
Hic est duobus elegantior Plancis,
Suffragiorum puncta non tulit septem.*

Aristides in Themistocle ἡ κοινὴ ψῆφος Ἑλλήνων, id est *qui est communis*
415 *Graecorum calculus*, dixit pro eo, quod erat: totius Graeciae consensus. Cicero
libro Tusculanarum quaestionum secundo: *Quae flamma est, per quam non*
cucurrerunt qui haec olim punctis singulis colligebant? Agit autem de magistratibus,
qui singulorum ciuium suffragiis mandabantur. Apuleius Asini sui libro sexto:
420 *Certe calculo cunctorum, utcumque mors ei fuerat destinata*, id est omnium suffragiis
sententiisque.

[A]

CVMANI SERO SAPIVNT

461

Ὅψε αἰσθάνονται οἱ Κυμαῖοι, id est *Sero sapiunt CUMANI*. Id adagium refertur a
Strabone Geographiae libro decimotertio putatque eos vulgo male audisse
tanquam stupidos atque insulsos ob hanc causam, quod ducentis annis portus
425 vectigalia exegerint hoc nomine, vt urbem aedificarent, quae dare tamen non
desierunt, cum iam vrbs esset extructa. Adiicit et aliam fabulam: Cumanos
publica pecunia mutuo accepta porticus construxisse, deinde cum pecuniam
eam ad diem praescriptum non reddidissent, a deambulatione fuisse prohibi-
tos. Aliquanto post cum ingens esset pluuia, creditores ludibrii causa praeco-
430 nem misisse, qui publicarent aedictum, vti CUMANI porticus subirent. Atque
ita voce praeconis admonitos subiisse; inde natum adagium *Sero sapere*
CUMANOS, qui non nisi moniti senserint defugiendam esse pluuiam. [G] Notat
et Stephanus CUMAM ac LESBUM male vulgo audisse stupiditatis nomine.
Prouerbum autem non sentit de CUMA Italiae, sed AEOLIDIS, quae eadem dicta
435 fuisset AMAZONIUM et PHRICONITIS aut, vt Herodotus libro primo, PHRICONIS.
[A] Simillimum illi: *Sero sapiunt Phryges*. Nihil enim vetat quominus dicatur et
in illos, qui non nisi suo malo docti parent recte monentibus.

[A]

MALA ATTRAHENS AD SESE VT CAECIAS NVBES

462

Κάκ' ἐφ' αὐτὸν ἔλκων ὥστε καικίας νέφος, id est
440 *Sic mala sibiipsi vt caecias nubem attrahens*.

Versus est senarius prouerbio celebratus in eos, qui sibiipsis litium ac
negotiorum materiam pariunt accersuntque ducta similitudine ab eius venti
natura, cui nomen caecias, quem Plinius media inter aquilonem et exortum
regione flare scribit et vnum contra aliorum septentrionalium ventorum
445 naturam nubes non pellere, sed attrahere. Quin ipsius ascribam verba.

418 qui F-I: quae A-E.

422 Ὅψε αἰσθάνονται B-I: Simillimum [simil-

limum s] est illi 'Sero sapiunt Phryges'.

Ὅψε αἰσθάνονται [αἰσθάνονται s] A; sa-

- piunt *G-I*: sentiunt *A-F*.
 425 tamen *B-I*: tandiu *A*.
 427 mutuo *A-G I*: mutuo *H*.
 432-435 Notat ... Phriconis *G-I*, addit χ .
 433 Lesbium *G-I*: Lesbion χ .
 435 fuisset *G-I*: fuit [?] χ .
 436 Simillimum illi *B-I*: Simillimum vt dixi illi quod supra retulimus *A*.
 437 monentibus *B-I*: monentibus. Quod genus hominum notat Lycophron: Ἐγὼ δὲ τλήμων σὺν κακῷ μαθὼν ἔπος, At ego miser iam
 414 Ael. Arist. III (De quattuor), 262, Lenz-Behr I, p. 382 (414 τῶν Ἑλλήνων).
 415 Cic. *Tusc.* II, 62 (417 ii, qui).
 418 Apul. *Met.* VI, 31.
 461
 422 Ὅψε ... Κυμαῖοι Nach Strab. XIII, 3, 6, Meineke, p. 870: Κατέσχευεν οὖν δόξα ὡς ὄψε ἡσθημένων und: Ἐκπεσεῖν λόγον ὡς Κυμαίων οὐκ αἰσθανομένων.
 423-432 *putatque ... pluuiam* Nach Strab. loc. cit. von Guarino fo. CXVI recto übersetzt. (Zu Guarino cf. *Adag.* 69, n.l. 849).
 424-426 *ob hanc causam ... extructa* Er. Scheint den betreffenden Passus aus Strabo missverstanden zu haben. Man vergleiche die wortgetreue Übersetzung Guarinos: "Ob hanc causam (vt quidam putant) quod CCC [sic] annis post eius vrbis aedificationem portus vectigalia exegerunt, cum antea populus eiusmodi prouentum non haberet. Quare obtinuit opinio quod hi homines sero sentirent, cum vrbem ad mare habitarent."
 424 *ducentis annis* Strab. loc. cit. τριακοσίοις ἔτεσιν.
 426-432 *aliam fabulam ... pluuiam* In der Übersetzung Guarinos: "Dicitur etiam aliter: quod publica pecunia mutuo accepta porticus construxerunt. Postea cum pecuniam constituta die non reddidissent, a deambulatione arcebantur; sed cum pluuiae essent, in dedecus quoddam creditores eductae mittebant, vt Cumani porticus subirent. Et cum praeco ita inclamaret 'subire porticus', dictum esse prouerbium, quod Cumani non sentiant, quod in pluuiis porticus subeunda sit etiam si nemo per praeconem admoneat."
 430 *qui publicarent* (sic *A-I*) Das Bezugswort ist *creditores* (l. 429). In *LB* ad loc.: 'qui publicaret'; das Bezugswort ist *praeconem* (ll. 429-430).
 432-435 *Notat ... Phriconis* Dieser Zusatz *G*, der sich auch in dem Chigianus (cf. app. crit.) findet, ist problematisch: einerseits

dicta cognoscens malo. Allusit huc Aristides in Themistocle: καίτοι τήν γε ὑπερφρον τῶν πραγμάτων σοφίαν καὶ τῆς ἐπὶ τῆς ἀδείας ἐλέγχους οὐδὲν ἔχειν φασὶ λαμπρόν; Atqui sapientiam istam quae post facta contingit cum audacia reprehenditur aiunt nihil habere magnificum. Haec pertinent ad illum adagiorum gregem quem alibi produximus: Piscator ictus sapiet et consimilium *A*.

- haben wir den Passus in dem Chigianus nicht ganz entziffern können (quae eadem dicta? fuit?), andererseits setzt Er. zu Recht, aber gegen Steph. Byz., der seine Quelle ist (cf. n.l. 433), Kyme/Amazonium (in Aeolis) mit Kyme Phriconitis gleich.
 433 Steph. Byz. s.v. Κύμη, Meineke, p. 392. *Cumam ... nomine* Cf. *Adag.* 266, ll. 770-772.
 435 Hdt. I, 149.
 436 *Sero sapiunt Phryges* *Adag.* 28.
 437 *monentibus* Siehe den app. crit. In der Ausgabe *A* führt Er. Lycophron und Aristides an. Es betrifft Lycophr. *Alex.* 488 (cf. *Adag.* 401, l. 25) und Ael. Arist. III (De quattuor), 223, Lenz-Behr I, p. 367 (τοὺς ἐπὶ; φασὶν; φασὶ v.l.). Später hat Er. diese Textausschnitte gestrichen.
 462 *Collect.* 122. In der von Er. benutzten Diogenianhandschrift finden sich einige von Er.' Lehrer nachgetragene Sprichwörter (cf. unsere Anm. zu *Adag.* 140). Auch unser Adagium findet sich dort in der Fassung Κακὰ ἐφ' ἑαυτὸν ἔλκων (sic) ὡς ὁ καυκίας νέφος (Bühler I, p. 208, n. 109); so wird es auch in *Collect.* 122 angeführt. Er. mag jedoch für seine *Chiliades* eine andere Quelle herangezogen haben, cf. n.l. 439.
 439 Er. mag diesen Vers seiner Diogenianhandschrift (vide supra) oder den Schol. Aristoph. *Equ.* 437 entnommen haben (439 κακὰ; ὡς ὁ). Der Vers wurde in den von Marcus Musurus herausgegebenen Scholien angeführt (cf. Koster, p. 112, zu Schol. *Equ.* 437, n.l. 10). Siehe auch Diogen. 4, 66. Gell. II, 22, 24. Es handelt sich um fr. adesp. 75 N. = fr. adesp. 1229 Kock (III, p. 612).
 443 Plin. *Nat.* II, 126 (447 et vicinus: *vicinus* edd. vett.). Er.' Text beruht auf den alten Venediger Ausgaben 1483 bis 1507. Gegenüber diesen Ausgaben ändert er l. 447 ii in *Hi*, nubes in *imbres* und ll. 447-448 *auster africanus* in *auster et africanus*.

